
3 1761 04567266 4

GLOSSARIA LATINA

VOL. IV


GLOSSARIA LATINA
IUSSU ACADEMIAE BRITANNICAE EDITA

VOL. IV
(PLACIDUS, FESTUS)

PLACIDI GLOSSAE


EDIDERUNT

J. W. PIRIE (Glasgow)
W. M. LINDSAY (St Andrews)



PARIS
SOCIÉTÉ ANONYME D'ÉDITION « *LES BELLES LETTRES* »
95, Boulevard Raspail, 95

1930



PRAEFATIO

I. DE GLOSSARIO BIMEMBRI.

Placidi Glossarium in aliquibus codicibus Romanis (Vat. lat. 1552 ; 3441 ; 5216) saec. xv[1] et saec. xvi[1] servatum est, de quibus disputavit Goetz in praefatione vol. V Corporis Glossariorum Latinorum. Eorum archetypum siglo *R* indicamus. Eius archetypi fratrem gemellum (*G*) adhibuit Ansileubus, qui dicitur, dum Librum Glossarum illum condit quem in vol. I huius collectionis edidi ; gemellum (*P*) adhibuit conditor PP Glossarii (cf. vol. I praef p. 10) in Hispania confecti. Nec dissimilem codicem (*B*) adhibuit conditor glossarii Bedo-Placidei quod est in foll. 162-223 codicis (Vat. lat. 1469), anno 908 p. C. exarati (cf. Pirie, Bulletin Du Cange II 185). Testibus de pleno glossario *R G P B* accedit testis (*Anth.*) de glossarii parte ; nam rhetor Africus quidam, qui partem (lib. VII sqq.) eius Anthologiae Salmasianae confecit quae est in codice Parisino 10318, saec. vii° in Hispania exarato, ex glossis pseudo-Placidi miram suam praefationem concinnavit, quam infra exhibeo. Hispanus etiam est codex *P*, et Hispanum fuisse archetypum aliorum, *R G B*, collige ex Plac. F 3 (nostris *B*, nsis *G*, usu *R* ; cf. ps. Plac. P 14, ubi pro *Q. Fabius* habent *G P* quamvis, *R* quavius), neve oblitus sis doctrinam Africorum solere per Hispaniam transmitti.

Et Goetz quidem inter editores huius glossarii idcirco laudandus est quia primus agnovit duas glossarii bimembris partes, scilicet Placidi glossas, quibus primum locum in editione nostra dedimus, et pseudo-Placidi glossas, quibus tertium ; idcirco autem culpandus quia plurimas glossas et a Placido et a pseudo-Placido alienas excepit, partim codicibus Libri Glossarum mendacibus, partim suae divinationi confisus. Hic igitur non reperies turbam illam quam sub titulis ' Placidus Libri Glossarum ' et ' Placidus Codicis Parisini ' in pp. 48-158 voluminis V Corporis Glossariorum Latinorum vir doctus congessit ; plerasque enim tacite abiecimus, aliis sub titulo ' Dubiae Glossae ' secundum locum in editione nostra dedimus.

Bimembre autem glossarium esse inde apparet quod in singulis glossarii capitulis glossae eae quas pseudo-Placidi glossas dico (' glossas breviores ' dicit Goetz) aut post aut ante Placidi ipsius glossas stant. Sic enim tota collectio est disposita :

A Plac., ps.-Plac.
B ps.-Plac., Plac.
C Plac., ps.-Plac.
D ps.-Plac., Plac.
etc.

Et post P-capitulum, vel potius P-capituli primam partem, ps.-Placidus nullus est. Unde collegi (*Journ. Phil.* XXXIV 256) nescioquem ps.-Placidi glossas (A-P) in codicem suum Placidi glossarum (A-U) inseruisse.

II. DE GLOSSIS PLACIDI GRAMMATICI.

Edidit Keil in vol. VI Grammaticorum Latinorum (p. 275) fragmentum breve sub titulo ‘ Ars Grammatica Accepta ex Auditorio Donatiani ’ ; ex auditorio Bobiensi, ni fallor, provenerunt ea quae in vol. VII (pp. 541 sqq.) edidit de Vergilio (v. g. 542, 43 Rapti : cursim facti) et aliis scriptoribus in auditorio lectis. Non ‘ Glossae Placidi ’ (i. e. glossae quas grammaticus noster undique collegit) sed ‘ Accepta ex Auditorio Placidi ’ debet esse titulus huic farragini praefixus. Et auditor ille, qui tam vilem doctrinam a Placido traditam et male accepit (cf. A 75 Agoniae ; C 39) et male edidit (cf. A 2 et 69 ; C 18 et 25 et 28 et 31), non indignus erat doctore tam indocto (cf. F 4 ; M 9) et tumido (cf. L 1). Nam grammaticus noster Christianus (cf. E 29 ; 32) magis Afer quam vafer fuisse videtur, neque ullo modo memoriam apud posteros est meritus. Atqui Isidorus ex eo (et ex ps.-Placido) materiam hausit (cf. Wessner, Herm. LII 263), nec nihil interest auditorium saeculi puta quinti quasi per transennam aspicere. Legisse enim cum discipulis suis Vergilium (1) videtur (cf. I 45 Inburim) et Sacram Scripturam (cf. C 79 Cinericiae oves), necnon declamationes nescioquas sive alienas (cf. E 30 ; N 12) sive suas (cf. I 29 ?) ; quamvis ad discipulorum suorum suasorias et poeticas exercitationes credam plurimas glossas spectare. Bonae locutionis auctores profert Vergilium (cf. P 1), Ciceronem (cf. S 1), Sallustium (cf. M 4), Lucanum (cf. P 6).

Sed cur in rebus trivialibus immoror ?

III. DE GLOSSIS DUBIIS.

Ansileubus qui dicitur (immo, ni fallor, Adalhardus ille Corbeiensis) iussit monachos suos in Libro Glossarum (*Ansil.*) concinnando indiculum fontis ad marginem singularum glossarum adscribere, velut ad glossas ex glossariis Abstrusa et Abolita sumptas DE GLOSSIS (DE GLS, GLS), ad glossas ex Placido sumptas PLACIDI DE GLOSSIS (PLACIDI, PLAC, PLI, PL) ad glossas ex Orosio

(1) Velim scire utrum ex Donati commentario aliquid hauserit (v. g. A 75 ; O 25 ; S 12 ; 21). Huc saltem respicio quoties Placidus cum glossario Abstrusa conspirat (v. g. O 13 ; Abstr. OB 38-9).

sumptas PAULI OROSII (PLI, PL, OROS), ad glossas ex Pauli abbatis libro de Orthographia sumptas PAULI (PLI, PL). Quae omnia in praefatione vol. I exposui.

Unde orta est confusio, praesertim sicubi fontis indiculus marginalis compendiose erat adscriptus, ut saepissime ad glossas Placideas adsit indiculus DE GLOSSIS, et indiculus PLACIDI ad glossas Abolita et Abstrusa, minus saepe ad glossas Orosianas (cf. Ansil. CI 390 ; IS 73 ; OL 59) et Paulinas. Saepe etiam, sicut in praefatione vol. I (p. 7) dixi, suspicio oritur marginalem indiculorum seriem primo esse descriptam, textum postea, ita ut indiculi cum glossis male congruant ; accedit quod in angustis paginarum marginibus indiculi saepe ita sunt positi ut vix dicas ad utrum duorum versuum, priorem an posteriorem, revera spectent (cf. Ansil. NE 289). Porro cum nonnumquam in alio codice indiculus hic, in alio indiculus ille exhibeatur, necesse est ut codicum de hac re testimonia multo accuratius colligamus quam collegit Goetz. Quae igitur glossae indiculo PLACIDI (PLAC etc.) in Libri Glossarum aliquo codice ornatae, nec tamen in codicibus Romanis repertae, a Placido manifeste alienae sunt, eas intra uncinos quadratos collocavimus ; ceterae sunt plus minus dubiae, cum solae codicum Romanorum glossae sine dubio Placideae sint. Et quamvis in Glossario PP locus in fine ordinum Placidearum proprius glossarum esse appareat, res non adeo certa est (cf. Mountford, Bulletin Du Cange I 33) ut audeamus glossas solam hanc ob causam, quia in fine ordinum inter alias Placideas in hoc glossario stant, in textum admittere, quamquam in apparatu nonnumquam eiusmodi glossas commemoravimus. Neque ex dispositione glossarum in Glossario Bedo-Placideo quidquam satis certum elucet. Id igitur egimus ut codicum Libri Glossarum indiculis marginalibus, quotquot nobis noti sunt, apparatum criticum nostrum instruamus, de codicibus *P* et *B* ea quae necessaria ad κρίσιν faciendam videntur adiciamus.

IV. DE GLOSSIS PSEUDO-PLACIDI.

Inter Papyros Oxyrhynchenses sunt fragmenta codicum adnotationibus sive brevibus sive longioribus hic illic ornatorum (v. g. Pap. Ox. 409, saec. II ; 1011, saec. IV ex.). Ex eiusmodi adnotatione scriptorum antiquiorum marginali Nonius materiam hausit, sicut docui alibi (Nonius Marcellus' Dictionary of Republican Latin, Oxon., 1901) ; ex eiusmodi adnotatione scriptorum antiquissimorum marginali materiam hausit pseudo-Placidus. Et cum ea adnotatio saepe doctrinam priscorum glossographorum servaret, non mirum est et Nonium et pseudo-Placidum saepe cum Festo (i. e. Verrio Flacco) consentire. Quo consensu pseudo-Placidi cum Festo fretus nuper v. d. Gul. Baehrens affirmavit pseudo-Placidum ex Festo, non ex codicibus Plauti Ennii Lucilii ceterorum, materiam hausisse (Herm. LX 396). Cui statim contradixit Pirie (Class. Quart. XXII 107) ; neque credo editorem Festi ullum posthac ausurum esse ex ps.-Plac. O 1 colligere in Festi libro non solum lemma Obstipum (210,11) sed etiam lemma Obstipiculum fuisse.

Non tamen meum est hic tantas lites componere. Illud potius quaerere libet, quo consilio pseudo-Placidus hanc collectiunculam antiquissimorum vocabulorum congesserit. Festina collectio et Noniana quo tendant manifestum est omnibus ; haec autem collectiuncula quid sibi vult ? Adhibuit eam, sicut iam dixi, rhetor Africus qui suas et discipulorum poeticas exercitationes in Anthologia Salmasiana (lib. VII sqq.) publici iuris fecit, et idcirco adhibuit ut praefationem obsoletis exculcatisque verbis impleret et parentibus discipulorum suorum iniceret doctrinae suae ipsius admirationem. Quem si non modo adhibuisse sed etiam confecisse eam affirmabis, non habeo quod contra dicam.

Sed ne hanc quidem rem possum diiudicare. Malim igitur experiri an possim praefationem Anthologiae in veriorem formam redigere et vocabulum quodque ps.-Placideum sua interpretatione ornare (cf. Goetz, Dunkel-und Geheim sprachen = Bericht. Sächs, Gesellschaft, 1896) :

Hactenus me intra vurgam (bulgam ??) animi litiscentis (lat– ?)
inipitum tua heretudo (–rit–), instar mihi luminis (nu– ?)
extimand<a> (aest–), ea<m>de<m> normam redubiārĕ (–uvi–) cōnpēllĕt (–it).
Sed antistat (?) gerras meas anitas diributa (–bita),
et pos artitum Nasonem quasi agredula
quibusdam lacunis baburrum stridorem
averruncāndŭs ōblāt[e]rō (?). Vos etiam, viri obtimi (opt–),
ne mihi, in a[n]ginam vestrae hispiditatis arnan
ti, cataclum cārmĕn īnrēptĕt, ad rab<i>em meam
magi copertit (convertite ??) cicuresque conspicite, ut alimones
meis car<i>natoriis quam censiōnes (–nis ??) ēxtētĭs.
Igitur conrumo (?) sensu meam returem quam
vis vasculam (ves–) Pieridem. Actutum de vobis
lampenam comtulam spero adiutanamque (–tamentaque ?)

---

1. Bulgam, i. e. saccum. Vix burgum. Vix urvum. latescentis, i. e. latentis. De forma lit– (sicut cludo ?) cf. ad Gloss. Corp. L 208 Litescere (lat– ?) : latere.|| 2. inipitum i. e. inretitum. heritudo, i. e. dominatio.|| 3. reduviare, i. e. mutare, innovare, sicut anguis pellem. Cf. reduviae. Vix cf. ps. –Plac. 11.|| 4. gerras, i. e. ineptias. ant. Cf. Plac. A 48 Antistat : meliores sunt ; Fulg. Serm. Ant. 28 Antistare dicimus praecellere ? *An* antestat<ur>, i. e. testatur ? anitas, i. e. senectus. dirib. Cf. Plac. D 24 Diribita : digesta vel separata ?|| 5. pos., i. e. post. artitum, i. e. artibus edoctum. agredula, i. e. rana parva.|| 6. baburrum, i. e. stultum, ineptum.|| 7. averruncandus, i. e. abominandus. obblatero *docti* (*recte* ?) : blatero *docti* (male ; nam clausula vetat).|| 8. aginam, i. e. trutinam. hispiditatis, i. e. trucis animi. arnanti, i. e. murmuranti.|| 9. cataclum, i. e. clodorum (–dum ?).|| 10. magi, i. e. canis (cf. ps. –Plac. O 2) ? cicures, i. e. placidi. alimones, i. e. alimentum praebentes.|| 11. carinatoriis, i. e. maledicis (pro male conditis versibus). censiones, i. e. mulctam imponentes.|| 12. conrumo, i. e. favorabili ? Cf. ad Gloss. Abol. CO 8. returem, i. e. aperiam. Cf. Non. 167,4 Returare aperire.|| 13 vesculam, i. e. valde minutam. Cf. Non. 186, 35 Vescum minutum. Vasc. tuetur Goetz ; cf. Ansil. VA 184 Vascum (–stum ?) : inanem vel nugatorium. Pieridem, i. e. Musam. Cf. Fest. 236, 1 Pierides Musae etc. actutum, i. e. statim, continuo.|| 14. lampenam, i. e. stellam. Cf. ad Plac. L 17.

oupedia praesumentis. Iam non ex<h>ippitandum
sed op[p]itandum sibi ēssĕ cōniēctāt.
Ergo bene pedam (?) me [h]ac pudori oitimum co<l>luca
ri (-locārĕ ?) cēnsētĕ.
Quoniam si haec nec orepera[t] extiterint nec fracebunt
quae alucinari, velut vovinator (bo-), adactus sum,
voti vobis damium usque ad exodium vitulanti<b>ūs
cŏhăementem (coagm-).
Quis enim me sonibium (-ivi-) et non murgissonem fa
bula autamabit (-tum-) quam mentorem
exfaballibit (exfabillābit) āltıbuāns (-boans) ? Unde faborem (pavore me ?) exfe-
fellibrem, ut apludam <h>armoni<a>e temsore (?) a me, [bruate
velut ambrone, collectam adoreos vertātĭs īn strūp
pās (-os).

De hac farragine quid credendum est ? Equidem non habeo cur credam bimembre Placidi glossarium quod nunc extat praesto fuisse praefatori. Unde enim ea vocabula, quae omnino sunt indolis pseudo-Placideae, *sonivium*, *struppos*, *vitulantibus*, etc. hausit, siquidem in bimembri glossario vocabula pseudo-Placidea in P-capituli prima parte deficiunt ? At enim vocabula praefationis aliquot Placidea sunt, non pseudo-Placidea (v. g. *lampenam*). At possunt ea quoque revera esse pseudo-Placidea, scribarum glossarii (*R*) incuria primum praetermissa, deinde in imis vel summis marginibus adiecta, unde in gregem Placideum transfugae inviti fierent. Neque habeo cur credam praefatorem ex aliis glossariis monstra verborum extraxisse. Quae enim restant (*oblatro* ? *coaugmentem*, etc.) sunt quidem a nobis aliena, non tamen ab Africis saeculi quinti vel sexti scriptoribus. Crede igitur mecum praefatorem

---

comtulam, i. e. apte ornatam vel decoram. adiutamenta, i. e. adiutoria.|| 15. cupedia, i. e. cupiditate. Cf. Non. 85, 10 Cuppedia cupiditas. exhippitandum, i. e. oscitandum.|| 16. opitandum, i. e. optandum. Cf. ad Dub. H 7.|| 17. pedam, i. e. vestigium ? Cf. Fest. 230, 9 Pedam vestigium humani praecipue pedis, etc. Vix collucari, i. e. deputari.|| 19. crepera, i. e. incerta dubiaque. fracebunt, i. e. sordebunt, displicebunt.|| 20. aluc. Cf. ad Plac. F 18 ? Vox est Italae (Psal. 118, 27) versionis. bovinator, i. e. tricosus et inconstans.|| 21. danium, i. e. Bonae Deae sacrificium. Sed. ad illud ' voti damnare ' spectat. ad exodium, i. e. ad finem vel terminum. vitulantibus, i. e. gaudentibus. Cf. Non. 14, 15 Vitulantes veteres gaudentes dixerunt etc.|| 23. sonivium, i. e. sonantem. Cf. Fest. 370, 12 Sonivio... sonanti. murgissonem, i. e. lusorem. fab. nom. ? abl. ? Cf. Non. 197, 28 Quis et generi feminino adtribui posse veterum auctoritas voluit.|| 24. autumabit, i. e. dicet. mentorem, i. e. inventorem.|| 25. exfabillabit, i. e. exseret. Sed ad illud : fabula ' spectat. altiboans, i. e. alte sonans. *An* favore ? *An* favore me ? exfebruate, i. e. expurgate.|| 26. fellibrem, i. e. adhuc lacte viventem. apludam, i. e. paleam. temsore (temtore ??), i. e. contemptore ?? Cf. Non. 180, 2 Temnere contemnere|| 27. ambrone, i. e. perditae improbitatis. adoreos, i. e. farreos. struppos, i. e. fasciculos. Cf Fest. 472, 15 Struppi vocantur in pulvinaribus fasciculi, etc.

ex collectiuncula pseudo-Placidea integra, necdum in Placidi glossarium inserta, omnia comparasse.

Unum superest quod te monitum velim, in parte tertia (ps.-Plac.) nostri libri omne libri pretium inesse. Ibi habes adnotationem — vix tamen integram — in codicibus (puta IV° saeculo exaratis) antiquissimorum scriptorum hic illic appositam, necnon ipsa plerumque verba scriptorum ad quae adnotatio ea spectabat. Hoc memento siquando ad editionem fragmentorum ex antiquissimis scriptoribus servatorum te accingere audebis.

W.-M. LINDSAY.

SIGLA

R. Archetypus codicum Romanorum Vat. lat. 1552 ; 3441 ; 5216, saec. XV-XVI.

G. Archetypus codicum Libri Glossarum sive Glossarii Ansileubi, scilicet:

a Ambros. B. 36 inf.
b Bamberg. P. II 33.
c Cambracensis 693.
d Harl. 2735.
f Bern. 16.
k Augustonemetensis (sive Claromontanus) 240.
l Vat. Pal. 1773.
p Bibl. Nat. 11529-30.
t Turonensis 850.
v Vindocinensis 113-113 *bis*.
w Vercellensis 61 I.

P Parisinus codex (nou. acq.) 2698 (saec. XI) Glossarii PP (Quo de glossario cf. Mountford, *Bulletin Du Cange* I 31). Lacer codex est nec plus quam F med. — T med. exhibet.

B Vat. lat. 1469, anno 908 p. C. script.

Anth. Praefatio lib. VII Anthologiae Salmasianae (vide supra).

Ansil. Liber Glossarum sive Glossarium Ansileubi (vide vol. I).

I. GLOS⟨S⟩AE PLACIDI GRAMMATICI

A

1. Alumna ab alendo dicta ; nam quae alit et quae alitur alumna dici potest, id est [nutrix] et quae nutritur et nutrit ; sed melius tamen quae nutritur. 2. Abuti et bene uti est et male uti. 3. Abnuere est recusare, abnegare ; cui contrarium est adnuere, id est dare vel concedere. 4. Adscivit. sibi : adiunxit sibi alienum quod non habuit. 5. Altrinsecus : non ex alto sed ex altera parte. 6. Abactus est : de medio sublatus est et raptus ; unde latrones abactores dicuntur. 7. Adhesio bene dicitur ab eo quod est hesere. 8. Aedituus : qui aedis est custos ; et scribimus cum diptongo, editissima vero loca monoptonga. 9. Alterutra pars : utraque pars. 10. Aethra : generis feminini, et est locus in quo sidera sunt, unde aeth[e]ra sider<e>a dicimus (Verg. Aen. III. 585) ; ceterum aether[a] generis masculini supra caelos est igneae invisibilisque naturae quem quidam deum magnum vel eius regnum dicunt. (Verg. A. XII, 247 ?) 11. Aevitas quidem potest dici, sed rarum est ; in usu magis perpetuitas vel aeternitas dicitur. Aevum autem generis neutri est. 12. Avus pater patris est ; proavus avi pater ; tritavus atavi pater. 13. Alterutrum aut hoc aut illud aut utrumque significat ; sed magis duas partes habet. 14. Alii scribimus singulariter dativo casu, ut de Catilina Sallustius (14,6) « Multos iuvenum pellic<i>ebat diversis illicebris ; alii scorta praebere, alii equos mercari, alii canes ad venandum. » 15. Arvina : pinguedo. (Verg. A. VII, 627 ?) 16. Altilitate (?) : ab alendo ; id est ipsa res quae alitur. 17. Acti : coacti, compulsi. (Verg. A. I, 32 ?) 18. Autumant : efferunt, confirmant vel adseverant. 19. Auspicium est initium alicuius rei, quo primo sumit exordium, id est inchoatur ut fiat ; est et auspicium quod aves vel animalia Paganis auguribus demonstrant, unde futura nescuntur ; sunt igitur bona auspicia quae cogunt res inchoare, sunt mala quae prohibent. 20. Actae dicuntur loca secreta circa mare, id est in litore, amoena et voluptaria. (Verg. A. V., 613 ?) 21. Ausim verbum est promissivi modi, ut si dicas ' ausim dicere, ' ausim recitare ' ; cuius est verbi prima persona audeo et dicit<ur> ausim ausis ausit vel audet. (Verg. G. II, 289 ?) 22. Aesculus arboris nomen e<s>t glandiariae ; ab esca dicta quod ante usum frumenti haec arbor victum mortalibus praebeat. (Verg. G. II, 291 ?) 23. Arctos est stella Ursae in Septentrione posita ; nomen est Graecum, quia ursa Graece arctos dicitur ; ergo pro stellis septentrionalibus. (Verg. G. I., 245 ?) 24. Amphitrite[s] est dea

---

2. Cf. 69.|| 5. Noli emendare ' non ex altero '. Cf. 61.|| 6. Aborsus *G*. Cf. ad Dub. A 2.|| 7. haerere *G* (*recte* ?).|| 8. Aeditubus *G*.|| 11. Aevum *novum lemma R*.|| 13. aut hoc *om. R*. significationes magis *RG* : significat sed *Deuerl*.|| 14. pollicebat *G*.|| 16. *an* Altili : ave ; ab al., etc. ?|| 17. = Gloss. Abol. AC 20 (!).|| 18. asserunt co. *G*|| 19. qui (*vel* quae) primo *R*. aves animalibus *R*.|| 20. Actio *R* : Acte *GB*. quod semper pluraliter effertur *add. B*|| 21. ausim a cecitate *R*. et dicis ausis *B*. vel audebit *Deuerl*.|| 23. procellis septentrionalis *R*.||

maris, matrona Neptuni. 25. Alapari est alapas minari, id est foedam et superbam caedem; vel pro iactantia. 26. Adolevit verbum est quod crevit significat; adoleo enim est cresco, unde adulti dicuntur iuvenes in flore aetatis et in cremento ipso positi. 27. Ad : valde; adverbium est comprobantis vel probantis. 28. Adorea: panis de adore, id est (idem ?) laus [in] bellica. 29. Adsentiae : adsentationes, id est consensio; ut si quis tibi de aliqua re dicat et tu illi adsentias, ipsae res adsentiae nuncupantur. 30. Achates lapis est veluti galbani coloris in Achate fluvio Siciliae plurimum nascens, ad gratiam pertinens et Veneri consecratus. (Verg. A. I, 174 ?) 31. Analogia est initium (?) vel rectitudo alicuius verbi. 32. Ac[c]ipenser genus piscis est raro inventum, id est nobile. 33. Asylum : Graece templum ad quod si quis confugiebat nefas erat trahi, id est a non trahendo spolium. (Verg. A. VIII, 342 ?) 34. Aporria Graecum nomen est; est autem affluxio vel derivatio vel faeces vel reliquiae ac sordes elementorum quae in aera purgantur; unde gignuntur in terra diversa animalia, arbores, lapides et herbae. 35. Apage : abscede et vade. 36. Atqui : immo etsi sed. 37. Aiens : dicens, ut aio ais ait participium facit. 38. Ancile : scutum quod olim apud Romanos caelo lapsum dicitur sub Numa rege Romanorum, breve quidem et undique rotundum; unde omnia minora scuta ancilia dicuntur. (Verg. A. VII, 188 ?). 39. Aspellens : expellens : 40. Amiciter : amicabiliter. 41. Adsul<i>entes : adsilientes. 42. Accipitres ; equos c[a]eleres. 43. Abdomen : pinguedo carnium. 44. Aeae (Αἰαῖ) : interiectio. 45. Amove : remove. 46. Artemo : temo. (!) 47. Aristophanes : nomen poetae. 48. Antistant : meliores sunt. 49. Adstipulator : promissor. 50. Alliciendos : inliciendos vel persuadendos. 51. Amandata : extra mandata; amandari enim extra mandari est; quod proprie ad hominem refertur, ut si quis suum releget aut in longinqua transmittat. 52. « Abtissime (art-) commisit » : artissime colligavit; commissurae enim coniunctiones dicuntur sive ligamina. 53. Averruncassint : avellerint vel averterint. 54. Allegans : deputans, eligens vel delegans. 55. Anquirens : pro adquirens vel inquirens magis. 56. Adsciscenda : adiungenda. 57. Abrupta sanctio aperta lex dicitur. 58. « Aere vitam ducit ac manu » : id est pecunia manu collecta. 59. Au<c>trix ab augendo dicta est; auctor ab auctoritate generis est communis, ut hic et haec auctor. 60. Aera-

---

25. Al. em. (*pro* est) al. *G.* ut pro *R.* Alapari, i. e. gloriari, vox Italae (Iac. 3, 14) versionis, a Placido leviter, more suo, tractatur. Sed quasi glossa pseudo-Placidea esset, Buecheler in Plautum Truc. 928 (Philippiari satiust, miles) inculcare voluit. Corrige igitur Thes. ling. lat. s. v.|| 26. ire sig. abeo enim *R.* in crem. Cf. Dub. P 39.|| 27. *deest in G.*|| 26-27. *una glossa in R* (*recte* ?).|| 29. i. e. -tivae ?|| 30. plurimo *R.* nasc. cf. Niedermann (Glotta I 265).|| 31. i. e. -giā (abl. casu)? initium *vel* vicium *R* (*unde interpretatur Deuerl. praef. XXI* Analogia est ratio similitudinis unde cognoscitur vitium vel rectitudo alicuius verbi) : *uix* iudicium.|| 32. Cic. de Fato fr. 5 ? Vix Ovid. Hal. 134.|| 33. ad quod quis *GB. An* quis<quis> ? erat illum inde trahi *B.*|| 34. Apporia *R.* quia in *R.*|| 41. Adsolentes *G.* De vocabulo ' assulae ' disputabatur ?|| 42. i. e. equis hoc nomen (velut etiam Tigris, Aquila) saepe inditur.|| 44. Aeu *vel* Eu *R* (*pro* Heu ?).|| 46. Quid sibi vult nugator ?|| 48. Noli huc revocare Anth. 4|| 51. suum *om. R.*|| 52. Abt. quo non sit *R.*|| 53. Averruncassis *R* : -it *G.* Haec vox antiqua etiam a recentioribus quibusdam -Apuleio, Arnobio, Ambrosio, etc. — usurpatur. avell., quasi ab-ex-runc. ?|| 57. ap., velut (Verg. A. I 146) « vastas aperit Syrtes ».|| 58. nimirum ex declamatione.|| 59. Auctor *novum lemma R.*

rium : templum ubi pecunia publica ponitur. 61. Altrinsecus : hinc et inde, vel desuper ; sicut extrinsecus dicimus ab eo quod est exterius et intrinsecus ab eo quod est intus. 62. Alternis : utrisque, hinc et inde ; vel ex utrisque vicibus. 63. « Absolutum bonum » : id est perfectum. 64. Artaba : genus mensurae Syra lingua. (Bibl. Dan. 14, 2, etc. ?) 65. Antelata : ante portata ; vel prolata aut dicta. 66-67. Arrogant : addunt. Abrogant : detrahunt vel deducunt. 68. Ales : aquila ; sed et omnes aves possunt dici ales. (Verg. A. XII 247 ?) 69. Abuti duas res significat, modo contemnere et non uti, modo valde et satis aliquam rem uti. 70. Adiuva me, adiuva mihi : utrumque potest dici, melius tamen me ; adiuvo enim illum dicimus quam illi, ni forte dicas ' adiuva mihi onus ' quasi releva mihi onus. 71. Ante me fugit dicimus non ' abante me ' ; nam praepositio praepositioni adiungitur imprudenter, quia ante et ab sunt duae praepositiones ; sic et antevadit quasi antecedit. nam ut non possum dicere ' inantecedit ' ' inantevadit ', ita et ' abante me fugit '. 72. Age adverbium hortantis est ; accipit autem ' dum ' et fit una pars agedum ; est ergo ' dum ' nativa particula vel pro cito aut modo. 73. Amplexus autem et amplexatus recte dicimus ; nam ab eo quod est verbum commune amplector participium facit amplexus praeterito tempore, et ab eo quod est amplexor amplexatus sum facit, ut singula participia verba sua separata habeant. 74. Anethum cum H scribi oportet. 75. Agoniae : victimae vel hostiae ; hostia autem minor, victima maior, quia icta cadit vel quia vincta ad aras perducitur ; hostiae autem aequae ab hostimento, id est aequamento, vel quod deorum mentes [aes]timentur iniquae ; hostiae autem dictae ab eo quod per illas sacerdotes futura nuntient ; unde etiam antiqui peregrinos et pari iure viventes adeo usque nunc hostes duelles appellabant : hostiarum autem <usu> deos aequos fieri, quod est propicios, praeter antiquos <alii> agebant (aie- ?), Vergilius quoque in primo libro (A. I 479) « interea ad templum non aequae Palladis ibant », hoc est iratae ; non, ut plerique grammatici existimabant, non aequam ideo quod magis in Graecis quam Troianis fuerit ; non aequam ergo iratam dicimus.

B

1. Byssus generis est feminini. 2. Babilon[i]a principali civitati nomen est, ut Troia ; Babilonia vero derivativum, ut si dicas gens aut aliqua species, ut Troia Troiana ; nam et Babilone<m> et Babilona[m] dicimus. 3. Benivolentia et malivolentia per I non per E dicitur, quomodo benignus et malignus non ' benegnus ' et ' malegnus ' ; saepe enim ex duabus partibus compositum nomen aut priorem aut sequentem litteram corrumpit ; ideo benivolentiam dicimus, nam ' benevolentia ' crassum quidem sonat. 4. Boa animal est

---

61. quod extrinsecus *R.* des. cf. 5|| 62. utriusque hinc *GB.*|| 65. Antelata (*l, a*) *vel* Antelatu (*p*) *G.*|| 68. vel omnes *G* vel certe omnes *B*|| 69. aliqua re *GB.* Cf. 2.|| 70. quam, i. e. potius quam.|| 71. quasi ante cenam *R.* abante, Francogallice ' avant ', Ital. ' avanti '.|| 72. Age *om. R.* dum (*prius*) *om. R.*|| 73. commune — est *om. R.*|| 75. ictu *G.* perd- *an* prod- *incert. G.* aequae *om. G* (*recte* ?). fut nunt., i. e. quasi ab eo quod est ' ostendere ? Verg. — -dicimus *om. R.* (qui codex brevitati favit ; cf. H 2).

B. 1. sic et abyssus *add. B.* Cf. E 38.|| 2. principale civitatis *R* : principale civitatis (*p*) *vel* principali civitati (*a, l* ?) *G* (memento omnes casus vocabuli civitas compendiose ' civ ' scribi solitos). aliquas *R.* Cf. 12.|| 3. dic. non benevolentiam *R.* sonant *R.*|| 4. animales (*pl*) *vel* animalem(*t*) quod *G* : *om. R.* persequitur *G.* et nomen habet boa *G.*

quod valde persequatur boves ; unde et boa vocatur. 5. Balineum : in prosa ponimus balneum ; in metro tamen utrumque facit. 6. Beli multi fuerunt, praecipue rex Assyriorum et Graecorum ; alter praecipue Babylone. (Verg. A. I, 621 ; 729 ?) 7. Bitumen per B scribimus. 8. Blatterare : corrupte et perperam rem loqui, ut non magis fari secus quam ebrius delirare credatur. 9. Bipatentia : bis patentia, bis aperta. (Verg. A. X, 5 ?). 10. Barrire elephantorum est. 11. Bipennem : bis acutum ; pennum enim dicimus acutum. (Verg. A. XI, 651, etc.). 12. Babylona civitas ; Babylonia provincia. 13. Benedicentum : melius quam ' benedicentium '. 14. Balbutire : male loqui et incongrue. 15. Biremis : duorum remorum navis ex unaquaque parte. (Verg. A. I, 182 ?) 16. Bili : colore. (colera).

C

1. Cucumis : generis masculini, huius cucumeris ; sed et cucumer dicitur nihilominus huius cucumeris faciens, ut vomis et vomer. (Verg. G. IV, 122 ?) 2. Chaos monoptoton est ; facit enim hoc chaos huius chaos huic chaos hoc chaos o chaos et ab hoc chaos. Sed Virgilius (G. IV, 347) sua auctoritate praesumit ablativo « atque chao densos ». 3. Commata sunt particulae sensuum Graece dictae, quae nexae faciunt cola ; nam praecisus sensus comma dicitur, ut apud Virgilium « arma virumque cano » comma est ; « Troiae qui primus <ab oris> » comma est ; « Italiam fato profugus » item comma est ; sic quousque perveniet ad plenam sententiam, ut est « Laviniaque venit litora », id est ' illum cano qui venit ad Lavinia litora '. 4. Compedes puto magis generis feminini esse, ut ad catenas referas ; nam perdicae, id est quae pedes capiunt, generis feminini sunt ; unde et compedes quae impediunt pedes aut manicae reor quod feminino dici debeat genere ; « grata continuit compede[m] » Horatius (C. I, 33, 14) dicit. 5. Condictum : absolute dicendum ; condictus vero aut dies aut locus. 6. Cucullus est generis masculini ; et declinatur cucullus cuculli cucullo cucullum cucule a cucullo, et pluraliter sic declinatur. 7. Contendunt : contentionem habent, vel pro docent vel asserunt. 8. Corrigiae a coriis vocantur ; vel a colligatione quasi ' colligiae '. 9. Culleus genere masculino, geminato L dicitur ; est autem uter ex corio factus, in quo parricidae cum simia et gallo et serpente inclusi in mare praecipitabantur. 10. Catinum : vas fictile, melius neutro dicimus quam masculino ; nam et salinum dicitur nihilominus neutro vas aptum salibus ; et melius sic dicimus quam catinus. 11. Conspirare bene dicimus vel ad bonum vel ad malum. 12. Cribrum non ' ciribrum ', neutro genere magis dicimus quam masculino. 13. Coep.

---

8. delerare *R.* siccus qu. *Heraeus* (quem sequitur Thes. ling. lat.) ; sed cf. Gloss. Aa B 139 Blaterare : corrupte et perperam loqui sicut ebrius cum delerat. Estne revera pseudo-Placidea glossa, cum etiam in Aa appareat ?|| 9. apta *R.*|| 12. Babilonia (*utroque loco*) *R.* Babilona civ. (*l, a*) *vel* Babylonia civ. (*p*) *G.* Cf. 2.|| 15. duum *vel* duorum *R.*|| 16. Bilo *R.*

C. 1. sed et –cucumeris *om. R.* Cf. Serv. Geo. IV 122.|| 3 sensum *vel* sensu suum *R.* conexa *GB.* Troiae –est *om. R.* lavinaque *R.*|| 4. refertur, manicesor quod, debeant *G.* detinuit *Horat.*|| 5. Condictave aut *R.* Spectatne ad Bibl. Gen. 18, 14 ?|| 8. Collectione. colligae *R.* Hinc Isid. (Et, XIX, 34, 13 Corrigiae a coriis vocantur ; vel a conligatione quasi ' colligiae').|| 9. uber *om. R.* proiciuntur alias praecip. *R.*|| 10. quasi aptum *codd.* : vas *Isid.* (Et. XX, 6,5 Catinum vas fictile, quod melius neutro dicitur quam masculino ; sicut et salinum dicitur vas aptum salibus).|| 12. Praecedenti glossae in Ansil. (CR 163 Cribrum : setacium ad pollinem) dant indiculum Plac.] *l, p*, etc. perperam, ut videtur.|| 13. i. e. mutat OE in E.||

ta : incepta ; composite mutat. 14. Cancri aestus melius dicitur quam κρόος ; cancrarium enim putet quasi putescat ipse cancer. 15. Concordo et concordor ; quo-[quo] modo fabrico et fabricor. 16. Combusserit geminato S scribimus ; facit enim comburo combussi. 17. Centurias partes exercitus dicimus in centenos milites divisas ; unde et qui his praesunt centuriones dicuntur ; ergo succenturiati sunt non qui in prima sed qui in secunda centuria sunt, quasi sub prima centuria ; tamen instructi etiam ipsi in speculis positi in bello sunt, ut si primi defecerint, isti quos subesse diximus laborantibus primis subveniant ; unde et ad insidiandum ponitur succenturiatus, quasi armis dolosis instructus. 18. Caelebs per B scribimus ; sic hic caelebs caelibis caelibi, hi caelibes, accusativo caelibes, o caelibes ; tres scilicet in numero plurali ; et si etymologiam quaeras, caelebs dicitur quasi caelo beatus. 19. Censorium per I scribimus non per E ; est autem censorius qui dignus est ut sit censor, vel qui iam fuit ; apud veteres enim Romanos magnum erat nomen censoris et dignitas, id est iudicis tam primorum quam morum ; censere enim iudicare est. 20. Collocat melius dicimus per L ; mollior et levior sonus est ; interdum enim praepositio praecedens sumit litteram sequentis verbi. 21. Censura animi est, non corporis ; ideo melius membrorum decorem aut pulchritudinem dicimus quam censuram ; tamen quia in usu censorium hominem dicimus pulchrum, sic potest et ad pulchritudinem referri. 22. Caroeophilum sic scribimus, quod vulgo ' cariophalum ' dicunt. 23. Caroenim (-num) sic scribimus per O. 24. Chiatum (Cyathum) autem cum H scribi oportet. 25. Caelebs generis communis. 26. Caedrus cum A scribi oportet. 27. Carvasa, id est vela navis, per U scribi oportet. 28. Caelibum cum A scribi oportet. 29. Cassis et retia dicitur et galea capitis ; sed hoc differt quia retia huius cassis facit, galea vero huius cassidis, quamvis quidam nominativum cassida dixerint. 30. Capessitur : non per se (SC) et est verbum impersonale, ut legitur ; prima autem verbi persona est capesso ; est autem verbum activum, facit enim capesso capessor ut lego legor. 31. Caelibatus : appetitio castitatis <eius> qui habere non vult uxorem ; caelebs enim qui sine uxore est, quasi caelo beatus. 32. Columen : vel sanitas, vel substentaculum, quia a columna fit. 33. Calcaria sunt acuti qui in calce hominis ligantur, id est in pedis posteriore parte, ad stimulandum equos quibus aut pugnandum est aut currendum, propter pigritiam animalium aut timorem. (Verg. A. VI, 881 ?) 34. Coturni sunt tragica calciamenta quibus calciantur tragoedi qui in theatro dicturi sunt alta et intonanti voce ; est autem secundum calciamenti genus humile quidem in modum crepidarum quo heroes utuntur ; sed tale est ut in dextro et in laevo pede conveniat. 35. Clima Graecum nomen est, id est cardo vel pars caeli, ut ' clima orientale ' et

---

17. quasi pro prima *R.* quos sub se *R.* Spectatne ad Terent. Phorm. 230 ?|| 18. sic *et* o *om. R. An* tres scilicet <casus habet> ? Cf. 31 || 19. primorum *codd. hic* : patrimoniorum *codd. infra* (104). prim., i. e. senatorum, nobilium.|| 20. proclivior sonus *G.* levior *vel* lenior *R.*|| 21. Cf. Gloss. Abstr. CE 10 Censura decus vel pulchritudo.|| 22. vulgus *R.* I. e. καρυόφυλλον.|| 23. i. e. κάροινον, κάρυνον.|| 27. id est ve. na. *om. R.* (*non B*).|| 28. Caelibi *G.*|| 29. nominativum sic dixerunt haec cassida *G. B.* quod Virgilius (A. XI, 775) accusativum Graecum posuit *add. B.*|| 31. habere dicitur uxorem *R.* Cf. 18.|| 32. qui a *R* : qui a (*p*) *vel* quia a (*l*) *G* : quia a *B.* factum est *GB.*|| 33. acu. cf. 63|| 34. quo –utuntur *om. G.* lertes *R* : heroes *Isid.* (Et. XIX, 34,5). in utroque pede *G* (*non Isid.*). Cf. Serv. Aen. I, 337 ; Ecl. 7, 32.|| 35 nomen *om. R.* et cl. mer. *om. R* (*non B*).

' clipa meridiana (-num) ' 36. « Casus Emp[h]edi(o)cleos » : Empedocles philosophus Agrigentinus, id est Siculus, qui cum lacum Aet[h]nae montis, qui ardet in Sicilia, investigare contenderet, decidit in igneam foveam et incendio consumptus est. 37. Comitia dicuntur quae fiunt Romae ad creandos magistratus Kalendis Ianuarii in Campo Martio, atque (ad quae) omnis populus Romanus et universae conveniunt dignitates et de Italia ; ergo ad summam comitia sunt conventus necessarii nimis. 38. Concrepare conibere (-niv-) est ; unde discrepare dissentire significat. 39. « Cirr<h>earum, quod aiunt, inspirationum. » 40. Cameram : curvam. 41. Concinne : composite. 42. Chamaeleon : lacerta quae missa in ignem non ardet. 43. Crepido saxi : extremitas rimata (ripae ; ita ?) et cuiuslibet rei alterius. (Verg. A. X, 653 ?) 44. Coredulus : genus quoddam volatile, quasi ' cor edens '. 45. Compita : multae viae quae ad unum locum competunt vel ducunt. 46. Coniectare : coniecturam facere vel aestimare. 47. Chelydri : diri generis cuiusdam serpentes. (? Verg. G. II, 214, etc.) 48. Candys (κάνδυς) : vestis regia. 49. Colum : colatorium ; vel unde mulieres nent. 50. Caelator argentarius ; qui in argento puro extrinsecus facta signa deprimit ; a caelo descendens, quod est genus ferramenti. 51. Colyphium : genus carnium quod athletae vescuntur ad corporis sanitatem, ut fortes sint. 52. Crisaticum (Chrysatticum) : genus quoddam vini. 53. « Crepulum imbrem » ; cum sono gravi ruentem. 54. Capillamenta : summitates arboris. 55. Co<i>cere in vincula : mittere vel iactare. 56. Conclassare : classem iungere. 57. « Cit certamen » : excitat pugnam vel commovet. 58. Comptissimus : ornatissimus. 59. Coeo : convenio. 60. Conluvio : congregatio sordium quae fit ex affluxione multa. 61. Cuniculi : genus quoddam agrestium animalium quod canum indagine concludi consuevit speluncis. 62. Conluebatur : conlui est <ut> si dicamus ' in sinum maris conlui ' ; lues enim lapsus dicitur circumfluentis elementi. 63. Clavus : interdum acutus, interdum gubernaculum. 64. Capesso : frequenter capio.

---

36. qui naturam aethnae *R*. montis qui ar. in Sic. *om*. *R*. | 37. ad summam *et* sunt *om*. *R*.|| 38. convenire *R*. sig. *om*. *R*. | 39. agunt *R*. | 40. Camuram *G* (*recte* ?). *An* Cameram, quasi camuram, i. e. cur. ? 42. igne *R*. | 43. Crepidos axis *R*. Ad idem scholium Vergilianum redeunt, ni fallor, hae glossae. Gloss. Abstr. CE 28 Crepidinem : summitatem riparum vel cuiuslibet alterius rei ; Gloss. Corp. C 898 Crepido : rimo (*anglosax*. ?).|| 44. Hinc Isid. Etym. XII 7, 34 (Coredulus genus volatile, quasi ' cor edens '). Immo corydalus (κορυδαλλός). Spectatne ad Verg. E. 2, 1 ? 45. Cf. Serv. ad Verg. G. II 382. | 46. extimare *R*.|| Noli huc revocare Anth. 16. Nam in promptu erat hoc verbum Africo rhetori saeculi quinti aut sexti, neque ex glossario extrahendum. | 48. Cf. vol. I, p. 94. Itidem Gloss. Abstr. CA 91 Candys : vestis regia. | 49. Ad. Verg. G. II, 242 ? I. e. cōlum et cŏlum.|| 50. Ad. Verg. A. X. 527 ? | 51. Cf. Juv. 2, 53.|| 52. Crisatium *R* : Cristaticum *G*. | 54. arborum *Isid*. (Diff. I 117 Inter capillos et capillamenta : capilli capitis sunt ; capillamenta summitates arborum). | 55. Cohercere *vel* Cocere *R* : Cogere *G* : *correxi dubitanter*. Cf. Gloss. Abstr. CO 12 Coniectus in vinculis : missus (Ital. Luc. 23, 19 ?).|| 56. cf. Gloss. Abstr. CO 182 Conclassare : adiungere classem. Estne revera glossa pseudo-Placidea ? | 60. sordium vel affluxione *R*. Praecedenti glossae in Ansil. (CO 1145) Conluvione : collectione sordium (- Abstr. CO 94) perperam dant indiculum Plac.] *l*. *p* (*non t*). 61. excludi *G* (cum Isid. Etym. XII 1, 24). Placidus videtur etymon in ' concludi ' invenire, Isidorus in ' caniculi '. Cf. Dub. C 49.|| 62 convolvi est *G* : conlui convolvi est *Buecheler*. sinu *G*.|| 63. acu. cf. 33 ; Heraeus (Herm. XXXIV 167).|| 64. Cf. Serv. auct. Aen. I, 77.

65. « Cariosi generis suboles » : veterescentis generis filii et ad putredinem redigendi ; caries enim proprie putredo lignorum est quae isdem evenit carentibus virtute. 66. Cidarim : linteus (–um) est quod repites (?) Iudaeorum die Sabbato super caput habebant valde mundum (Bibl. Ex. 28,4 ; Zach. 3,5 ?) 67. Cavit : praecepit vel iussit. 68. Catus : acutus callidus sapiens prudens. 69. « Cum visum est » : pro ‘ cum visum esset ’. 70. Correpserunt : correpte ingressi sunt ; ab eo quod dicimus repo. 71. Cieretur : vocaretur vel evocaretur. 72. Celebraretur : fama esset celebris, fama notus. 73. C<h>lamis (–ys) : vestis purpurata. (Verg. ?) 74. Consiturus : inserturus. 75. Cumba : locus navis. 76. « Classicum canit » celeuma navis dicit. 77. Cetarii : cete dicitur genus marinae beluae ; ab hoc vero genere abusive piscatores cetarii dicuntur et qui tractant ea quae ex piscibus fiunt ; ut sunt liquaminarii qui ex corporibus piscium humorem liquant. 78. C<h>oraula : cantator. 79. Cineric<i>ae oves : cineris colorem habentes (Ital. Gen. 30, 39). 80. Calta : genus quoddam floris vel herbae (Verg. E. II. 50 ?). 81-82. Concinunt : consonant, consentiunt. Concinis : consentis. 83. « Choros excitare » : cantus dicere ; chorus enim proprie multitudo est cantantium. 84. Compos <mente compositus> dicitur ; cui contrarium est impos, id est mentis alienus. 85. Comesationes : convivia ; et scribimus uno M et uno S. 86. Calidus homo interdum fervens, interdum fortis intelligitur. 87. Complices sunt qui uno peccato vel reatu aut crimine iuncti sunt ad malum ; ad bonum vero non dicimus complices. 88. Caesim : per caedes ; quomodo vicissim per vices. 89. Cavamina : utraria, vel loca cavata. (?) 90. Cis Rhenum : intra Rhenum [coniecturae factae]. 91. « Cocytos amnes » : flumina ignea apud inferos, id est in barat<h>ro. 92. Culmus : calamus spicae, qui a radicibus eius nascitur (Verg. G. I, 111 ?). 93. Caespites : fructices ; et dicimus diptongum. 94. Commissa lumina : iuncta vel clausa. 95. Contractus dicitur placitum vel cautio ; dicitur contractus et homo debilis per omnia. 96. Clamdestina[t] res : occulta. 97. Congesta dicuntur quae ex multis in unum congeruntur, ut saxa vestes et frumenta aut paleae in struem congestae. 98. Commenta plura significat ; dicimus enim comminisci crimen confingere ; dicimus et commenta interpretationes commentariorum, ut ‘ commenta iuris ’, ‘ commenta Virgilii ’. 99. Coerciti : vindicati, id est in quibus crimen punitur ; coercere enim est vindicare ; item coercere dicimus circumvenire, ut civitatem fossa vel campum fluvius. 100. Considere est in uno loco sedere. 101. Cultus est animi ac loci (Verg. A. VIII 316 ?). 102. Consulto a consulendo et tractando dictum est, quod sic fit ut consulat et nocere non possit. 103. Circumspectissime :

---

65. a putredine redigenti *R*. virtutem *G*. De Iudaeis credo bonum Placidum declamare (cf. ad L1).|| 66. rabbites *Hagen* : rabbini *Mai* : pontifices *Deuerl*. habent *R* : habebant (*l*, *a*) *vel* habebunt (*p*) *G*. val. mun. *om*. *G*.|| 68. Cautus *R*.|| 70. Vide ne haec de Verg. A. I 418 « corripuere viam interea » dicta fuissent, et stultissime dicta.|| 71-72. una glossa, i. e. differentia ?|| 73. Clavius *G* (–vus *t*, *a*).|| 75. iovis navis *R* : locus imus navis *Isid*. (Et. XIX, 2, 1).|| 76. cf. Thes. ling. Lat., s. v.|| 77. maximae *R*. ut sunt *om*. *R*. liquemanarii *R*. Spectatne ad Ter. Eun. 257 ? vix cf. ps.-Plac. B10.|| 79. Cinericiae *cod*. *Ambros*. C 243 *inf*. (v. C. G. L. V, p. XVI).|| 84. alienatio *G*.|| 86. Callidus *G*.|| 88. q. victi *R*.|| Cf. Dub. C 17 ?|| 89. Cav. sunt lo. cavata *R* (*recte* ?) : Cav. utraria bello cauta *G*.|| 90. coniecturae factae *add*. *R* (*pro* Coniectore : vate ?).|| 97. ut fata ve. *R*. Ad Verg. A. VI, 224, etc. ?|| 102. tractando d. e. *vel* tractandum d. e. *vel* tractandum e. *R*.|| 103. ni. caute *Goetz*.

nimis acute. 104. Censores sunt patrimoniorum (primorum) et morum iudices. *Adde ex Isid. Diff. I, 99.* 105 ? Conscribere est multa simul scribere ; exscribere quod alibi scriptum sit transferre ; transcribere cum ius nostrum in alium transit ; inscribere accusationis est ; ascribere assignationis ; describere dictionis vel ordinis.

D

1. Divortium dicimus cum mulier a viro divortium facit ; devertit vero qui a via vel ratione deflexit ; tamen, cum devertit dicatur, diversorium magis quam deversorium usus obtinuit ; ergo utrumque usu et ratione dicimus. 2. « Decontra video » dicitur usu non ratione ; sed melius est econtra quam decontra. 3-4. Destrictus sine N scribimus, non ' destrinctus ' ; est autem destrictus attentus vel severus ac non solutus et lenis. Destringo verbum est activum : participia facit destringens destricturus, a passivo destrictus destringendus. 5. Diruo diruis diruit cum uno R dicimus. 6. Docibiles pro dociles creditum (traditum ?) ; dicimus enim utrumque et docilis et docibilis. 7. Dereliquerit futuro sine N scribimus. 8. Desipere per PE non per PI scribitur. 9. Deiero : deos iuro. 10. Delibutus : unctus contactus. 11. Defunctorium est quidquid ita dicitur vel fit ut ad finem alicuius rei aut terminum spectet ; defungi enim finire significat ; unde de morientibus dicimus. 12. Delibutum dicimus hominem unctum oleo, ut athletae solent vel in cereumate (–rom–) pueri exercere ; dicimus et ' delibutum gaudio ', id est perfusum vel plenum. 13. Dumis : arboribus vel silvis ; plerumque pro spinosis et obscuris ponitur. (Verg. ?). 14. Decrepiti : non qui a senectute avulsi sunt, sed iam qui crepare desierint, id est loqui cessaverint. 15. Dubium quin : numquid dubium. 16. Dryoca(o)laptes : avis quae in capite suo in modum galli cristam habet ; quae ore suo arborem fodiens ibidem sibi nidum facit. 17, Di<s>plosa : divisa vel separata. 18. Duit : dedit. 19. Decidistis : caditis vel incidistis. 20. Datantur : frequenter dantur. 21. Dispescite : separate vel seiungite. 22. Didìdit : dispersit divulgavit, ut (Verg. A. VIII 132) « tua terris didita fama ». 23. De<s>ciscere : dissentire, vel a proposito alienari vel seiungi. 24. Dirivita (–rib–) : digesta vel separata ; dirivitio enim dicitur aliquarum rerum digestio vel separatio ; unde dirivitores dicuntur qui populum per centurias et tribus dividunt. 25. Delicuisse : in liquorem et defectum conversum esse. 26. Degluptus : pelle exutus, id est cute expoliatus. 27. Depudescentem : impudentem. 28. « Destricti enses » : evaginati, id est e vagina ducti. 29. Domi humi et cetera adverbium (–ia) sunt. 30. « Dissiliunt

---

104. Censorei *vel* –ii *R.*‖ Cf. ad. 19 105. Isid. l. c. Inter *conscribere* exscribere et reliqua ; Placidus « conscribere » inquit « est », etc. Itidem Agroec. de Orthogr. p. 117, 7-10 (ex Capro ?). Perperamne illud ' Placidus ' Isidorus ? An et Agroecius et Placidus Caprum exscripserunt ? An Agroecius (saec. V) Placidum ? An Placidus Agroecium ?

D. 1. devertit (*ante* dicatur) *om. G. B.* diversorium *utroque loco G.* Ad. Verg. A. IX, 379 ?‖ 2. est contra *G.* ‖ 6. Docibiles — creditum *om. R.* deutrumque *R.* ‖ 8. Deripere *R.* Cf. Charisius 236, 13. ‖ 9. Cf. Don. Ter. Hec. 771, Eun. 331. 11. est quod dicitur *R.* unde m. *R* : ut de moribus *G.* ‖ 12. del. gau. Spectatne ad. Ter. Phorm. 856 ? 13. pro *om. R.* ‖ 15. Dubium quidni *B.* ‖ 18. Dividit *R.* Immo Du. dederit. Ad Ter. Phorm. 713 ? 20. Dandantur *R.* ‖ 21. Dispertite *R.* 23. apposito *R.* ‖ 24. dirivatio *et* dirivatores *R.* discriptores *G.* Estne pseudo-Placidei gregis (cf. Anth. 4) ? ‖ 25. Deplicuisse *R.* ‖ 26. spoliatus *R.* ‖ 28. de *et* educti *G.*

utres » : rumpuntur. 31. Dedere est a deditione dictum ; deditio enim dicitur quando se victi aut vincendi hostes victoribus tradunt. 32. Deicida : qui Deum occidit, ut homicida qui hominem. 33. Desipiscentes sunt qui minus sapere incipiunt quam solebant. 34. Defaecare est decolare et res quondam mixtas a faecibus segregare. 35. Discrimen aliquando duarum rerum separationem ostendit quae coniunctae esse possunt, ut est in ornamentis mulierum ; aliquando periculum vitae et capitis.

E

1. Elephans nulli dubium est quod per P et H solidum (?) scribitur quam per F ; similiter et elephantus. 2. Et pro fratre potior (patior) dicimus et propter fratrem ; sed si volens, ‘ pro fratre ’ ; si invitus, ‘ propter fratrem ’. 3. Expers : carens ; exspes sine spe, et est nomen ; expertus autem participium est ; ‘ espes ’ vero sine X nihil est. 4. Expetivit : dictum pro satis petivit et inimicissime ac vehementer adnisus est ; ex enim pro valde ponitur. 5. Euge : adverbium laudantis vel hortantis. 6. Erebus : per B non per U ; est autem maritus Noctis paterque Furiarum et socius Chaos (Verg. ?). 7. Eques est qui equo sedet ; equester locus vel ordo, ut si dicas ‘ ille honor equester est ’, item ‘ militat in equestri ordine ’. 8. Exultat melius sine S littera dicimus : nam, cum ipsa X ex C et S constet, quomodo, cum in ea sit iam S, rursum ei addimus illam ? 9. Excrementum : quod in aliqua re super excrescit, ut puta in arboribus ea quae putantur excrementa dicuntur, ut vitibus ; et in corpore si quid excreverit, excrementum dici potest. Excreamentum vero quod expuimus vel excreamus habetur ; item sementum virile unde animalium et hominum corpora concipiuntur ; hinc creatores parentes dicuntur. 10. Examussim : uno M in antepaenultima. 11. Expudet est quasi valde pudet. 12. Eous est homo de oriente ; Eos Aurora vel Lucifer, interdum etiam pro sole ponitur apud poetas. 13. Equus in tutela Neptuni inventoris sui est. (Verg. G. I, 12 ?). 14. Euphonia : vocis sonus suavis. 15. <H>Emispheria : dimidia sphaerae. 16. Enixa duas res significat ; et conata ad efficiendum aliquid et quae partu liberata est mulier ; niti enim vel eniti conari vel efficere est. 17. Ergasterium Graecus sermo est, id est operarium ubi opus fit, vel taberna ubi alicuius operis exercitia geruntur. 18. Examussim : integre, sine fraude ; <a>mussis enim dicitur regula et mensura fabrilis. 19. Ex re : ex causa, ex ratione quae agitur. 20. Exert<a>e : prolat<a>e ; exerere enim proferre est vel expedire (Verg. A. I 492 ?). 21. Ergastula dicuntur a Graeco ubi deputantur noxii ad aliquod opus faciendum, ut

---

31. ab editione *R* : a dedictione *G*. seiuncti *R*.|| 32. Decita *R*. ut *et* qui hominem *om*. *R*. Nimirum de Iudaeis hanc vocem usurpaverat declamator (cf. ad C 65).|| 33. quam quod *G*.|| 34. Desecare *R*.|| 35. Cf. Serv. Aen. XI, 144.

E. 1. soli solitum scr. *R* : solum scr. *docti* : *an* solitum scribi (*cum* quam i.e. ‘ potius quam’)? quia *vel* quam *G* : quam non *R*.|| 3. esper ve. *R* : espers ve. *G* | 4. Expiavit *R*.|| 7. *An* illi ?|| 8. rursus ei adicimus aliam *G*. Hincine Albinus Gramm. 300.29 ?|| 9. spuimus *R*. sementem *G* : crementum *Isid.* (Et. IX, 5, 5).|| 11. cf. 4.|| 12. ut apud *G*. Ad. Verg. G. I, 288 ?|| 16. conatu *G* (–tum *t*). laborata *R*. Ad Verg. A. III, 391, etc. ?|| 17. operatorium *B*.|| 18. dicimus regulam et –am–em *G*. Cf. Dub. M 19. Iterum in usum venisse hoc adverbium antiquum docet 44.|| 19. casu *R*.|| 20. Vel cf. 41. exercere *R*.|| 21. E. quoque et ipsa a Graeco vocabulo nuncupatur *G*. (ubi praecedit Ergasterium). dominantur no. *R*. g. et exules qui marmora *GB*.

solent gladiatores et qui, puta exules, marmora secant et tamen vinculorum custodiis alligati sunt. 22. Epit<h>eta sunt quae nominibus apponuntur ; est autem Graecum ; ut puta ‘ magnus homo ’ ‘ doctus philosophus ’ epit<h>eta sunt. 23. Elogium : elogia laudes electae summatimque collectae ; ut puta, si quis in basi statuae alicuius laudes scribat aut in titulo imaginis, elogia dicuntur. 24. Exoticum nomen est Graecum, id est peregrinum deforis veniens ; dicimus enim ’ exoticum vinum ’, ’ exoticam vestem ’, ’ exoticum mancipium ’. 25. Exerat : proferat ; primum verbum est exero activum ; facit enim exeror passivum ; et nomen est exertus. 26. Ec<h>ini animalia sunt quae in litoribus gignuntur parva ; quorum caro minio similis et dulcis est, <et> duplex testula spinis aculeata in modum castanearum quando adhuc opertae de arboribus cadunt. 27. Essentia dicta ab eo quod est aliquid, ut si dicas substantia ; et est generis feminini. 28. Effutire : foras aliquid effundere vel producere cum garrulitate ; dicimus enim futiles homines vanos superfluos et loquaces ; et est metaphora a vasis quae quassa et rimosa non tenent quae inieceris. 29. Echo Graecum nomen est ; est autem imago vocis quae in concavis locis resultat offensa ac resonat..... appellatus est ut Herculem, Liberum patrem, Castorem et Pollucem Pagani dicunt[ur]. 30. « Eo ingenio [ea natura] omnia generans » : ingenium pro natura posuit. 31. Ephebi : imberbes. 32. Exanclare : exhaurire ; ex Graeco veniens ; quod quidem verbum Plautus, saecularis poeta comicus, posuit in Sticho (272) « ne iste edepol vini poculo pauxilluli saepe exanclavi<t> ». 33. Erugo, vitium ferri, ab erodendo dicta, non ab aeramento. 34. Eventus : ipsa res ; eventa autem dicuntur quae ab eventu veniunt. 35. Experimini : experimentum capite. 36. Enormia : grandia vel ingentia. 37. Exedra[m] : absis quaedam separata modicum quid aut a praetorio aut a palatio. 38. « Ex phoenicea bysso » : ex panno roseo. 39. Excivit : excitavit ; excitur excitatur. 40. « Ex specula spectans » : ex alto loco intendens. 41. Exerte : indissimulanter atque ostentabiliter ; exerti autem dicuntur qui virtutem suam exerunt et in promptu habent. 42. Evacuans : exinaniens. 43. Eguisse : indiguisse. 44. Enucleo : perpendo, examussim inquiro ; et est verbum I coniugationis. 45. « Ex(et) populariter iactas » : et te apud populum vel more populi vulga (-go) [os] iactas. 46. Equinnam (?) : multitudo collecta et in unum congregata. 47. Eliminare : extra limen proferre vel publice secretum quid dicere. 48. « Et per hostiam lustratum » : per sacrificium purgatum. 49. Exsuperantissimus : inexsuperabilis. 50. Efficientia : effectio ; ab efficiendo dicta. 51-52. Exsul dicitur qui

---

22. magnus et doctus e. s. *G* ‖ 23. summatimque collectae *om. R.* Cf. 57. ‖ 27. substantiam *B.* singulare tantum *add. B.* ‖ 28. quae vasa *R.* ingeteris *G.* ‖ 29. ostensa *R.* Liberum *om. R.* Quid latet ? Tractaturne differentia inter Echo et Euhoe (ad Aen. VII, 389 ?) ? ‖ 30. omnis *G.* ‖ 32 poculo (*l. t*) *vel* paulo (*p*) *G* : pauculo *R.* pauxilolo *R* : paxilluli *G.* Hoc verbum antiquum (Quint. I 6, 40) a recentioribus iterum adhibebatur (v. g. Apul. Met. I 16 ; VIII 1). ‖ 33 ferri *R* : erodens ferrum *G.* non ab eromenta *R* : *om. G.* I. e. er–, non aer–, ‘ frumenti et ferri vitium ’ ‘ robigo ’. Cf. R 11. ‖ 38. cf. B 1. ‖ 40. expectantes *et* intendentes *G.* ‖ 41. cf. 20. ‖ 42. vacuum reddens *add. G.* ‖ 44. primae *B* : secundae *RG.* ‖ 45. Epopulariter *G* : Ex– *vel* Epopularint *R* : E[illegible] te populariter *Goetz.* m. populum more iactas *G.* ‖ 46. Equinam *vel* Equininam *R* : Eequin nam (*p. l. k*) *vel* Equinnam (*t*) *G.* Eequinam : [illegible] equo modo. Equitium :- multitudo *Heraeus.* ‖ 50. a faciendo *R.* ‖ 51-52. *duae glossae in G.* ‖ 51. suum *om. R.* Ex. addito S debet scribi quia exsul di. qui ex. solum suum est *G.*

extra solum suum est ; ideo cum S debet scribi, ut e[s]t Ex<s>tirpata : a radice subversa. 53. Exalbidas : non albas sed prope albas. 54. Emissarius : flagitiorum et luxuriae satelles; satelles autem de satisfaciendo dictus. 55. Explicit ad librum refertur; explicuit autem et explicavit ad hominem ; ut si dicamus ‘ explicit liber ’, ‘ explicuit homo opus suum ’. 56. Extemplo : subito continuo ilico. 57. Elogio : laudes enucleatae ; item arc[h]ana vel mysteria deorum. 58. Edule : cibo vel esca ; ab edendo dicta. 59. Evitare est locum aut hominem periculi ac formidinis plenum evadere. 60. Exitiabilis est homo qui alii exitium praestat ; dicimus enim extiabilem et locum in quo exitium fieri potest, ut fovea vel gladius. 61. E[f]fippia (Eph–) sunt equorum freni.

F

1. Facessite est frequentativum ‘ facite ’ : dicimus et facessite recedite. 2. Faenero et faeneror dicimus, habetque quatuor participia ; ab activo duo, faenerans faeneraturus ; <a passivo duo> faeneratus faenerandus. 3. Faenus generis neutri est, hoc faenus faenoris faenori faenus o faenus a faenore ; difficile in nostris legimus plurali numero, maxime nominativum accusativum et vocativum; possunt tamen faenora. 4. ‘ Factus illa res ’ dicitur et ‘ factus illam rem’ , ut si dicas ‘ effectus est caro ’ (Bibl. Ioh. 1, 14 ?) et ‘ effectus est carnem ’ ; sed melius nominativo quam accusativo (!). 5. Forcipes non forfices dicimus quae sunt fabrorum. 6. Faeneuris (–bris) : cum A. 7. Fastus : superbia ; et est quartae declinationis. 8. Furui : furorem passus sum. 9. « Furvarum nationum » : gentium nigrarum, id est Indi Aegyptii Mauri Aethiopes ; furvum enim nos nigrum dicimus ; unde fures, qui in obscuro latent, et forni ; furvi ergo nigri. 10. Fetutinis : id est sordidis occasionibus quae per (per quas) mulieres fetum facere possunt. 11. Fidiculae sunt ungulae quibus torquentur in eculeo adpensi. 12. « Festinate aucto » : cito adulto ; et est adverbium. 13. Fimbrium : generis neutri ; item feminini fimbria. 14. Foetutina : res foedae et sordidae et inquinatissimae ac muliebres. 15. Faxo : faciam ; temporis est futuri. 16. Fornicem : moethiam (moechiam). 17. « Fastidiosum renidens » : vel pro adnuens et consentiens vel deridens ; renidens enim plerumque vultus dicitur laetitia vel risu perfusus ; fastidiosum vero pro fastidiose dixit, nomen pro adverbio, ut est (Verg. A. VII 399) « torvumque repente clamat ». 18. « Futura alucinentur » : quasi luxurioso sermone incerta praedicant. 19. Ferrugo : genus quoddam tincturae similis purpurae nigrioris. 20. Foedera <les> dicuntur sacerdotes per quos foedera fiunt inter duas gentes quae post bellum ad pacem redeant. 21. Fatisceret : abunde aperire-

---

53. Exalbas *G*.|| 55. cf. Lindsay (Palae. Lat. II 21).|| 57. cf. 23. *An* item<eloquia> ?|| || 58. Ed. (ablativo casu).|| 60. aut decipula *add*. *B*.|| 61. frena *R*. Cf. I 23.

F. 1. recedimus *R* : redicamus *G* : recedite *Ambros*. C 243 *inf*.|| 2. f–ans f–turus *om*. *R*. f–tus f–andus *om*. *G*.|| 3. nsis (i. e. nostris) *G* : nostris *B* : usu *R*. legibus *G*.|| 5. q. s. fa. *om*. *R*. Ad Verg. A. VIII 453 ?|| 7. quarta d–io *R*. Ad Verg. A, III 326 ?|| 9. furvi enim *G* (*non P*).|| 10. cf. 14.|| 11. Fed– *R*. ad Persas *R*. Cf. Isid. Et. V 27, 20 Ungulae.. haec et fidiculae, quia his rei in eculeo torquentur ut fides inveniatur.|| 13. Frimurium *et* frimuria *R*.|| 14. foetidae *G* mulieres *R*. Cf. 10.|| 15. Ad Verg. A. IX 152 ?|| 16. mohetiam *R* : moetiam *G*.|| 17. vel consent. vel ridens *R*. profusus *R*. ||18. all. *R*.|| 19. Ad Verg. A. IX 579 ; G. I, 467 ?|| 20. p. veniunt *G*. *An* <Fetiales : quasi> foederales ? Suspicor Placidi verba male ab auditore esse exscripta.|| 21. Fatesc– *R*.

tur. 22. Forasticas : exteriores. 23. Flagitia dicuntur turpia et sordida libidinum crimina. 24. Festivissimus est dies plus quam festus ; dicitur et homo festivissimus et urbanissimus.

G

1. Gestio sic declinatur quomodo audio, amicio amiciebam : est enim gestio neutrale verbum. 2. Glaucus color interdum pro viridi ponitur et qui admixtum habet virori alborem ; nam Virgilius hoc sciens « glaucas salices » (Geo. IV. 182) et « olivas glaucas » dixit ; item in equis aut hominibus ' glauci oculi ' pro splendidi ponuntur ; legimus nonnunquam et maris colorem glaucum dici, sed tunc quando canescit fluctibus ; unde Glaucus deus maris senior fingitur a canitie fluctuum (Verg ?). 3. Grates : duae (quae ?) sunt ; gratiae, quae aguntur ; sed tamen indiscrete ponitur. 4. Globus dicitur genere masculino lunaris, ut Virgilius (A. VI. 725) « lucentemque globum lunae » ; globum (glomus) autem [et glombum] et glomera neutro genere pensa mulierum. 5. Gibbi : gibberosi. 6. Gurgustiolum : antrum secrete angustum. 7. Gnarorum : qui peritiam primae veritatis insinuant. 8. Garrire : aut multa verba aut sordide loqui. 9. Gratificum : gratum ; gratificus est enim gratis faciens. 10. Gratiosus : qui non iuste unicuique quod meretur tribuit. 11. Glaber : rasus, lenis. 12. Gymnasia dicuntur loca in quibus nudi homines exercentur ; unde omnium prope artium exercitia gymnasia dicuntur. 13. Gazae dicuntur divitiae lingua Persarum a Gaza, oppido Graecorum, in quo olim Persarum rex divitias congesserat universas (Verg. A. I 119 ?). 14. Gratissimus et animo et corpore dicitur.

H

1. Heroes dicuntur viri aerii vel caelo digni id est vel fortes vel sapientes ; ab Hera id est Iunone, quam aerem dicunt esse, ubi regnum et sedes animarum est, ut « aeris in campis latis » (Verg. A. VI. 887), et Cicero in Somnio Scipionis ; ergo heros huius herois huic heroi hunc heroem ab hoc heroe, mulier vero heroine vel heroana [s], aut heroas ut Lemnias. 2. Haec securis dicimus huius securis huic securi hanc securem o securis ab hac securi, et pluraliter secures o secures ab his securibus ; ' secur ' nusquam legimus. 3. Harioli dicuntur insani, qui spiritu nescioquo inflati vaticinantes circa aras et templa discurrunt atque bacc <h> antur. 4. Heliton heros apud Latinos nullus est. Quaerendusne in Graecis aut Persis ? 5. Habena, id est lori, per B ; avena, id est herba per U scribitur. 6. Honoripetae sunt qui honores petunt, ut dicimus heredipetas qui hereditatem petunt. 7. Hiulca sunt quae aperiuntur, ab hiando dicta ; hiatus

---

24. *an* Festivus ?

G. 2. *An* ulva glauca dix. (A. VI. 416) ? ac cautiae *R* : anitie *G* : *P non leg.* || 3. duo *G*. indiscretae dicuntur *B*. Vix huc pertinet Diomed. Gramm. 328.4 Grates quas agimus ob merita. Gratiae deae. || 4. *deest in P.* et glombum *om. G B.* glomus autem et glomera *Goetz* (ex Prisc. II. p. 170, 2). || 5. gibbiores *R* : giporosi *G* : gypperosi *P.* || 6. *ita etiam P.* Gurgustium *B.* secretum *B.* || 7. Gnorum *R.* 8. autem... et *R* (*non P.*). || 9. Gratificam gratiam *G P.* enim est *G P.* || 11. lenis (*pro* levis ?) *om. R.* : *P non leg.* ||

H. 1. ab aera *R.* huic heroi (-ro *P* : -ros *G*) hunc heroem ab hoc heroe *om. R.* vel heroadas *G P.* : vel herois *Goetz*. aut lentas *G.* Ad Verg. A. VI 649 ? 2. Haec sec. hui. sec. et reliqua (*cett. om.*) *R* (non *P*). || 3. cf. 14. || 4. *ita P.* : querendis ne *R* : querendum nec *G.* Cf. Journ. Phil. XXXIV 264. Ad Verg. A. IV 303 ? || 5. lorum *R* : lori *GP.* id est *om. R.* ser. *om. R.* || 6. Honoripetes *vel* -pedes *R.* heredipete *GP.* || 7. apertio *RP* : aperta (*pro* -tura ?) *G* (cf. 15).

enim apertio est ut sunt rimae in vasis, sulci in terra, quando aer suo candore finditur, aut si ovum in partes aperias (Verg. G. II 353 ?). 8. Holitores : dicuntur holerum distractores. 9. Horus est quem Pagani inter sacra siderum colunt ; [H]osirim vero pro sole accipiunt ; simili modo etiam Horum solem volunt rarum (?)sive aurorae deum. 10. [H]Aesculapius : Asclepius, medicinae inventor. 11. Hermae simulacra sunt Mercurii tantum caput et pedes habentia ; corpus autem truncum est et quasi quadratum totum ; est autem nomen Graecum Hermes, id est Mercurius. 12. Hara locus est tenebrarum vel porcorum. 13. Humus terra ab humanitate dicta, quia cunctis humana est (!) ; et est generis feminini. 14. Harioli : divini qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt. 15. Hiatus proprie est omnis oris apertio ; translata a feris, quarum aviditas hiatu, id est oris apertione, monstratur ; inde dicitur et inhiare, id est alicui rei acriter et vehementius incumbere ; est et inhiare intendere aliquid et caute prospicere, ut si dicamus aruspicem in exta inhiare. 16. Hirpices : tribula. 17. Hydra draco fuit multorum capitum <in> Lerna palude provinciae Arcadiae (Verg. A. VI 576 ?). 18. Habilis dicitur qui se habet, id est integer et fortis.

I

1. Infamia non dubium est quin generis sit feminini ; nam si neutro dicas, ut verbi gratia ' infamia locutus est verba ', stabit quidem. 2. Incaestum puto A litteram debere retinere ; ab eo quod est incastum venit ; caestum dicunt zonam pelliceam Veneris quae legitimas nuptias ligat ; si quis igitur alieni legitimique matrimonii iura violaverit, in caestum dicitur admisisse, id est quasi castitatis vinculum zonamque Veneris violasse. 3. Idaea cum A scribendum. 4. Indagus indaga indagum participia sunt cum una U tantum. 5. Inguen inguinis generis neutri nomen est, partes corporis iuxta pudenda ; ingu[in]is, vero Latinum no[me]n est. 6. Inclaudicabilis et inclausibilis : inclaudicabilis ad pedem refert, inclausibilis ad locum ; inclaudibilis vero inrationabile. 7. Ianuarius dicitur mensis Iano deo sacratus ; Ianus est enim princeps deorum, quasi mundi vel caeli vel siderum vel mensium ianua ; qui est et bifrons et quadrifrons, bifrons qui et orientem et occidentem teneat et praeterita vel futura cognoscat, quadrifrons propter quatuor elementa vel tempora vel cardines mundi ; hunc quidam Iovem, quidam Solem esse crediderunt, quia limes et ianua sit anni. Februarius mensis a Februo, id est Plu-

---

sum trime *G*. (summe *r*). fula in te. *R*. qu. agricolis ca. *G*. finduntur *GP*. *An* qu. aeris caldore finduntur ? *An* qu. ager solis caldore finditur ?|| 8. dic. *om*. *R* (*non P*).|| 9. est quos *G P*. sacros *GP*. vel Eoum *Deuerl*. : *an* vo. radiorum ?||11. truncatum *G*. est quasi *G*: est et quasi *P* : est et *R*.|| 12. Hira *GP*.|| 14. aram, i. e. quasi arioli. Cf. 3.|| 15. hiatum *et* apertionem *R*. vehementer *G* (*non P*.). Ad Verg. A. VI 237 ?|| 16. Hispices *G* (*non P*.).

I. 1. istavit *G*. nam]i. e. sed. Cf. Hofmann, Lat. Gramm. p. 679.|| 2. nam *pro* venit *G* (w). || 3. Indea *R* : Idea *GP* : Iudaea *docti*. Verg. A. X 252 etc. ?|| 4. Indigus indaga indignum *G* : Indigus -a -um *B* cum ut tantum *R* : quum una utandum *G*. ab indigeor *add*. *B*|| 5. in latinum *R*. Verg. A. X 589 ?|| 6. inclusibilis *G*.|| 7. *deest in P*. Ian. -sit anni (*cett. om*.) *G* (ubi tamen menses singuli suo quisque loco separatim tractantur). De indiculo fontis in *G* cf. vol. I ad Ansil. IA 139-140.|| a iano deo consecratus *G*. mensium ianus autem qui *R*. propter *om*. *R*. sunt anni *R*. aprilis enim graece *R*. terra omnis aperitur in fr. *G*. Placidum exscripsit, sed non religiose, Isid. (Etym. V 33, 3 sqq.) ; unde correxi. Cf. Mountford (Journ. Hell. Stud. XLIII 114).

tone, quia Ianuarium diis superis, Februarium diis manibus cum...... car (consecraverunt) ; ergo [Februarius] a deo Februo, id est Plutone, mensis Februarius dictus est natura (non a) febre. Martius Martis, Aprilis Veneris, quasi ' Aproilis ' (Aphrodis), quia Graece 'Αφροδίτη Venus dicitur, quod ex maris spuma dicatur esse progenita ; ἀφρός enim Graece spuma est ; vel Aprilis ideo quia hoc mense terrae omnis aperitur fructus. Maius a Maia, matre Mercurii, vel a maioribus qui erant principes rei publicae ; nam unum mensem maioribus, sequentem antiqui iunioribus consecrarunt ; unde et Iunius dicitur. Iulius in honorem Gaii Iulii Caesaris, imperatoris Romani. Augustus in honorem Augusti simili modo imperatoris Romani, qui Caesari successit. September a numero, quia septimus est ; sic etiam October, quia octavus est ; similiter et November, quia nonus est ; et ita December, quia decimus est mensis. 8. Ius praetorium, iurispraetorii, iuri praetorio, ius praetorium, o ius praetorium, ab hoc iure praetorio. 9. Intendere autem multa quidem significat ; intendere obducere, coronare vel ligare, ut Virgilius (A. IV. 506) « intenditque locum sertis » ; item intendere minari, Sallustius (frag. V 27) « manum in os intendens » ; intendit criminator aut caedem aut iniuriam ; difficile tamen in bono est. 10. Iuvat : delectat, prodest. 11. Incessant (–unt ?) : accusant. 12. Impunita : quae poenam evasit, id est quae punita non est. 13. Indoles : nobilitas generis. 14. Incubitus dicitur ab incumbendo, sive iacendo sive aliena capiendo. 15. Invisi : inimici felicitatibus vel odiosi (Verg. A. VI. 608 ?). 16. Inurere : infigere notas vel insignia vel maculas, ut solent equos variis signis ferro candenti designare vel alia animalia (Verg. G. III, 158 ?). 17. Indepisci[s] aliquid incipere et perficere ac potiri. 18. Incola dicitur qui aliquem locum ad se pertinentem incolit. 19. <Incubus ?> : Pan vero est quem Pagani deum dicunt vel Incubum appellant, caprinis pedibus, barbatum, rubicunda facie, in dextra fistulam, in laeva virgam tenentem ; quem volunt rerum et totius naturae deum, unde Pan quasi omnia appellant. 20. Inlitus : linitus. 21. « Iubenale (Iuv–) pha[r]os » : semper virens et numquam senescens lumen, ut si de sole dicamus. 22. Infit : incipit fari. 23. Infulae sunt ornamenta omnium honorum [rerum] et dignitatum, et equorum ephippia sive freni. 24. Ingluvies : gu[i]la vel voracitas (Verg. G. III 431 ?). 25. Impraesentiarum : pro in praesenti. 26. Insectandi et compellandi : cum iniuria appellandi. 27. Indiges dicitur interdum <h>emitheus, ut supra dictum est, ab indigendo divinitate[m] — qui cum homines fuerint, indiguerint tamen divinis ; dicunt etiam quidam Indige[n]tes deos naturales et caelestes a contrario, quod nullis indigeant (Verg. A. XII 794 *vel* G. I 498 ?). 28. Itidem (Identidem) : iterum atque iterum [interdum et pro similiter]. 29. « In aeternae vitae crepidine fundatus » : in fine et propinquitate vitae aeternae constabilitus. 30. Inextricabile : inresolubile, quod numquam finitur ; facit adverbium inextricabiliter. 31. Insignit : insigne facit vel signum imponit, translatum ab animalibus quae nota

---

8. pistor- *G.* ‖ 9. tendens *R* aut cedere *R.* ‖ 10. Verg. G. I 95 ? Cf. Serv. auct. ‖ 11. Incensant recusant *R.* ‖ 14. Incubus *Deuerl.* alieno aptando *R* optando *Mai.* ‖ 16. infligere *R* signa *G* varios *R.* ‖ 17. Indespicere *R* Indepiscere *Loewe.* ‖ 19. Inuus *Deuerl.* (ad. Verg. *A* VI 775 ?) pagani quasi *R.* ‖ 20. Ilitus l. *R* : In latas linitas *G. Vel* –tas –tas. ‖ 21. Iubenenla *G.* semper iuvenes *et* ut siderale *l.* ‖ 23. honorum omnium rerum et *G R.* eph. : cf. E 61. ‖ 24. gulla *R.* ‖ 27. supra, scil. ad alterum Vergilii locum ? Deest tamen altera glossa ‖ 28. int. –sim. *om. G.* ‖ 29. fuit datus *R.* constabilius *R.* ‖ 30. ad Verg. *A.* VI 27.

signantur. 32. Immensorum thesaurorum ratio quidem facit sed propter euphoniam 'immensum' dixit. 33. Infersisti : replesti. 34. In speculis : in aspectibus vel in visibus. 35. Infercis : reples. 36. Intemerare : valde contingere, vel populari atque vastare. 37. Iuventus, iuventas, iuventa : iuventus iuvenum multitudo ; Iuventas dea iuventutis ; iuventa ipsa nostra aetas est ; sed nostri in plerisque locis aliter posuerunt. (Verg. A. IV 130 ?) 38. Iubar : splendor solis vel lunae vel stellarum, quod in modum iubarum radii ipsorum extenduntur (Verg. A. IV 130 ?). 39 « In inculta domo » : non culta. 40. Invalitudinariorum : languentium. 41. Impensa : ab impendendo, quod est erogando ; et scribitur per N. 42. Impraeiudicata : non iudicata, non audita, non cognita. 43. Ingeri est offerri, ut ' ingessit se iudiciis ', id est obtulit. 44. Innixus : innitens, ut si quis baculo innitatur aut columnis fabrica. 45. In burim : in curvationem. (Verg. G. I 170). 46. In propatulo est in aperto ; patula enim et propatula dicuntur loca diffusa et dilatata. 47. Inevitabilis dicitur qui fugi[ri] non potest vel declinari.

K

1. Kalendae : mensis inceptio. 2. Kaput : prima pars hominis. 3. Kalumnia : iurgium litis.

L

1. Lamenta dicimus genere neutro numero semper plurali ; ' lamentus ' autem genere masculino dicunt Iudaei et eorum filii, cimices non lecti genialis sed s[c]andapilae amphitheatralis. 2. Lepidus mollis dicitur a lepore, quod animal mollissimum est ; facetus vero, qui iocos gestu et factis commendat, a faciendo dictus. 3. Libitina est dea Paganorum, libidinis dea, quam quidam Venerem infernalem esse dixerunt ; tamen et libitina dicitur lectus mortuorum vel locus in quo mortui conduntur. 4. Listrigonae (Laestrygones) gentes sunt crudelissimae, ut Cyclopas diximus. 5. Lepos : urbanitas elegans et mollis ac faceta ; unde homines tales lepidi vocantur. 6. Licet adverbium permittentis esse intellegitur. 7. Libare est leviter aliquid contingere, ut si quis invitatus ad convivium vel potum perexiguum quiddam de esca vel potione sumat. 8. Longe : manifeste, aut valde vel nimium satis. 9. Lituo : virga incurva pastorali generis feminini (Verg. A. VII 187 ?). 10. Lembus : navis brevis (Verg. G. I 201 ?). 11. Lucinam alii Iunonem, alii Dianam dicunt quae parientibus praeest (Verg. G. III 60 ?). 12. Limbo : purpura (Verg. A. IV 137 vel II 616 ?). 13. Lynx : genus ferae agrestis variae, similis leopardo, Libero patri sacratum (Verg. A. I 323 ?). 14. Liberavit

---

32. dixit, scil. declamationis nescioqui scriptor aequalis, potius quam (ut Neue, Formenl. II 50) scriptor antiquus ; nisi quidem revera pseudo-Placidea glossa est. (Glossae autem forma Placideam esse declarat.)|| 33. cf. 35. Cf. Gloss. Abstr. IN 83 Infersisti : intulisti (ex Itala ?).|| 36. populare *G*.|||| 37. iuventa dea ... iuventas ipsa *G*.|| 39. demo *R*.|| i. e. ' in inculta ' displicet ; melius est ' in non culta '. Placidus discipuli suasoriam reprehendit.|| 41. ab *et* est *om*. *R*. Ad Verg. A. XI 228 ?|| 42. aucta *R*. non co. *om*. *R*|| 43. iudici *G*.|| 44. Innexis *R*.|| 47. fugere *R*.||

L. 1. Lamenta dicimus *om*. *R* (*non P*). Cf. Journ. Phil. XXXIV 264.|| 2. a fac. dicitur *GP*. Cf. 5.|| 3. Libidinis deam *novum lemma R*. contuantur *P* : contutantur *G*. Ex Hor. S. II 6, 19 ; Iuv. II, 122 ?|| 4. ut Cycl. dix. ; cf. 30 (ut Cyclopes fuisse dicuntur).|| 7. al. lev. *GP*. quoddam *R*. Ad Verg. A I 256 vel V 92 ?|| 8. Longe man. aut *om*. *R* (ubi haec glossa cum priore coaluit). manifeste aut valde *G B* cf. Serv. A. I., 13, II, 111, V, 406.|| 9. *deest in P*. Lituo *G B* : Litua *R*. pastoralis *GB*.|| 10. cf. 12 ?|| 11. ianam dicunt *G* : ianun dicunt *P*.||

de praeterito per U, liberabit de futuro per B scribitur. 15. Lymphari est bacchari et furia quadam aut daemonibus impletum rotari huc atque illuc et discurrere sicut lympha, id est aqua, huc atque illuc dirivata aut fusa discurrit ; sunt quidam qui dicunt lymphatico s · spiritu quodam aquarum perturbatos agitari (Verg. A. VII 377 ?). 16. Libentia : nomen fictum ab eo quod dicitur libet. 17. Lampenae : stellae quaedam sic dictae. 18. Liniamenta : extremitates corporum, ut puta ubi finitur tendens deorsum auricula ; unde pictores liniamenta appellant designationes singulorum locorum in imagine, vel impressiones quas postea coloribus manifestant. 19. Lacus : exceptoriae in qua<s> aqua decurrit ; et scribitur una C. 20. « Locis his quae eruerant repletis » : metaphora a fossis ; fossae enim erui dicuntur ; <dicuntur> et homines erui, si a multitudine detenti liberentur. 21. Lebeta : olla generis feminini (? Verg. A. III, 466, vel V 266 –tas *masc*). 22. Lacessere : metaphora a canibus vel a feris quae solent lacerando provocare ; verbum coniugationis tertiae correptae. 23. Laniena : locus ubi animalia mactantur ; dictus a laniatura. 24. Laberintus (Labyrinthus) : locus in Creta insula, parietibus obscuris circumtextus, quem aedificavit Daedalus artifex. (Verg. A. V 588 ?). 25. Lacunaria sunt quae cameram subtegunt et ornant ; quae et laquearia dicuntur. 26. Loramentis : laquearibus. 27. Laoteus circulus : via quae in sphaera videtur quasi alba ; quem alii dicunt animis heroum antiquorum refertum esse et merito resplendere, alii vero viam esse qua circuit sol et ex splendoris ipsius transitu ita lucere. 28. Ludibrium est aliqua res, quae ludo et contemptu digna est ; modo etiam ludibria pro omnibus criminibus dicimus. 29. Loculos : locus dicitur ad aliquid ponendum in terra factus ; unde tractum est per diminutionem ut loculos dicamus et locellos ad vestes vel pecuniam custodiendam. 30. Laestrigones (–ryg–) : feri homines, ut Cyclopes fuisse dicuntur, Italiae vicini. 31. Lancino est lanio frequenter ; lancinare per lances dividere. 32. Luum : pestium ; hae lues harum luum ; lues enim sordes dicuntur elui dignae. 33. Lemniscata : maior palma gladiatorum ; est nomen productivum generis feminini.

M

1. Multifariam, multifarie adverbialiter ; utrumque dicimus bene. 2. Magnalia in nullo auctore leguntur, quia est verbum nimis vilissimum, nisi forte in aliquibus antiquis. 3. Malus granata arbor generis feminini ; pomum vero generis neutri est. 4. Matur<r>imum etiam et maturissimum dicimus ; denique Sallustius in Historiis matur<r>imum magis quam

---

16. Liveneia *R*.‖ 17. quae *R* : quidem *GP*. Lampen– *etiam Anth.* 14. Cf. Gloss. Abba (ex Festo ?) Lampenae : stellae fulgentes. Suspicor hanc glossam non Placidi sed ps - Placidi revera esse et hic alieno loco stare.‖ 18. qua po. *GP*.‖ 19. exceptio ve *vel* exceptove *vel* exceptio *R*. in quae a. *vel* in qua a. *R* : in quae aquae *P* : in qua *G*. scribet *GP*. 20 Locis que vacua erant repl. *G* (*non P*). enim herbi *R*. denti *R*.‖ 21. masculini *P*.‖ 25. Ad Verg. A I. 726 vel VIII 25 ? 26. Lomentis *R*. 27. in sero *R*. heroum *P* : ereum *R* : haeremum *G*. ref. esse *P* : se festum est *R* : se fertur esse *G*.‖ 28. contemptui haberi digna *B*.‖ 29. Luculos *R*. locus dicimus *R*. locellus *R* : lucellos *GP*.‖ 30. a loco Italiae vicino *G* (*non P*.) Cf. 4.‖ 31. lancinare -div. *om*. *GP*.‖ 32. arium luum *R*. lu. en. so. dic. eluit igne (cf. Verg. A. VI 142 ?) *G* : id est sordes elui dignae *B* : lu. en. so. dic. *P* : lu. en. dic. *R*.‖ 33. Lemisc– *R*.

M. 2. legitur *G* (non *P*). Magn. vox Biblica est, v. g. Eccles. 17, 11.‖ 4. Maturium *G* (*non P*).

maturissimum dicit. 5. Mausolea sunt sepulchra seu monumenta regum maxime Aegyptiorum ; a Mausol[e]o illorum rege dictum est (!) 6. Manubiae dicuntur spolia hostium quae a rege aut duce eiusdem manibus deportantur, ut exuviae et induviae dicuntur. 7. Munifica et munificus dicitur qui alicui multa munera dat ; vel ille qui munus suum, id est officium quod debet, implet, ut puta ' munifica Sicilia imperio Romano ', id est quae ei impositum munus praestet obsequium. 8. Macte verbum est bene alicui optantis, ut Virgilius dicit (Aen. IX 641) « macte nova virtute puer », id est multum aucte, hoc est magne puer et sublimis. 9. Meditullium dicitur locus in quo aliqua meditantur sive ad docendum sive ad discendum (!). 10. Murex dicitur coc<h>lea maris acuta, quae alio nomine conchylia (–ium) nominatur, ex qua purpura nobilis inficitur ; dicuntur et murices petrae in litore similes muricis huius, acutissimae et navibus perniciosae. 11. Mysta Graecum est, id est mysterii auctor ; summysta qui sub eo est (!) sive qui conscius mysterii. 12. Mulcifico : frequenter mulceo ; mulcere enim blandire est vel verbis blandis delinire animum ; translatio a mulso, id est melle quod acceptum lenire fauces dolentes aut oppletum sordibus stomachum solet. 13 Mitra : pilleum Phrygium vel Persarum aut ornatus capitis de veste. 14. Mat<t>ia : intestina quae sordes <ex>crevit ; unde mat<t>iarii dicuntur qui eadem tractant aut vendunt. 15. Margo : extrema pars cuiuslibet loci, ut puta maris ; et est generis communis, ut hic et haec margo. 16. « Mulcator corporis » : qui corpora afficit vel cruciat. 17. « Molari exiguo » : saxo brevi vel modico. 18. Morbum regium : genus quoddam morbi, sic nuncupati qui<a> tanto potior est quanto deterior ceteris omnibus. 19. Meritissime : dignissime ; gradus superlativus. 20. « Medullitus capti » : usque ad penetralia medulla detenti. 21. Munia : tributa ; munera vel officia. 22. « Moris quippe habet » : morem vel consuetudinem vel usum habet. 23. Meticulosus : metuendus. 24. Municeps (–cipes) : curialium maiores ; ex eo quod munera fisci idem accipiant. 25. « Mordicus tenens » : morsu quasi tenens. 26. Mutilare est aliquid quod sit integrum detruncare, ut si quis homini manum amputet, mutilabit eum, aut arboris partem aliquam vel aedificii auferat. 27. Menenca (Meninga): in cerebro membrana quaedam vel pars cerebri ; est autem Graecum. 28. Magnopere est ad magnum opus esse quemquam necessarium (!). 29. Minitari est alicui plagas vel caedes minari. 30. Mulcator: delinitor(–len–) compositor ; mulcere

|| 5. sunt *GP* : *om. R*. || 6. eiusdem (*l*) *vel* eius de (*p*) *G* : eiusdem *RP*. || 7. Mu. vel mu. *GP*. ille *om. GP*. || 8. hoc est mu. au. ma *R* (*non P*). || 9. locus *om. R* (*non P.*). || 10 quae –pern. *om. P*. concilio *G* : conchylium *Isid.* (Et. XII 6,50). in leone *R*. sim. murices vivis *G* : sim. muricibus vivis *docti*. || 11. sive– myst. *om. R* (cf. ad 12). co. est myst. *P*. || 12. Mu. –blandire est *om. R* (ubi 11 cum 12 coaluit). Multi– *G* (*non P.*). dele in reani a multo *R*. || stom. solvit *R*. Cf. 30. || 13. pallium *R*. persacrum *R* : prosatum *G* (*non t*). hornamentus cap. *P* de veste *om. R*. || 14. Matia *G P* : *om R*. intestinae *GP*. s. emittunt *GP*. maticiarii *R*. tr. advendunt *G* (tr. et vendunt *t*). || 15. extrema *B* : est *G Isid.* (Et. XIV 8, 42) : *om. RP*. || 16. cf. 30. || 17. vel br. vel *R* (*non P*). || 18. item regium morbum quidam inde existimant dictum quod vino bono et regalibus cibis curetur *add. G* (*non P*). Nimirum in *G* coaluere glossa Placidi et glossa ex Isidoro (Etym. IV 8, 13) sumpta. || 19. gr. sup. *om. R* (*non P.*) || 20. capitque ad *R* (*non P*). || 21. cf. Serv. auct. A. 12, 520. || 23. metuens *P* (*recte* ?). || 24. fisci demancipiant *R* (*non P*). || 26. hominum animam *G* : animam homini *P*. et arbori *G* : et ut arbori *P*. auf. *om. R*. || 30. De verbis Mulcare et Mulcere inter se confusis cf. Loewe, Prodr. 358. Mulcator

enim delinire est ; a mulso dictum. 31. Moliri conari est et aliquid cum mora agere.

N

1. Neglegens usus obtinuit utrumque per G. quamvis et per C in aliquantis legatur, quia C et G unum paene sunt ; nam Gaius, cum G sola sit, invenimus per G et C positam ; ergo hoc participium vel nomen ex duobus integris compositum est, coniunctione disiunctiva et legens participio ; quodsi gradus habeat erit nomen, ut neglegens neglegentior neglegentissimus ; participium neglegens neglectus neglegendus. 2. Nudus illius rei et illa re bene dicimus ; sed frequentius genetivo utimur. 3. Nuptiae, quamquam ab obnubendo puellis capita dicantur, et nubes, unde tractum est, per B scribuntur, tamen usu per P, quia P littera mitior est quam B. 4. Nudiustertius cum I dicimus; et est adverbium temporis. 5. Nequiquam (?) et non significat et non ita et non adeo. 6. Nothus dicitur qui de patre nobili et matre ignobili gignitur ; cui contrarius est spurius qui de matre nobili et patre ignobili generatur. 7. Nihilo setius : nihilo minus vel non aliter. 8. Noctis partes hae, crepusculum, vesperum, concubium, tonocinium (conticinium), intempesta, gallicinium, diluculum et crepusculum matutinum ; intelliguntur autem hoc modo ; crepusculum dicitur, id est creperum quod dubium dicimus, inter lucem et tenebras ; vesperum oriente stella cuius nomen est ; conticinium dicimus quando omnes silent ; conticescere enim silere est ; intempesta <id est importuna, quando agi nihil potest et omnia quieta sunt ; gallicinium> dictum est propter gallos lucis praenuntios ; crepusculum matutinum inter abscessum noctis et diei adventum. 9. Neoterici libri : novi vel recentes. 10. Nucispineum est quod rustici ‘ nuclipineum ’ dicunt. 11. Nepa : scorpius quae natos consumit nisi eum qui dorso eius inhaeserit ; rursum ipse qui servatus fuerit consumit patrem ; unde homines qui bona parentum per luxuriam consumunt nepotes dicuntur ; hinc quoque nepotatio pro luxuria ponitur, qua certae quaeque res consumuntur. 12« Numeros omnimodos pulsas tuo plectro » :numeros dicit c<h>ordas sive nervos citharae ; nam citharam diversis numeris a veteribus constat esse compositam iuxta <h>armoniam mundi ; unde hi qui ex quattuor elementis constare universa dixerunt, tetrac<h>ordon fecerunt ; quidam pentac<h>ordon, addentes quattuor elementis divinam providentiam ; nonnulli <h>eptac<h>ordon iuxta numerum septem deorum, quorum dies nominibus nuncupantur ; alii ennac<h>ordon, qui his septem aduinxerunt caelum et terram, vel propter novenarium ab astagiis (?). 13. Naviter est bene et industrie et caute, ut navis fit vel gubernator (–tur) ; tractum a navi ; unde navi dicuntur boni, ignavi stulti. 14. Nandi : natandi.

---

etiam Isid. (Et. X 178). a mulso cf. 12. Cf. 16.|| 31. Conamen et *R* (*non P.*)

N. 1. utrimque *Mai*. aliquantis *RP* : aliquis *G*. | 2. genet. cf. S 20. frequenter ius gen. *P*. | 3. a nubendo *R* : adnubendo (*p*) *vel* ab obnub. (*l*) *G* : ab obnub. *P* (cf. O 13). dicantur connubes R. un. et tr. *P*. scribamus *G* :scribimus *P*. usu *om*. *R*. | 5. Nequiquam *GPB* : Neunquam *R* : *an* Nequaquam ? Aliena est glossa Cyrill, Μήποτε : ne umquam (i. e. Μή : ne, Ποτέ : umquam). | 6. cf. Dub. N. 7. | 7. *ita etiam P*. nihilo aliter *R* (ubi 7 cum 6 coaluit). | 8. *deest in GP*. cui hoc nomen *Isid*. (N. R. II 2) id est –gallicinium *suppl. Deuerl. ex Isid.* | 9. Neut– *GP*.|| 10. Nunc speneum *G*. nunc lipidineum *G* : nudipineum *R* : nuclipinium *P*. | 11. *ita etiam P*. sursum *R*. per *vel* pro luxuriam *ante* ponitur *R*. | 12. numeris aut aeribus *R*. astigiis *GP*. De Deo ni fallor, dictum. | 13. na. sit *R* (*non P*).|| 14. Navi nat. *R*.

O

1. Œconomia est ipsa dispositio rei alicuius quae prius ordinatur, ut disponitur domus et sic fabricatur ; sic et a poetis vel ab auctoribus oeconomia prius ordinatur et sic describitur, ut puta ne laederet Iuno per Didonem Troianorum regem ; haec dispositio oeconomia dicitur. 2. Odorifer masculino genere, non ‘ odoriferus ’, quomodo letifer ; feminino haec odorifera ; neutrum hoc odoriferum. 3. Obter nihil est ; ne mendosum sit, et sit aut propter praepositio aut obiter adverbium. 4. Obtundens obtusus facit praeteriti temporis participium sine N et est verbum activum. 5. Obst<r>udere est aliquid in angustias includere vel impellere ; obstruere autem si hominem, prohibere, si locum, aedificando claudere. 6. Opobalsamum dicimus sucos balsami, quia, ni fallor, ὀπός sucus dicitur. 7. Orgia Graecum est, id est sacra quae per furorem celebrantur, ut Liberi patris et matris deum ; org<u>ia autem mensura, quod Latine dicitur ulna. 8. Opipare e<s>t opulente divitiis, id est opibus, convivium instructum. 9. Osor dicitur qui alium odio habet ; et est nomen generis communis, hic et haec osor ; ‘ osrix ’ enim dici non potest nisi ab stultis. 10. Occidio dicitur génere feminino haec occidio ; id est, quando multi occiduntur, ipsa res occidio dicitur ; et melius quam ‘ occisio ’, quia occidi dicimus, non ‘ occisi ’ ; verbum est occido. 11. Ortygometra : genus avium, id est coturnices. 12. Oenum : vinum. 13. Obnuberat : cooperuerat ; idcirco nuptiae ab obnubendo puellis capita dicuntur. 14. Opera et operam : opera sunt artes singulorum et artificum ; operam vero adiutorium esse cognoscimus. 15. Oblevit : oblinivit. 16. Orbia : genus quoddam escarum, quod quidam ‘ Saturni o<r>biam ’ vocant. 17. Ornos (–nus) : genus quoddam arboris feminini generis, numeri singularis ; at vero pluraliter orni facit. 18. Oblinire : linare (?). 19. Oraculum : unde responsa dantur, id est funduntur vel praedicantur ; nam et ipsa res, id est responsum quod datur, oraculum dicitur. 20. ‘ Occasio arrisit ’ : op<p>ortuna<m> se praebuit vel secunda successit. 21. Oeconomia est dispositio vel praemeditatio vel praeparatio. 22. Opificium : res aliqua quae in opere est, vel ubi opera fiunt. 23. Obstinatus est qui aliquid praecipitanter et sine revocatione facere festinat. 24. Obesse nocere est ;

O. 1. id est *P* : *om. G.* alicuius prius sicut (*vel* s. p.) ordinatur et d. *R.* ordinatur deinde efficitur ut *B.* et ab actoribus *R.* lederetur *R.* Venus rogat Cupidinem ut Didonem faciat amare *post* regem *add. Ambros. C* 243 *inf.* Cf. 21. || 2. letifer *om. R* (*non P*). Ad Verg. A. XII 419 ? || 3. Opter *GP.* et fit *R.* ne, i. e. vide ne. Inter praepositiones tamen exhibent Cominianus (ap. Charis. 230, 18), Palaemon (ibid. 231, 22). || 4. Opt. obtunsus *P.* a verbo activo *G* : adverviun activum *P.* Ad Verg. A I 567 ? || 5. Obstudere *Ambros. C* 243 *inf.* : Obtundere *RG* : Optundere *P.* || 6. sucus ba. *GP* || 7. est Gr. *R* : Gr. *P.* orgiam item *P* : orgia item *G* : orgi autem *R.* || 8. Opyparet opul. *P* : Opipare opul *G.*. *an* Opiparĕ <convivium> est ? *an* opib. id est div. ? Opiparis adiect ab Apuleio usurpatur. Vix cf. ps.-Plac. O 7. || 9. ab inperitis *G* (*non P*). || 10. id est *om. P.* quia occidimus non *P.* || 12. Ad Verg. A. I 532 (Oenotri) ? In PP glossario est Oenum : vinum, Oenotri : Graeci. || 13. cf. N 3 || 14. *ita etiam P.* et (*alt.*) *om. B.* ve. studium esse *B.* || 15. oblinuit *G* (*non P.*). || 16. Sa. obviam *G* : Sa. oviam *P.* || 17. Ornus *P. an* gen., <ornus>num ? || 18. *ita etiam P.* linire *Mai* : liniare *Deuerl.* || 19. fundantur *G P* : fantur *B.* nam, i. e. sed (cf. ad I 1). An sic scribend. « Orac. un. resp. dan. », id est etc. (ita ut nam significet ‘ idcirco accedunt tria illa verba quia ’, etc.) ? || 20. oportunitas *Ambros. C* 243 *inf.* (*non P*). Cf. Lactant. Ira 8,5 occ. adriserit. || 21. cf. 1. || 22. Op. res *P* : Op. dicitur res *G* : Op. est res *R.* || 24. alibi *P.*

obesse enim dicitur inimicus alii. 25. Offa sin : offa latrantium est ; deminutivum offellam facit ; haec si in os cani iacitur, satiatus ideo compescitur et silescit. (Verg. A. VI 420 ?)

P

1. Plaudo tibi illam rem' potest bona locutio esse ; prope tale est in Virgilio (Aen. VI. 644) « pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt ». 2. Palpitans est qui animam trahit ; nam 'palpitrans' non est Latinum, potest tamen a palpebris (-petris ?) venire. 3. Per vitam iurat melius dicimus quam 'vitam iurat' ; tamen 'iurat vitam' etiam absolute. 4. Pullos quidem dicimus omnium avium natos ; sed et animalium quadrupedum dicuntur pulli, homoque parvus pullus est, vel recens nati pulli quod polluti ; unde vestis nigra pulla est dicta. 5. Pytho Pythonissa cum H scribitur. 6. Paedor genere masculino dicitur hic paedor et hi paedores, non 'paedora', ut Lucanus (II. 72) « longusque in carcere paedor ». 7. Putris generis communis est, hic et haec putris, hi et hae putres ; facit neutro hoc putre et haec putria. 8. Pensum : cum N ; a pendendo dictum. 9. Pueras pro puellis et item puellos pro pueris legimus ; nam sexum pro sexu non ponimus nisi per ironiam aliquem turpem virum et muliebria patientem per puellam aut mulierem velimus notare. 10. Pronuba est quae nupti<i>s praeest, quaeque nubentem viro coniungit ; quod officium ad Iunonem pertinet, deam coniunctionis (Verg. A. IV, 166 ?). 11. Procos : id est pronubos (Verg. A. IV, 534 ?). 12. Pulvinus et pulvini genere masculino, neutro pulvinar pulvinaria ; sed pulvinus privati hominis cervical vel culcitra, pulvinar vero ac pulvinaria principum sunt vel regum, id est lectisternia. 13. Pellexeris : persuaseris ; pelliciens persuadens dicitur. 14. Pellex : concubina. 15. Perduelliones : rebelliones per quos bella oriuntur ; duellum enim dicitur quasi duorum bellum. 16. Protelata : dilatata. 17. Prolictabimini (-lect- ?) dicitur et multa (?) significat ; nam prolici est persuaderi, verbum autem eius est prolector. 18. Puberes : iuvenes adulti. 19. Posthumus dicitur puer qui mortuo patre nascitur ; quasi post humum patris, id est post sepulturam ; posthuma puella similiter dicta. 20. Pubes : modo iuventus, modo pars corporis verenda vel potius horrenda. 21. Promulgatum est foras prolatum vel constitutum, ut lex dicitur promulgata ; promulgatum (provulgatum?) autem in omnium notitiam et totius vulgi intimatum. 22. Pellacis : pro (per). blanditias decipientis (Verg. A. II 90 ?) 23. Pila : si brevis PI syllaba, omnis rotunditas, vel de ligno facta qua pueri in triviis ludunt ; si PI longa est, pila dicuntur tela grandia in bello necessaria, generis neutri, ut hoc pilum et haec pila ; item pilam

---

25. canis *Isid.* (Etym. XX 2, 26). sat. — sil. *om. P.*

P. 1. illa *P* : unam *R*. est vergo pedibus *R*. (2. palfebris *GP*. 3. iurat etiam vitam abs. *RP* : iurat etiam abs. vitam *G*. absolvet *P*.) 4. et homo *GP*. quod pullum *R*. un. et ves. ni. pu. dicta est *GP*.) 7. hi et- putria *om. R.* (*non P*.). 9. pu. et mu. *R* (*non P*.). 10. nubtus *P*. coniunctionum *P*|| 11. *om. G.* id est *om. P.*|| 10-11. coniungend. ?|| 12. culcita *GP* : culcitral *R*.|| 13. Plexeris *R* (*non P*).|| 13-14. una glossa ?|| 15. rebellationes per quod *G* (*non P*). 16. dillatata *vel* dixstillata *R* : dilata *Deuerl.* qui aliquem differt *add. P*. 17. Prolectabimir *R*. verb. -prol. *om. R* (*non P*.). multa, i. e. frequentativam actionem ? 18. *om. G* (*non P*). (19. humationem *Deuerl.* posthuma pu. sim. dic. *om. R* (*non P*.). Ad Verg. A. VI 763 ? 20. *ita etiam P*. 21. permulg. au. *GP* : *om* pervulg. au. ? omniumnotitiam *R*. Bis exhibet *P* (Prom. -int., Perm. in om. not. et to. vu. int.). 22. Pellacias *R*. (23. et cu. aed. *R* : aut cu. aed. *GP*.

dicimus genere feminino, haec pila, sustentaculum domus et cuiuslibet aedificii (Verg. A. IX 711 ?). 24. Phalaricae sunt tela maiora pilis, bello necessaria (Verg. A. IX 705 ?). 25. Pseudomeni dicuntur fallaces a Graeco qui rem aliquam ment<it>ionibus conantur adserere, ut diximus (dicimus ?) de philosophis qui dicunt 'si dico <me> mentiri, et mentior, verum dico'. 26. Pegma est genus machinamenti in theatris exhiberi soliti, quo arte mechanica scenici ludunt variis modis. 27. Pseudothyrum : postic[i]um, id est latens ostium quod semotum est a publico. 28. Pinaces dicuntur imagines mire depictae, id est tabulae marmoreae aequales ; item pinaces genera vasorum sunt. 29. Physica Graecum est, id est naturalia ; physis enim Graece natura dicitur rerum. 30. Penthesilea : Amazonum regina ; Amazones vero erant feminae bellatrices ex genere Scytharum descendentes ; hanc ergo Homerus introducit tempore belli Troici in auxilium Priamo venisse, quam Achilles, unus Graecorum ducum fortissimus, occidit (? Verg. A. I 491 *vel* XI 662). 31. Pelta est genus scuti in modum lunae semis vel magis tertiae aut quartae, quibus eaedem Amazones utuntur in pugna (? Verg. A. I, 490 *vel* XI, 663). 32. Piacularia : sacrilega peccatis plena. 33. Pignora et Pignera : pignora filiorum sunt vel affectuum inter [es] se ; pignera quae creditoribus dantur ; sed utraque confundit auctoritas lectionis. 34. Plagiatores : seductores. 35. Pyriphleget<h>ontas : flumina apud inferos igne flammantia. 36. Privilegia : leges privatorum seu beneficia quae a principibus conceduntur ; sed interdum a quibusdam pro legibus privilegia dicuntur. 37. « Pinnatae plagae » : plagae sunt vincula retiarum extensique funes quibus capiuntur agrestes ferae, in quibus funibus avium eriguntur pennae.

R

1. Recensiti libri, non 'recenseti' ; quomodo praebiti, non 'praebeti' (!) 2. Reliquatum : μεταφορικῶς dictum, liquatum. 3. Reduviae dicuntur spolia serpentum quibus, quotquot annis senescunt, sese exuunt, quasi quibus exuti in iuventam redeunt ; dicuntur enim induviae, exuviae, reduviae. 4. Regulus : nomen serpentis basilisci. 5. Rictus vocatur omnis apertio oris vel patefactio hiatus tam ferae quam hominis ; dicitur et rictus os ipsum simpliciter. 6. Resultatio : id est reluctatio quae renititur et contra contendit ; item resultare dicuntur vocum sonitus, id est reaudiri. 7. Recutiti : Iudaei. 8. Residuus : quasi tardus. 9. Raptari : frequenter rapi. 10. « Romam ex Aquilone Raetiae stringunt » : vel conlimitant vel finibus se ei adiungunt. 11. Robigo a rodendo dicitur ; id est vitium segetum. 12. Resultant : resiliunt. 13. « Regulas proponentes ac magiae

24. Palericae *R* (*non P*). || 23-34. una glossa ? || 25. *deest in P*. a Gr. *om. R*. me *Deuerl.* (ex Gellio XVIII 2, 10). || 26. quo autem hec anica *P*. || 27. *deest in P*. Pseudeorum *G* (-dorum *t*). || 28. versorum *P*. || 29. *ita etiam P*. || 30-31. una glossa ? || 30. *bis in P*. || 31. amazone *P*. || 33. Pignera et Pignora fil. *G* : Pignera et Pignora pignera fil. *P* : Pignora fil. *R*. pignora quae *GP*. lectoris *G*. Cf. Isid. Diff. I 456. || 35. Piriphlegetantar *P* : Piriplegecontus *G* : Phlegetontas *R*. ignem *RG*. || 36. Previl- P. || 37. quae faciunt motu suo ignavis animalibus terrorem *add. P*.

R. 1. Sed longa paenultima apparat in poetis. Cur igitur praebiti et recensīti inter se conferuntur ? || 2. d. reliquatum *R* (*non P*). || 3. cf. 15. || 5. sim. *om. R* (*non P*). || 6. contra tendit *G* (*non P*). || 9. *deest in GP*. *Immo* Rapter : frequenter rapiar (cf. Dub. P 1). || 10. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lexic. VI 556). *Ita etiam P*. || *An* eius ? || 11. Rub- *R* : Ruv- P. id est vit. seg. *om. R*. || 12. Ad. Verg. A. V 150 etc. ? || 13. Relugas *G* : Regulus *R*. magis ceretis hic *G* : magia eretis hic *P* : magiae retectic *R* : *an* magiae haeresis ?

retis (?) » : hic regulas doctrinas vel disciplinas magorum ostendi vult. 14. Reduncum : quasi subrectum, sursum versum curvatum ; cui contrarium est obuncum, deorsum versum curvatum. 15. Reduvius (–as ?) : exuvius (–as ?). 16. Redimiae : res quae redimuntur a praedonibus. 17. Rivales : qui quasi de uno amore descendunt (?). 18. « Renidenti vultu » : interdum laeto et hilari, interdum splendenti ; item florenti, si dicamus ' terra renidenti '. 19. Refervit : iterum recaluit.

S

1. Scamnum deminuit scabillum non ' scabellum ', ut Cicero (pro Cael. 65) « scabilla concrepant ». 2. « Sublinguium sonitum » pessimum (–me) dictum est ; est tamen sonus qui sub lingua sonat, quasi non rectus aut bonus sonitus aut submurmur. 3. Sublevit : sub[i]unxit ; a liniendo. 4-5. Salsamenta sunt omnes res salsae, ut pisces et sardae. Salsuginem puto ipsam rem dici quae facit salsum. 6. Sacrum : media res est, et bonum et malum ; nam dicimus ' sacer est<o> ', id est alicui quem volumus execrari aut occidi, et item consecrari ad bonum, ut : « sacra mari colitur medio gratissima tellus » (Verg. Aen. III 73), ad malum : « auri sacra fames » (Aen. III 57) et « sacrae panduntur portae » (Aen. VI 753-4) ; unde et ignis sacer dicitur ulcus horribile. 7. Sciscitor verbum est commune, id est interrogo vel scire cupio ; aliter non dicimus. 8. Suppliciter legimus non supplicanter quia nomina quae in I finiunt dativo accepta syllaba ' ter ' adverbia faciunt, ut suppliciter agiliter velociter ; si vero dicas ' huic supplicanti ', potest fieri supplicanter pro adverbii qualitate ; potest ergo ' huic praecipiti ' ' praecipit<it>ter ' facere iuxta regulam <ut> suppliciter, sed quia euphonia offendit, melius praecipitanter dicimus quam ' praecipit<it>er '. 9. Spondolus est internodium in spina dorsi vel imo eiusdem spinae, quod nomen non est ex disertis sed ex vulgaribus ; qui tamen locus, dum debilitatur, interdum exit et eminet tumens. 10. Sapp<h>irinus scribimus quia lapis sapp<h>iros dicitur. 11. Suggillare est gulam constringere, quomodo dicimus strangulare ; sugillo verbum activum et facit passivum sugillor. 12. Senatus unus et verus Romanus est a senectute appellatus a Romulo qui vel fundavit vel auxit Romam ; hic elegit de exercitu suo seniores centum, quos senatores appellavit ; dicuntur quidem et ceterarum civitatum senatores curiae principes, sed hoc in antiquis, nam

---

14. nasi *GP* : quasi *R*. ‖ 15. Redivivus *R* (*non P*). Vix huc pertinet ' redubiare ' (*Anth.* : infinit. mod.) Cf. 3 ‖ 16. *Ita etiam P.* ‖ 17. de– *vel* discendunt *G* : discendunt *P*. ‖ 18. *Ita etiam P.* ‖ 19. *Ita etiam P.*

S. 1. diminutivum *B* (*non P*). Sequitur in *P* differentia (non tamen plena) ea quae est in Isid. Diff. I 507 (= Ansil. SC 71) inter Sceleratum, scelestum, scelerosum. ‖ 2. Sublinginm *P* : Sublinginum *R*. Pessime *P*. dic. est et transonas qui *R*. ‖ 3. subiunxit *etiam P*. ‖ 4-5. una glossa *P* (*recte*). ‖ 6. est *om. R* (*non P. B*). ‖ mal. significat *B*. sacer es *B* (*non P*). de bono ut *B*. at malum *B*. ‖ 7. Sciscitatur *GP*. ‖ 8. Simpliciter l. et *R*. syll. per scintillam adv. *P* (cf. ad Dub. S 4). velociter *om. R*. (non) potest fieri *Goet.*. offenditur *Deuerl.* Ad Verg. A. I. 481 ? ‖ 9. int. ispina *P* : int. spina *G*. ‖ 10. Sapirinus *R* : Sappirnus *G* (*non P.*). sapirnos dic. *R*. Ad Bibl. Ex. 24, 10 ? ‖ 11. Sugill. *P*. gulam *G* : guillam *P* : regulam *R* qu. di. str. *om. G*. suggilo act. suggilor pass. *R*. ‖ 12. a Romulo *om. P*. cu. ac principes *R*. sed in hoc. in ant. non sen. d. potest *R*. primordines vel plurimordines *R*. not. *om. R*. Ad Verg. A. I 426 ? (Glossam non omnino praetermisit *G*, sed ex ea et ex Eutropio (I 2, 1) et ex Isidoro (Etym. IX 4 11-12) duas glossas conflavit (Ansil. SE 320-1).

modo senator dici non potest nisi qui in curia Romana fuerit ? nam primi ordines dicuntur illustres, secundi spectabiles, tertii clarissimi ; iam inferius quartum aliquod genus non est. 13. Saevus malus pessimi ac trucis animi et crudelis dicitur et AE dipt<h>ongon habet. 14. Secus et aliter et aequaliter ponitur. 15. Sublevi : subsignavi, ut relevi resignavi ; <sublevi> hoc est subsignare (–avi), <si> qui alio signante iterum [re]signat ; resigna<vi> est quod dicitur relevi, si ea quae signata sunt aperiuntur ; item sublitum <os> dicitur cui imposturae fiunt, qui decipi[un]tur, cui verba dantur, vel qui non satis doctus est, ut si dicas ' sublitum mihi est os ', non bene doctum vel indoctum <te significes>. 16. Sublegi est te (de ?)legente insidiando furatus sum, ut si quis solus legat et alius ex occulto verba eius furetur et ea prodat (Verg. E. IX 21 ?). 17. Stipulatores promissores dicuntur ; stipulari enim promittere est ex verbis iuris peritorum. 18. Spiris : nodis. (Verg. A. II 217 ?) 19. Sistentes vel prohibentes significat, id est qui aliquam rem in loco stare facit, ut Virgilius (Aen. IV 489) « sistere aquam fluviis » ; potest significare [pro] consistentes, id est habitantes vel stantes, ut Virgilius (Aen. V 426) « constitit in digitos » ; significat resistere repugnare, Virgilius (Aen. X 309) « e<t> contra in litore sistit ». 20. Scythia est provincia remota sub Septentrione, frigoribus rigens, nuda gignentium, moribus barbara. 21. Scena est camera hinc inde composita quae inumbrat locum in theatro in quo ludi actitantur ; item scena dicitur arborum in se incumbentium quasi concamerata densatio ut subterpositos tegere possit ; item scena vocatur compositio alicuius carminis quae digna sunt (sit) agi in t<h>eatro exclamationibus tragicis ; tragoedia est enim genus carminis quo poetae regum casus durissimos et scelera inaudita vel deorum res alto sonitu describunt ; comoedia, quae res privatorum et humilium personarum comprehendit, non tam alto ut tragoedia stilo, sed mediocri et dulci. 22. Su[p]premi et summi significat et imi ; supprimi autem occultari. 23. Soritica est ars vel argumentum philosophorum ; σωρός Graece acervum (-us) dicitur ; aiunt enim in hoc acervo puta frumenti si addideris granum unum, et alium et tertium capere potest, sic ut ad infinitum procedat ; vel manus si capax est decem soldorum, addas unum, et alium et tertium capere potest ; sic ergo ad infinitum tendit. 24. Sphaera est rotunditas mundi volubilis et quidquid tale est ad volubilitatem ; dicunt etiam sp<h>aeras ex capillis et pellibus factas, quibus ludunt infantes. 25. Separia : pro separata aut discreta. 26. Subsistentia dicuntur vel constituta et fixa vel ex quibus aliquae res subsistunt, ut dicimus substantias, ut si elementa quibus factus est mundus velimus substantias dicere. 27. Suggillavit : irrisit. 28. Supercietur (–ricie– ?) : superiacietur vel sup<er>ponetur. 29. Sanctuarium : locus vel cubiculum ubi sanctae res geruntur. 30. Scurrilitas : iocus improbus quasi ' velut caecus currit '. 31. Spurium baptisma : fal-

---

13. S. *vel* Sc. *in codd.*|| 17. cf. ad Dub. S 23|| 19. consistit in dig. *G P*. Virg. contra *G*.|| 21. alic. criminis *R*. describebant *GP*. cf. Dub. *T* 17.|| 22. et imi *P* : et imu *vel* et et umu *R* : et ultimi *G*. suprimi *R* : suprimi (*l*) *vel* supprimi (*p*) *G*. Praecedit, sed ut altera glossa (*a*, etc.), in *G* Supremi et Supprimi inter se differt (= Isid. Diff. I 511).|| 23. Socratica *R*. solidorum *P*. Glossam redegit *G* in breviorem formam.|| 25. Separata *R* (*non P*).|| 26. dicitur *vel* dicuntur *R*. c. et f. *vel* constructe f. *R*. *verba* Subsistentia –subsistunt *repetuntur in R post* Sanctuarium (S 29). subsistentias (–tia) di. *GP*.|| 27. Sugill. *P*.|| 28. Supercietur *GP* : Supertietur *R*.|| 30. qui quasi velut *G* : qui velut *B* : qui quasi vel *P*.

sum et corruptum et adulterinum. 32. Suppetit : suppeditat vel constat vel invenitur. 33. Subnixus est instructus aliquo auxilio ; item subnixus suffultus ex omni parte. 34. Supellectile dicitur omne instrumentum et ornatus domus. 35. Sacrilegium dicitur sacri furtum ; legere enim et sublegere furari dicitur. 36. Scylla est virgo pube tenus, reliqua pars inferior cincta canibus et lupis, quae dicebatur inter Siciliam et Italiam latere, quaeque naves transeuntes in litus trahebat et ex eis arreptos homines suis canibus lupisque proiciebat.

T

1. Taedet : taediosum vel satis odiosum. 2. Trutina dicitur libramentum unde ponderamus : stateram, lanam (lancem ?) : vel examen, filum. 3. Theos Deus est ; atheo<s> dicitur qui caret Deo. 4. Teloneum telonearius melius quam 'toloniarius'. 5. Temetum : vinum ; quod temptet mentes et faciat titubare. 6. Tonsae : remi. (Verg. A. VII 28 ?) 7. Tori : membris. 8. Tempestivum : op<p>ortunum ; a tempore dictum. 9. Turget : tumet, irascitur, inflatur. 10. Trux : saevus. 11-12. Tabes : cruor sanguis (?). Tabe : morbo, macie, aegritudine ; tabescunt enim qui nimio languore ad maciem veniunt. (Verg. A. VI 442 ?) 13. Tenax est inter avarum et medie arrogantem (erog–).

V

1. Vernalis fructus magis quam 'vernilis' consideratione aliarum ex temporibus dirivationum (de–) dicere debemus, ut autumnalis hiemalis aestivalis. 2. Ultro citroque : huc atque illuc ; citro ad nos, ultro illuc. 3. Virguitorum : id est virgarum vel humillimarum arborum genera. 4. Vernilis : subdolus et malus et servilis ; unde vernae dicuntur servi qui domi nascuntur ; vernalis autem a verno tempore dicitur.

---

32. suppeditat *GP* : superat *R*.‖ 34. ornamentum *G* (*non P*).‖ 36. est *om. R.* can. hac lup. *GP*. tr. in lit. *GP* : in littore tr. *R*.‖ 36. in littore *R*. Ad Verg. A. III 420 ?

T. 2. vel unde *R*. staterae lancem *Deuerl.*‖ 3. Theos deus *cett. om. P.* quia *R*. deum *G*.‖ 4. Theloneum thelonarius *G* : Teloneum telonarius *P*. m. q. tolonarius *GP* : m. q. teloniarius *R*. Cf. Prob. Append. 197, 19 K. Telonium, non toloneum. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. XI 302).‖ 7. Ad. Verg. G. III 81 ?‖ 8. Tempestum *R* (pro–tiuum ?). a temp. dic. *GP* : *om. R.*‖ 9. Si ad Plaut. Cas. 325, pars est glossae ps.-Plac. I 30 et alieno loco hic stat.‖ 11. orbor s. *R* : cruore sanguis (*p*) *vel* cruor et sanguis (*d*) *G* : cruor sanguinis *P*. Cf. Gloss. Abstr. TA 12 Tames (–bes ?) : cruor sangui[ni]s. An Tabus cruor sanguis (*lemma, sine interpretatione*) ? Cf. Schol. Veron. Aen. VIII 106 Quamdiu in corpore est, sanguis est : quum fluit, cruor ; quum exiit, tabus est.‖ 12. aut macie *R*.‖

V. 1. cf. 4.‖ 4. Vernullus *vel* Vernuus *vel* Vernulus *R* : Vernialis *B*.

II. GLOSSAE DUBIAE ET SPURIAE EX GLOSSARIO ANSILEUBI

A

1. [Ab alto : caelo.] (Ansil. AB 12) 2. Abiieus (–ige–) : latro. (Ansil. AB 143) 3. Absque me : sine me, absente me. (Ansil. AB 390). 4. Accentus : est sonus productus. (Ansil. AC 71) 5. [Acceptorem : accipitrem.] (Ansil. AC 82). 6. [Aculeum : ab acu diminutive.] (Ansil. AC 352) 7. Ad lusum : ad lucum (ioc–). (Ansil. AD 415) 8. Adtonitus : attentus sive fulmine tactus sive mente perculsus. (Ansil. AD 833). 9. Aequimanus : appellatur qui utraque manu gladium incunctanter utitur. (Ansil. AE 215) 10. Allegoricum : altum verbum legis inquisitum (!) (Ansil. AL 114) 11. Anadiplosis : replicatio. (Ansil. AN 12) 12. Animae : huius animae genetivo casu. (Ansil. AN 240) 13. Aperire : annunciare. (Ansil. AP 49) 14. Ara : quum altare significat, per A solam scribendum ; quum vero cubile porcorum, cum aspiratione. (Ansil. AR 3). 15. Aspere (–ra) : erta (hirta) vel ferox. (Ansil. AS 128). 16. Astui (haustui) : pot[a]ui ; dicitur enim ' esui et <h>a<u>stui ', id est manducandi et bibendi. (Ansil. AS 231).

B

1. [Ballista : genus machinae qua sagittae plus arcu iaciuntur.] (Ansil. BA 95). 2. [Barbaristomos (–ost–) : dicitur homo qui barbarismis plena profert verba.] (Ansil. BA 139) 3. [Bosforui :] (Ansil. BO 73). 4. Bimuli : animantes bimatum agentes ; dicuntur enim et trimuli trimatum agentes, id est bimuli trimulique. (Ansil. BI 101) 5. Bipinnis : securis ambas partes acutas habens. (Ansil. BI 116). 6. [Bucina : erit tuba qua[si] signum dat bucinator ; bucinus ipse cantor.] (Ansil. BU 18).

A. 1. Plac.] *p, l* (*t, a non legg.*). Immo Gloss.]. Nam glossa Vergiliana Glossarii Abolita videtur esse. || 2. Plac.] *p, l, w* (*t, a non legg.*). Vix pertinet ad Plac. A 6. || 3. Plac.] *p, a* (*l non leg.*) Estne glossa Glossarii Abstrusa ad Bibl. Gen. 41, 16 spectans ? || 4. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 5. Plac.] *p, l, a, t, v.* Sed indiculus fontis ad proximam glossam (Ansil. AC 83 = ps. Plac. A 46) pertinere potest. Immo Gloss.] ; cf. Abstr. AC 4. || 6. Plac.] *p, l, a, t, v.* Immo Gloss.], nam est Glossarii Abstrusa AB 37 || 7. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* || 8. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 9. Plac.] *p. l, a.* || 10. Plac.] *p, l, a, t, v.* Sibi habeat Placidus. || 11. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 12. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 13. Plac.) *p, l, a, t, v.* || 14. Plac.] *l.* : *om. p.* An Pauli], i. e. Pauli abbatis de Orthographia ? || 15. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 16. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* ||

B. 1. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* An revera Gloss.]? Nam paulo differt a glossa praecedenti (Ansil. BA 94), quae est Glossarii Abstrusa BA 12. || 2. *om. l, t, a, v* : *in marg. p, f, w, r.* || 3. Plac.] *p, l, a, w* : *om. t, v,* –rui (*p*) *vel* –rum (*l*) *G.* Sine interpretatione. Sed plena glossa est paulo infra (BO 76) : Bosporius : Bizantinorum lingua Iunius mensis dicitur. Aliena est a Placido. Cf. Mountford (Journ. Hell. Soc. XLIII 102). || 4. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 5. Plac.] *p, l, a, t, v.* Pertinetne ad Plac. B 10 ? || 6. Plac.] *p, l, a, t, v.* = Caper, Gramm, 99, 16.

C

1. Cabiebes (Chalyb–) nudi (Verg. G. I 58): masculinum. (Ansil. CA 6) 2. Calles : genere masculino, via et rotae (viae tritae ?) transitu pecorum ; unde callum et callidos (–us) dicitur. (Ansil. CA 192) 3. Capere : eligere, ut (Verg. G. II 230) « ante locum capies oculis » (Ansil. CA 296) 4. [Capess[u]ant : invidant (–vad–).] (Ansil. CA 315). 5. [Capiat : fruatur.] (Ansil. CA 318). 6. Capsit : c[o]eperit. (Ansil. CA 366). 7. Capso : c[o]epero. (Ansil. CA 368) 8. Captare : occupare velle. (Ansil. CA 373). 9. [Candit : fulgit vel candidum est.] (Ansil. CA 421). 10. Camiris (–ur–) : introrsum respicientibus croceis (?) ; unde camiris cornibus contraria patula dicuntur, camiris (–ura) cornua flectibus (–exi–) rotunda. (Ansil. CA 568) 11. Cassantem (Ce–) : tardantem aut morantem aut deserentem. (Ansil. CA 816). 12. Castellum : castra, [h]ab eo quod est castrum diminutive nomen firmabit (formav–). (Ansil. CA 861) 13. [Catasceue : destructio.] (Ansil. CA. 972). 14. Caulas : stabula. (Ansil. CA 1073). 15. Caupilus (–ul–?) : lignum cavatum, quasi cumba, id est velut carabum valde brevissimum ; hoc enim alio vocabulo lintrem vocamus et alia appellatione lembum dicimus, quod quidem caupilum, cumbam, lintrem, lembum navicula<m> min<ut>issima<m> sive carabum valde brevissimum intellegere debemus. (Ansil. CA 1091) 16. [Caelibes : adulescentes sine uxore.] (Ansil. CE 197). 17. [Caesim : quasi limate aut dolate. Quintilianus (IX, 4, 126) « membratim caesimque dicimus (–cem–) ».] (Ansil. CE 612) 18. [Ciet : movet.] (Ansil. CI 86). 19. Cinis cineris : generis masculini : omnia nomina Latina simplicia inanimalium in his (–nis) desinentie (–ia) nominativo casu singulari masculina sunt, ut funis crinis, excepto bipennis quia bipennis compositum est [Graece]. (Ansil. CI 195). 20. [Cyprus : sisipam (ziziphum) in expositione legimus Cantici Canticorum (I, 13 ; 4, 13) quod est zene.] (Ansil. CI 229). 21. Citius : prius. (Ansil. CI 431).

C 1. Plac.] *p, l, a, t, v, w*. Cf. vol. I, p. 89. ‖ 2. Plac.] *p, l, w* : *om. a*. An revera Gloss.], i. e. Glossarii Abstrusa ? Cf. Serv. auct. Aen. IV 405. ‖ 3. Plac.] *p, l, a, t, v*. = Serv. Aen. I 396. ‖ 4. Plac.] *om. codd.*, sed duae praecedentes glossae ex Placido proveniunt. Spectatne ad Verg. A. IX 366 (–unt) ? ‖ 5. Plac.] *p, l*. Qui tamen indiculus ad sequentem glossam (Ansil. CA 319 = Plac. C 54) pertinere potest. ‖ 6-7. Plac.] *p, l, t, v*. Vide ps.– Plac. C 113-114. ‖ 8. Plac.] *p, l, t, v*. = Serv. auct. Geo. I 139. ‖ 9. Plac.] *p, l, t, v*. Qui tamen indiculus ad praecedentem glossam (Ansil. CA 420 = Plac. C 48) pertinere potest. ‖ 10. Plac.] *p, l, t, v*, *om. a, w*. flectibus (*l*) *vel* fletibus (*p*) *vel* flexibus (*a*) *G*. Cf. Serv. auct. Geo. III 55. ‖ 11. Plac.] *p, l, t, v*. Spectatne ad Verg. A. III 430 ? ‖ 12. Plac.] *p, l, a, t, v* : Gloss.] *w* (*recte* ?). Cf. Serv. Aen. VI 775. ‖ 13. Cf. Abstr. CA 105. Plac.] *p. l, t, v, w* : *om. a*. ‖ 14. Plac.] *p, l, a*. Spectatne ad Verg. A. IX 59 ? ‖ 15. Plac.] *p, l, a, t, v, w*. Potest tamen et haec glossa et praecedens (Ansil. CA 1090, quae indiculum Gloss.] habet) revera Glossarii Abstrusa esse et ad Donati scholia in Verg. redire. Aut igitur a Placido aut a Donato mutuatus est Isidorus (Etym. XIX, 1, 25). ‖ 16. Plac.] *p, l, a, t, v*. Qui tamen indiculus ad sequentem glossam (Ansil. CE 198 = Plac. C 18) pertinere potest. ‖ 17. Plac.] *w* : *om. cett.* Sed praecedens glossa (Ansil. CE 611 = Plac. C 98) hunc indiculum habet, et sequens glossa (Ansil. CE 613), ex ps.-Placido provenit (= ps. –Plac. C 14). Tamen forma glossae Donatum auctorem praefert. Cf. Mountford (Quotations in Glossaries, nº 122). ‖ 18. = ps. -Plac. C 36. ‖ 19. Plac.] *p, l, a, v, w*. ‖ 20. Plac.] *p, l, a, t, w*. zene *t* : zenae *p* : tene *a* : tenae *l*. ‖ 21. Plac.] *p, l, a, t, v*. Sequitur glossa sine fontis indiculo (Ansil. CI 432) Citius : velocius, celerius.

22. Cladibus : calamitatibus, miseriis. (Ansil. CI 13). 23. [C]ocistrio (?) : Graecum est, id est tavernarius (tab–). (Ansil. CO 31). 24. Coire : sine H scribendum. (Ansil. CO 176). 25. [Colon : neutrum est ut (Verg. Vita Don. 107) « vel quo<d>libet colon ».] (Ansil. CO 279). 26. Commercium, quod est negotium, per duo MM. (Ansil. CO 395) 27. Commissurae coniunctiones dicuntur sive ligamina. (Ansil. CO 442) 28. Comptos : compositos, ornatos. (Ansil. CO 544). 29. Concameratum : curvum, quasi conversum (–vex–), seu inclinatum, ad modum circuli flexum. (Ansil. CO 608). 30. Concilias : maiores minoribus conciliantur ; conciliari autem dicuntur novi amihi (–ci), reconciliari veteres. (Ansil. CO 651). 31. Concon (–cors) : conveniens, consentiens. (Ansil. CO 703). 32. Confieri : pro fieri adiecta praepositione, hoc Vergilius (A. IV. 116) ; Terentius vero (Ad. 946) « hoc confit quod volo » et « spero confero (–fore) » (Andr. 167) pro fero (fore) (Ansil. CO 887). 33. Conperendinare : in diem tertium reicere. (Ansil. CO 1245). 34. Conperimus : cognovimus. (Ansil. CO 1255). 35. Conpos : conpletum desiderium. (Ansil. CO 1318). 36. Conprobabit (–vit) : manifeste ostendit. (Ansil. CO 1341). 37. Consilium : voluntatem. (Ansil. CO 1485). 38. [Conspicimus : circumquaque.] (Ansil. CO 1532). 39. Consulta : interrogata. (Ansil. CO 1629). 40. Consumo : consumis facit ; consumere enim perdere est. (Ansil. CO 1654) 41. Consu<m>mo : consummas. (Ansil. CO 1655). 42. Continuo : significat iugiter, tractim, perpetuo, sine fine sive intermissione ; álias statim. (Ansil. CO 1824). 43. Contra : significat adverbium, ut ' contra faciens '. (Ansil. CO 1852). 44. Convexum : convexum est quod in modum circuli flexum est ; convexo (Verg. A. I 310 ?) nomen est, non participium. (Ansil. CO 2022). 45. Corde : ex animo. (Ansil. CO 2155). 46. Cornipeta : bos ferus. (Ansil. CO 2256). 47. Cot<h>on : cubiculum Graece κοιτών est ; ergo quod Carthago habet in quo naves clauduntur, recte cubiculum dicimus. (Ansil. CO 2402). 48. Cunabula : infantiae cunae

---

22. Plac.] *p, l, a, t, v.* Qui tamen indiculus ad praecedentem glossam pertinere potest (Ansil. CI 12 = ps. Plac. C 93). || 23. Plac.] *p, l, a, t, v.* Sed alibi, sine fontis indiculo (Ansil. OC 76) Ocistrio Graecum est, id est tabernarius (*ita etiam P*). Si Graecum est, vix potest affinitatem habere cum Latino verbo quod est coquo. Cadit igitur illud recentiorum doctorum ' quasi praegustator coquinae '. || 24. Plac.] *p, l, a, t, v.* An Pauli] i. e. Pauli abbatis de Orthographia ? || 25. Plac.] *p, l, a, t, v.* Immo Gloss.] i. e. Abstr. (nam Donatianae glossae sunt Abstrusa Glossarii). || 26. Plac.] *l, a, t, v : om. p.* An Pauli], i. e. Pauli abbatis de Orthographia ? || 27. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 28. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 29. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* Praecedit glossa (Ansil. CO 607) Concameratio : fornix, transvolutio. || 30. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* An Gloss.], i. e. Abstr. (ex Donato Aen. I, 79) ? || 31. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* || 32. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 33. Plac.] *p, l, a, t, v.* Praecedit glossa (Ansil. CO 1244) Comperendinare : in tertio die. || 34. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 35. Plac.] *p, l, a, t.* || 36. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 37. Plac.] *p, l, a, t, v.* || 38. Plac.] *omm. codd.* Sed praecedens glossa (Ansil. CO 1531 = ps.-Plac. C 71) hunc indiculum habet. Sunt igitur qui duas glossas in unam coniungere velint, sed iniuria. || 39. Plac.] *p, l, a, t, v.* Qui tamen indiculus ad sequentem glossam (Ansil. CO 1630 = ps.-Plac. C 104) pertinere potest. || 40-41. una glossa. De indiculis rivalibus, Plac.], Virg.], quos exhibent codd., vide Glossaria Latina I p. 142. || 42. Plac.] *p, l, t, v (a non leg.).* || 43. Plac.] *p, l, t, v (a non leg.).* || 44. Plac.] *p, l, t, v (a non leg.).* || 45. Plac.] *p, l, t, a.* || 46. Plac.] *p, l, t, v (a non leg.).* || 47. Plac.] *p, l, t, v.* Glossa (quam om. *a, w*) notabilis, sive revera Placidi est sive Glossarii Abstrusa (ex Donat. Aen. I 427 sumpta) sive Glossarii Abolita (sumpta ex Festo, 33, 16). || 48. Plac.] *p, l, a, t, v.*

sunt (sive ?) panni in quibus infantes obvolvuntur. (Ansil. CU 187). 49. [Cuniculi : genus agrestium animalium dicti quasi ' caniculi ' eo quod canum indagine capiantur vel excludantur a speluncis.] (Ansil. CU 225).

D

1. Deirudunt (–tr–): expellunt, liberant. (Ansil. DE 547). 2. De<h>iscet : patescet. (Ansil. DE 557). 3. [Diecula : a die diminutive ; nihil autem praeiudicat quam nihil (quia multa) diminutiva recedunt a nom<i>nibus primae posicionis (–ti–), ut scutum scutula scutella, canis canicula, rana ranioulum (–nunculus.] (Ansil. DI 182). 4. [Dies : secundum artis regulam feminini generis est, cum significat tempus. Eius diminutio diecula e<s>t ; ablativus casus producta E littera terminatur, ut ' ab hac die ', ' ab hac re ', ' ab hac specie '. Verum masculino genere dicendum in trina observatione retinemus, in qualitate, numero, adverbio ; qualitate ut ' serenus dies ', numero (non) ' serena '; numero [a]ut ' bis quinos silet ille dies ' (Verg. A. II. 126), non ' bis quinas ' ; adverbio ut ' hodie ', non ' hac die ' Ceterum diecula nihil praeiudicat, qui nihil (quia multa) diminutiva recedunt a nominibus primae positionis, ut scutum scutula scutella, canis canicula, rana ranunculus.] (Ansil. DI 204). 5. [Digamiae tuae : illi dicitur qui secundam uxorem habuit.] (Ansil. DI 305) 6. [Dirimitores (–rib–) : erant qui suffragia populi in tabulis scripta reparabant (se–).] (Ansil. DI 581). 7. Disceptatio : iudicium. (Ansil. DI 646). 8. [Discerniculum : ornamentum capitis virginis.] (Ansil. DI 654). 8 a. [Discretum : divisum, separatum.] (Ansil. DI 724). 9. [Dispades (Dips–) : genus serpentium.] (Ansil. DI 945). 10. Dispuit : impletur. (?) (Ansil. DI 1053). 11. Diversum : in diversum, contrarium. (Ansil. DI 1236). 12. [Doces :] (Ansil. DO 7). 13. [Dolosus : insidiosus, malignus.] (Ansil. DO 81). 14. [Dudum : olim iamdudum.] (Ansil. DO 68). 15. Dumus (–is) : locis silvestribus vel spinosis. (Ansil. DU 140).

E

1. Edax : vorator insatiabilis. (Ansil. ED 4). 2. [Edurum : satis durum.] (Ansil. ED 97). 3. Efferre pedem : egredi, proficisci. (Ansil. EF 52). 4. Effigiem : imaginem. (Ansil. EF 96). 4a. [Elabitur : praecurrit cele-

49. Plac.] *l, a* (qui omittunt praecedentem glossam. Ansil. CU 224 = Plac. C 61) : Isid.] ***p, w, t*** (recte ; cf. Isid. Etym. XII 1, 24).

D. 1. Plac.] *p, l, a, t, r, w*. Spectatne ad Verg. A. I 145 ? ‖ 2. *an* ent -ent (Verg. A. VI 52) ? Plac.] *p, l, a, t.* ‖ 3-4. una glossa. Immo Gloss.] ; cf. Serv. auct. Aen. II 324. ‖ 3. Plac.] ***p, l, a, t, v, w***. ‖ 4. Plac.] ***p, l, a*** : ***om. w, t, v***. ‖ 5. Plac.] ***p, l, a, t, v***. Cf. Gloss. Abstr. DE 46. ‖ 6. Plac.] *p, l, t, r, w* : *om. a*. Cf. Gloss. Abol. DI 65. ‖ 7. ptio *p*. Plac.] *p, l, a, t, v*. ‖ 8. Plac.] *p, l, a, t, r*. Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abstr. DI 72. ‖ 8a. Plac.] *p, l*. Cf. Gloss. Abstr. DI 23a. ‖ 9. Plac.] ***p, l, a, t, v, w***. Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abol. DI 51. ‖ 10. Plac.] ***p, l, a, t, v***. Quid sibi vult glossa ? Vix cf. Prudent. Psych. 368. ‖ 11. Plac.] *p, l, a, t, r*. Spectatne ad Verg. A. XI 261 ? ‖ 12. Plac.] *p, l*. An [illegible] (pars praecedentis glossae, Ansil. DO 6 Docibilis : discipulus, quae fontis indiculum Gloss.] habet ? ‖ 13. Plac.] *p, l, a, t, r*. Cf. Isid. Etym. X 76. ‖ 14. Plac.] *p, l, a, t, r*. Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abstr. DU 9. ‖ 15. Plac.] ***p, l, t, v*** : Gloss.] *a*. Cf. Plac. D 13. Vel cf. Gloss. Abol. DU 6.

E. 1. Plac.] *p, l, a, r*. ‖ 2. Plac.] *p, l, a, t, r*. Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abol. ED 5. ‖ 3. Plac.] *p, l, a, t, r*. Spectatne ad Verg. A. II 657 ? ‖ 4. Plac.] *p, t, r* : *om. l, a*. cf. Gloss. Abstr. EF 4. ‖ 4a. Plac.] *l, p*. Pertinet indiculus ad sequentem glossam (EL 7 = ps.-Plac. E 9).

riter.] (Ansil. EL 6). 5. [Elogium : responsum.] (Ansil. EL 182). 6. Eminat (–man–): procedit. (Ansil. EM 70).7.Eminus : proximus (–e ?). (Ansil. EM 89). 8.Emolumentum : adquisitio cuiuscumque rei. (Ansil. EM 121).9. <A>enigmaneum (?) : genus masculinum. (Ansil. EN 64). 9a. [Enochilis (enchelys) : piscis stagneus, id est anguilla.] (Ansil. EN 94). 10. Epigramma : adbreviata scriptura. (Ansil. EP 41). 11. [Epimenia : xeniaquae dantur per singulos menses] (Ansil. EP 54).12. Epytimiticon (Epithymet–): concupiscibile. (Ansil. EP 82). 12a. [Este : imperantis modus est, temporis praesenti <s> pluraliter dictum.] (Ansil. ES 45). 13. <H>exameter: versus qui genarius (sen–) dicitur. (Ansil. EX 61). 13 a. [Exanclandi : peragendi.] (Ansil. EX 74). 13 b . [Execratio : maledictio.] (Ansil. EX 380). 14. Exeffeta: senex vana vel vacua. (Ansil. EX 391). 15. Exempta : inclusa (excl– ?), expulsa. (Ansil. EX 416) 16. Exemptis: sublatis, ademptis. (Ansil. EX 429).17. Exequere : exerce[re]. (Ansil. EX 441). 18. Exercit (–et): excitat, fatigat. (Ansil. EX 468). 19. [Exesus: evacuatus, gracilis] (Ansil. EX 521). 20. Exodiarius : in mimis e<st> turpitudo delectabilis. (Ansil. EX 712). 20a. [Expilatores : alienae hereditatis subversores.] (Ansil. EX 946). 20b. [Exsul : addito S debet scribi, quia exsul dicitur qui extra solum suum est.] (Ansil. EX 1174). 21. [Extima : [vacuata vel tenuis] extrema.] (Ansil. EX 1239). 22. Extorum : intestinorum; extorum dicere debemus, non extarum. (Ansil. EX 1298). 22 a. Extrema : novissima. (Ansil. EX 1325). 23. Extrinsecus : foras. (Ansil. EX 1334). 24. [Exuri : dicitur de quo nihil superest ; incendi[i] unde quod (quid) superat ustum.] (Ansil. EX 1425). 25. Exutus : expulsus (?) (Ansil. EX 1438). 26. [Exuviae : exinaniter (–tae)]. (Ansil. EX 1449). 27. [Exuviae : nuncupantur tunicae serpentum eo quod

---

5. Plac.] *p, v.* (ad praecedentem glossam, Ansil. EL 181, cum hac conflatam *t*) : *om. l, a.* Immo Gloss.]; cf. Gloss. Abol. EL 9.|| 6. Plac.] *p, l, a, w* : *om. t, v*,|| 7. Plac.] *p, l, a, w* : *om. t. v.*|| 8. Plac.] *p, l, a, t. v.*|| 9. Plac.] *p, l, a, t* : Gloss.] *w*. Altera pars est P 8 (Poemaneum : carmen poeticum genus masculin.) Quid lateat non constat ; sed habeat sibi Placidus. *An* Aenigma meum (Bibl. Iudic. 14 18 ; ubi Vulg. propositionem meam) ? Et vultne improbare ' aenignam meam ', ' poemam meam ' ?|| 9a. Plac.] *p, f, w* : *om. l, a, t, v.* Est Abstr. EN 18.|| 10. Plac.] *p, l, a* : *om. t, v.*|| 11. Plac.] *p, l, a* : *om. t, v.* Immo Gloss.]; cf. Abstr. EP 7.|| 12. Plac.] *p, l, a.* Immo Ambr.]; cf. Ambr. in Luc. 7, 139.|| 12 a. Plac.] *p, l, a, t, v.* Est Abstr. ES 4. ||13. Plac.] *p, l, a.*|| 13a. Plac.] *p.* Est Abstr. EX 95.|| 13 b. Plac.] *p, l, a, t, v.* Est Abol. EX 37.|| 14. vacuata *l* : *vix* fatua. Plac.] *p, l, t, v. An* Effeta senectus (Verg. A. VII 440) ?|| 15. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* Ad. Verg. A. I. 216 spectare potest.|| 16. Plac.] *p, l, a, t, v, w.*|| 17. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* Ad Verg. A. IV 421 spectare videtur.|| 18. Plac.] *p, l, a, t, v.* Ad Verg. A. I. 431 refert Goetz. || 19. Plac.] *p, l, a.* Immo Gloss.] : cf. Gloss. Abav. EX 48.|| 20. Plac.] *p, l, a, t, v.*|| 20 a. Plac.] *p, l, a, t, v.* Est Abstr. EX 107.|| 20 b. Plac] *p, l, a, t, v.* Qui tamen. indiculus ad sequentem glossam pertinet (EX 1175 = Plac. E 51), et Isid.] esse debet (cf. Isid. Etym. I 27, 5.)|| 21. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* Immo Gloss.] nam pars est sequentis glossae (Ansil. EX 1240 Extima : extrema, ut Lucretius « extima membrorum circumcaesura »). Cf. Gloss. Abstr. EX 111.|| 22. Plac.] *p, l, a, t, v.*|| 22 a. Plac.] *l* : Verg.] *p.* Sed indiculus Verg.] fortasse ad sequentem glossam (EX 1326) pertinet.|| 23. Plac.] *p, l, a, t, v.* Vix pertinet ad ps.–Plac. A 69.|| 24. Plac.] *p, l, a, t, v, w.* Immo Gloss.], i. e. Abstr.; cf. Serv. auct. Aen I 39.|| 25. Plac.] *a* : *om. p, l. An* Exactus ? *An* Exemtus ?|| 26, Plac.] *p, l, a, t, v, w.* Videtur pars esse sequentis glossae.|| 27. sine fontis indiculo in codd. Potest tamen indiculus ad 26 positus etiam ad 27 — partem nimirum glossae 26 — pertinere. Cum tamen 27 verba Isidori (Etym. XII 4, 47) exhibeat,

his, quando senescant, sese exeunt (–uunt) quibus exutis in iuventam redeant ; dicuntur enim exuviae et induviae quia exuuntur et induuntur.] (Ansil. EX 1450)

F

1. Face(r)ier : faciam vel (ut) dice : dicam. (Ansil. FA 72). 1a. Faciem : imaginem, pulcritudinem. (Ansil. FA 113). 2. [Falcato curru : antiqui dextra laevaque currus falcatos habebant, cum gladiis haerentibus rotis bellabant.] (Ansil. FA 248). 3. [Fatim : fatim enim ‹ multum › significat, sed non solum [su]per se erit, ut affatim.] (Ansil. FA 610). 4. Fellibrem : adhuc lectum (lacte) viventem (bib–?). (Ansil. FE 148). 5. Fincxit : fecit, formavit. (Ansil. FI 194). 6. [Finitimus : proximus, vicinus.] (Ansil. FI 239). 7. Firma robora : valida ligna. (Ansil. FI 255). 8. Fletus : pluraliter dicere (dicitur ?) fleti et fletus. (Ansil. FL 189). 9. Fom<it>es : feni manipulos iuncti radicibus ut (aut ?) noces (?) pinatos (?). (Ansil. FO 54). 10 Fom<it>i : generis masculini ; eo quod foveat ignem ; unde et focibus (foculum). (Ansil. FO 58.) 11. Fora : pluraliter dicendum, sicut t<h>eatrum (–a ?). (Ansil. FO 71). 12. Foret : et praeteriti et praesenti<s> et futuri est temporis, quia esset significat ; <forte ?> est adverbium. (Ansil. FO 102). 13. [Framea <e> : <h>astae longissimae sunt quibus etiam nunc Armorici ut [d]entes hoc nomen tribuunt : quidam ita etiam gladios significari putant.] (Ansil. FR 44). 14. Frondes : de arbore per D, quia facit fron[d]s frondis ; de homi<ne> per<T>et S, qui <a> facit fron[t]s frontis. Sic et sort (–s) sortis servatur in scribendo ; sed superius utrumque producitur sorta (?)ero. (Ansil. FR 222).

G

1. [Gestarum (Gaesatorum) : non nomen gestis (gen–) est set (–d) mercennariorum Gallarum (–orum)] [si quidem alibi legi non gestarum, sed gessarum (gaesorum)]. (Ansil. GE 305).

H

1. Heia te (age) : ex<h>ortativa vox ; heia, hoc est age. (Ansil. HA 49 ; HE 65). 2. Haut clam fuit : non latuit, non fefellit.

---

indiculus debet esse aut Isid.] aut, si ex scholiis Donati Vergilianis Isidorus hausit Gloss.]. Cf. Philarg. Ecl. 8, 91 ; Serv. auct. Aen. II 473.

F. 1. cf. ps.–Plac. D 16. Plac.] *p, l, a, w*. Vide ps.–Plac. F46.|| 1 a. Plac.] *l* : *om. p*.|| 2. Plac.] *p, l, a, w*. *An Gloss.*], i. e. Abstr., ex Donat. Aen. I 476 ?|| 3. Plac.] *p, l, a, w*. Immo Gloss.] ; nam est pars glossae Ansil. FA 615 Fatiscat. Cf. Serv. auct. Geo. 1, 180. || 4. Plac.] *p, l, a*. letum *a* : laetum *l*. Esse ps.–Placidi declarat Anth. 26. (vide ps– Plac. F. 47).|| 5. Plac.] *p. l*,|| 6. Plac.] *p, l*. Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abol. FI 14.|| 7. Plac.] *p, l*. Spectat ad Verg. A. II 481.|| 8. Plac.] *p, l*. Scil. fleti P. P. P., fletus nomen.|| 9. Plac.] *p, l*. pina– *l, a* : pinna– *p*. *An* nuces pineas ?|| 10. Plac.] *p, l*. *An* Fomite (Verg A. I 176) ? *An* Gloss.], i. e. Abstr. ; ex Donat. ad l. c. ?|| 9-10. una glossa ?|| 11. Plac.] *p, l*. Pertinetne ad Gloss. Ansil. FO 305 Forus et fori dicuntur, id est plures), quae glossa indiculum (Gloss.] habet ? || 12. Plac.] *p, l, w* : *om. a* (qui tamen Plac. ad praecedentem glossam adscribit, FO 101 Foret : esset).|| 13. Plac.] *l* : *om. p*. Immo Eucher.] ; cf. Eucher. Instr. II p. 147, 1.|| 14. Plac.] *l, a* : *om. p, r, w*. homi..... *p*) *vel* homi perets (*l, a*) *G*. sorta ero (*p*) *vel* sortu ero (*l, a*) *G*. Quid latet ? *An* sed sordes utrimque prod. ; ‘ sōrdē ’ ergo ?

G. 1. Plac.] *p, l*. Immo Pauli], i. e. Orosii ; cf. Oros. IV 13, 5.

H. 1. Plac.] *p, l, a* : *om. w*. Heio *et* Haio *G* (*non P.*). *An* Gloss.] (cf. Ansil. HE 63, quae glossa indiculum (Gloss.] habet. Heia : age) ? Cf. Serv. auct. Aen. IV 569. || 2. Plac.] *p, l, a, w*. febellit *G* (*non P*).

(Ansil. HA 60; 152). 3. Hautne: nonne. (Ansil. HA 162). 4. Heroibus: viris; recipiat Latinitas ut dicamus heroibus, quamquam heroas non solum viros, sed etiam viros fortes posuerunt; alii non solum fortes viros, sed divinos sive divino sanguine natos sive semideos intellegi voluerunt; et hoc inde dixerunt aut propter nobilitatem generis aut propter bona aliqua ab eis utiliter instituta, id est aut legum aut morum. (Ansil. HE 159). 5. Hymnus: carmen in laude Domini. (Ansil. HI 129). 6. [Hironia (Ir–): est cum per similationem diversum qua<m> dicit intelligi cupit. Fit autem cum laudamus eum quem vituperare volumus<aut vituperamus quem laudare volumus>: utriusque exemplum erit si dicas amatorem rei publicae Cata[e]linam, hostem rei publicae Scipionem.] (Ansil. HI 162; YR 7). 7. Horitandum: <h>ortandum. (Ansil. HO 124). 8. Humanitas: habetur in Latina lingua et recipimus sicut divinitas, sicut imitus (unitas ?) vel ceteris (–a) his similibus (–ia); ea declinatione dicendum est etiam humantur (?). (Ansil. HU 15).

I

1. Iantaculum gustare: quod Graeci agratissima (ἀκράτισμα) vocant. (Ansil. IA 129). 2. Ianua: aditus est primum in domum vel villam; [h]ostium aditus in quem libet locum, similiter ut ianuae vel claustra; sed fores quae foras vertuntur, valvae quae introrsum aperiuntur; et sunt duplices conplicabilesque; portae vero proprie murorum dicuntur. (Ansil. IA 135 et iterum 136). 3. Ictus (–um): singulari numero. Ictuum plurali numero, quia ict<u>um, non ictorum dicitur. (Ansil. IC 15-16). 4. Identidem: ipsum. (Ansil. ID 33). 5. Iegebat (Inig–?): agebat (?). (Ansil. IE 8). 6. Ilico: confestim, mox. (Ansil. IL 36). 7. Imaguncula: similitudo modica, quasi imago in gemma sculpta. (Ansil. IM 7). 8. [Immolat: victimam fundit aut sacrifitio (–cio) deum honorat.] (Ansil. IM 70). 9. Inbelles: qui pugnam ignorabant. (Ansil. IN 70). 10. Incentiva: cupiditas, accensio. (Ansil. IN 137). 11. Incontinens: luxoriosus (–ur–), gulosus, vanus. (Ansil. IN 287). 12. [Incretas (–certas) umbra<s>: motu arborum

---

3. Plac.] *p. l.* Estne glossa reficta ex ps. –Plac. A 36 ?|| 4. Plac.] *p, l.* Cf. Plac. H1.|| 5. Plac.] *p, l. An* Eucher.] ? Cf. Eucher. Instr. II, p. 160, 20 H. carmen in laudem Dei.|| 6. Plac.] *p, l.* Cf. Julian. Toletan. 6, 80-84.|| 7. ortatum *P.* Pauli] *p, l,* qui indiculus aut Paulum abbatem de Orthographia aut Orosium significare debet. Haec tamen glossa ps.–Placidi doctrinam redolet. Vide tamen ne huc spectet illud op[p]itandum quod est in Anth., et sit legenda sic glossa Opitandum: optandum. Sequitur in Ansil. glossa cum indiculo Plac.] (HO 125 = = Plac. H6), tum glossa sine ullo indiculo (HO 126 = ps–. Plac. H18.)|| 8. Plac.] *p, l: om. a, w. An* et. inanitas ? Humanitus .. sic. divinitus... et. humanitus *Goetz.*

I. 1. Plac.] *p, l, w: om. a. An* gustatio (cf. Fulgent. Serm. 39)?|| 2. Plac.] *p, l, w: om. v, a.* An Gloss.], i. e. Abstr. (ex Donat. Aen. I 449) ? In Glossario PP non est in fine ordinis.|| 3. Plac.] *p, l.* Ictus plurali numero... *P.*|| 4. Plac.] *p, l.* Quae glossae sequuntur (Ansil. ID 34-38) eiusdem esse possunt, Identidem: denuo, Identidem: idem ipsum, Identidem: ipse vel ille, Identidem: iterum, Identidem: ipse ille aut ipsum. Habet PP (sed non fine ordinis) Idemtidem: ipse ille aut in ipsum vel iterum (ex Abol. Abstr. confl. ?)|| 5. Plac.] *p, l.* Inigebat *l* (dubito an recte): Iecebat *P*: *an* Degebat ? Ad ps. Plac. (cf. Fest. 98,1, Inigere pecus agere) refert Goetz.|| 6. Plac.] *p, l. P non leg.*|| 7. Plac.] *p, l.* isculpta (*pro* insc. ?) *p* mod., i.e. parva. *P non leg.*|| 8. Plac.] *p, l.* Immo Gloss.]; cf. Gloss. Abstr. IN 148. *P non leg.*|| 9. Plac.] *p, l. P non leg.*|| 10. Plac.] *p, l. P non leg.* An Gloss.]. (cf. Gloss. Abol. IN 116) ?|| 11. Plac.] *p, l. P non leg.*|| 12. Plac.] *p, l: om. w.* Immo Gloss.], quod declarat glossae forma. Refer igitur mecum ad Gloss. Abstr. (ex Donat. in Verg. l. c.). *P non leg.*

inconstantes, ut (Verg. E. V. 5) « incertas<que> Zephyris motantibus umbras ».] (Ansil. IN 304). 13. [Innectet (–it) : inligat.] (Ansil. IN 538). 14. [Inedia : stupor dentium.] (Ansil. IN 542). 15. Inquires : [in] diceres. (Ansil. IN 1413). 16. Instar : veteres pro similitudine ponebant ; unde et instaurare dicebant. (Ansil. IN 1601). 17. [Intemperantia : lenitas (levi–) velandatia.] (Ansil. IN 1707, ubi Plac.] p, l, t) (Abol. IN 98). 18. Interfiat (–fit) : interficit<ur>. (Ansil. IN 1784) ubi Plac.] p, l, t. (Qui tamen indiculus forte ad sequentem glossam pertinet = ps.–Plac. I 26). 19. [Iuvat : delectat, libet.] (Ansil. IU 13, ubi Plac.] p, l, t. sed iterum IU 145, ubi Gloss.]) (= Abstr. IU 3). 20. In vitro cf. ad O 1).

L

1. Laureatus : honorem quodcumque munitus (?). (Ansil. LA 530). 2. [Lego : dicimus libr[or]um ; dicimus et lego, id est custodiendum commendo ; hinc venit delego, relego ; Virgilius (A. VII. 775) « e<t> nymphae Egreciae (–geriae) nemorique relegant », et de armentis sic (G. III. 212) : « in sola religant (–leg–). ».] (Ansil. LE 91). 3. [Lucus : nunc silva.] (Ansil. LU 185). 4. [Lupercal : sic appellatur locus ubi Pan deus colitur, cui sollemna ludicra celebrantur, quae Lupercalia vocantur.] (Ansil. LU 350). 5. Lupi ceu : quasi lupi (Ansil. LU 355).

M

1. [Macellarius : lanist[r]a ; qui carnes ferro laniat.] (Ansil. MA 14.) 2. Macrologia : longa oratio Graece (Ansil. MA 61). 3. Magalia : quasi « magaria », quia mager (–ar ?) Punica lingua villa dicitur ; erit ergo una littera commutata L pro R, magaliá, tuguria, ist (id) est rotunda aedificiola in furnorum modum parva, quas alii casas vocant (Ansil. MA 161). 4. Mage : ponitur pro magis, sed hoc poetica licentia quam in prosis. (Ansil. MA 167). 5. Manubiis : aut praeda est quam victor exercitus de hoste reportat aut spolia p[r]op<u>lorum quam nihilominus victor exercitus tollet (–it) ; num (nam) hoc significat manubiis qua[m]si manes vi passis. (Ansil. MA 722). 6. Mefitis (–ph–) : dea quae pluribus Italiae locis religiose colitur ; et in Lucanis quoque <h>uius deae fons est ex quo gravissimus odor re<d>ditur sulphureus (Ansil. ME 139). 7. Mentis : genitivum casum pro nominativo posuit ; debuit enim dicere

---

13. Plac.] p, l. Immo Gloss.] : cf. Gloss. Abstr. IN 155 *P non leg.* 14. Plac.] p, l. An Gloss.] (cf. Gloss. Abol. IN 130) ? *P non leg.* 15. Plac.] p, l. *P non leg.* 16. Plac.] p, l, t. *P non leg.* Est Isid. Etym. XIX 10.1. Cf. ps.– Plac. I 43 ?

L.1. Plac.] *p, l, t.* mun. *etiam P* : muneratus *Deuerl.* : *an* meritus ? : *an* frunitus ? Sequitur in *P* glossa (Laureas : victorias), quae in *G* indiculum Gloss.] habet. Vide igitur ne Laureatus nihil aliud sit quam Abstr. LA 46 Laureatus : coronatus.|| 2. Plac.] *p, l, t.* Immo Serg.] ; cf. Serg. in Donat. 552.26-29. nimphea egie *t.*|| 3. Plac.] *a* : Verg.] *p, l, t, v.*|| 4. Plac.] *p, l, t.* An Gloss.], et pars sequentis glossae (Ansil. LU 351, quae indiculum Gloss.] habet) ? Cf. Gloss. Abstr. LU 24 (quae in Gloss. Lat. III intercidit) Lupercalia : Gentilium cultus quod mares (quo Martem ?) colunt. Luprocal *et* luproca *l, a* (scil. ex exemplari Hispano compendio praepositionis usi).|| 5. Plac.] *p, l, t.* Spectat ad Verg. A. II 355.

M. 1. Plac.] *p, l, t.* Immo Gloss.]; cf. Gloss. Abol. LA 37 (Lanista : macellarius qui carnes ferro laniat).|| 2. Plac.] *p, l, t.* Gr. *om. P.*|| 3. Plac.] *p, l, t.* An Gloss.], i. e. Abstr. (Ex Donat. aen. I 421) ?|| 4. Plac.] *p, l, t.* quam, i. e. potius quam. Ad Verg. A X 481 spectare videtur.|| 5. Plac.] *p, l, t.* Cf. Plac. M6. manus vim *Deuerl.*|| 6. Plac.] *p, l, t.* An Gloss.], i. e. Abstr. (ex Donat. Aen VII 84) ?|| 7. Plac.] *p, l, t.* Habet etiam *P*. Ps. –Placidi doctrinam redolet. Vide ps.– Plac. M 27.

mens (Ansil. ME 382). 8. [Maeotide : palus Scistiae (–ythiae.] (Ansil. ME 397). 8*a*. [Melotis : in Regum libro pellix (-is) simplex, quam monici (-achi) Aegyptii etiam nunc utuntur, ex uno latere dependens.] (Ansil. ME 207, ubi Plac.] *p*, *l*, *t*) (= Eucher. Instr. II p. 157, 1). 9. [Mergièr : mergi.] (Ansil. ME 461). 10. Metafora (–ph–) : verbi usurpata transgressio. (Ansil. ME 555). 11. Milium : genus semini<s> minuti ; per I. (Ansil. MI 55). 12. Miniatus : rubicundus (Ansil. MI 87). 13. [Miscillan<e>i (–cell–) : conmixticii.] (Ansil. MI 216). 14. Mi<n>cius : nomen fluvii (Ansil. MI 217). 14*a*. [Mona<r>chia : unius principatus.] (Ansil. MO 242, ubi Plac.] *p*, *l*, *t*) (= Abstr. MO 16). 15. Monos[co]tic<h>on : opus unius versus (Ansil. MO 311). 15*a* [Monumenta : posterita<ti>s memoriae continens (–entia) vel <res> memoriae signatas.] (Ansil. MO 344, ubi Plac.] *p*, *l*, *t*) (= Abstr. MO 20). 16. Monumentum : sepulchrum sive memoriam ; quod ideo appellatum est monumentum ab eo quod moneat mentem et memoriam ingerat (Ansil. MO 348). 17. Moralis : dicitur omnis auctor qui res abtas (apt–) et convenientes moribus scribit (Ansil. MO 364). 18. Motacismus : M litterae geminatio (Ansil. MO 505). 19. Mussus (Amussis ?) : regula vel mensura fabrilis (Ansil. MU 353). 20. Mutilo : imminuo ; generis activi verbi (–bum) (Ansil. MU 394).

N

1. Navita poeticum est ; nam rectum est nauta, sed causa metri a poetis una littera addita est (Ansil. NA 188). 2. Neminis : nullius (Ansil NE 252). 3. Nep<o>tibus : luxoriosis (Ansil. NE 331). 4. Neutrum : dicimus ab (ad) hoc ipsud genus, utputa ‘ neutrum volo pecus’ ; ’ neutrum scamnum ’, id est nec hoc nec illud ; neuter enim ad masculinum genus refertur, ut puta ‘ neuter amicorum venit ’, id est nec hic nec ille, et neuter dicitur de duobus si neutrum vis dicere. Sic ergo dicimus et uter et utrum, ut puta ‘ utrum vis eligere?’ aut hoc aut illud ; uter autem sic verbi gratia ‘ uter vult, veniat ad me ’, id est qui vult de duobus (Ansil. NE 463) 5. [Noctipugam : obscenum, quod quasi noctibus conpungatur.] (Ansil. NO 59). 6. Noluntas : ab eo quod nolumus ; sicut voluntas ab eo quod volumus (Ansil. NO 79). 7. Nostrate : id est de patria nostra, ut puta si dicas ‘ nostrate vinum ’ ‘ nostrate (*sic*) feminae ’, ‘ nostrate viri ’

---

8. Plac.] *p*, *l*, *t*. An Gloss.], i. e. Abstr., ex Ansil. ME 398 reficta ?|| 9. Plac.] *p*, *l*, *t*. *Habet etiam P*. Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abol. ME 28.|| 10. Plac.] *p*, *l*, *t*. An Isid.] (cf. Isid. Etym. I, 37, 2) ?|| 11. Plac.] *p*, *l*, *t*. An Pauli], i. e. Pauli abbatis de Orthographia ?|| 12. Plac.] *p*, *l* (*t non leg.*).|| 13. Plac.] *l*, *a*, *t*, *v* : *om*. *p*, *c*, *w*. Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abstr. MI 13.|| 14. Plac.] *p*, *c*, *v*. : *om*. *l*, *a*, *t*. Micius *P* : Miscius *G*.|| 15. Plac.] *p*, *l*, *t*.|| 16. Plac.] *p*, *l*, *t* : *om*. *w*. An Gloss.] (cf. Gloss. Abol. ME 9 et MO 2) ? mem., i. e. μνημεῖον.|| 17. Plac.] *p*, *l*, *t*. scribsit *p* (*non P*.).|| 18. Plac.] *p*, *l*, *t* : *om*. *w*.|| 19. Plac.] *p*, *l*, *t*. = Plac. E 18. Cf. ps.-Plac. A 84|| 20 Plac.] *p*, *l*, hacti *G*. (non *P*).

N. 1. Plac.] *p*, *l*, *t*. Nautam et navitam Nav. etc. *G*. sed *G* : unde *P*. Cf. Isid. Diff. I 390.|| 2. *Habet etiam P*. Vix ex. ps.– Plac. (cf. Fest. 158, 10). Plac.] *p*, *l*, *t*. Sequens glossa (Ansil. NE 253 Nemo : nullus) habet indiculum Gloss.] ; cf. Gloss. Abstr. NU 4 Nullus : nemo.|| 3. Plac.] *p*, *l*, *t*. Vide ps. –Plac. N 13. –osus *G* (*non P*).|| 4. ipsum *G*. puta (alt.) *P* : putata *G*. Plac.] *p*, *l*, *t* (sed ea quae *t* hoc indiculo designat sunt nonnisi Neut.—nec hoc nec illud.)|| 5. Plac.] *p*, *l*, *t*. Est Abol. NO 7, neque credo potuisse Fest, et Plac. tam mire ad verbum consentire.|| 6. Plac.] *p*, *l*, *t*.|| 7. Plac.] *p*, *l*, *t* nostrate.. nostrate.. nostrate *etiam P* (in quo sicut in archetypo *G* patria nsa, i. e. patria nostra).

(Ansil. NO 234). 8. [Not <h>us : aput Graecos appellatur qui aut ex ancilla aut ex concubina nascitur, qui aput nos amittit nomen.] (Ansil. NO 283). 9. Not <h>us : qui de adulterio nascitur not h us dicitur quia nota culpa turpitudo macula est vel infamia ; potest etiam et de filus concubinarum dici not h os. (Ansil. NO 284). 10. « Novam strineat fabricam » : firmam et insuperabilem faciat (Ansil. NO 303). 10a. Nudus : aestitutu (de–).] (Ansil, NU 64) (= Abol. NU 11). 11. Nullum : pro nicil (nihil). (Ansil. NU 92). 12 Nuncupare : nominare (Ansil. NU 151).

O

1. Obdendi : claudendi ; « obdendi pessuli », quod claudi diligentius servanda consueberunt (–v–). « In vitro illo spatium non fuisse » : de ampulla olearia dictum.

P

1. Parecausis (–ecbasis) : adgressio (digr–). (Ansil. PA 456). 2. Periodus : clausula sive circuitus ; nam cola totus versus est, commata autem ipsae incisiones pedum, periodus vero tota sententia (Ansil. PE 829). 3 Piaculum : peccatum ; rursus et sacrum quod purgat peccatum piaculum dicimus ; unde quidam sacrificia piacula dicunt (Ansil. PI 32). 4 Piratae : sunt praedones maritimi ab incendio navium transeuntium quar (quas) capiebant dicti, nam pira (πυρά) ignis est (Ansil. PI 198). 5. [Pirile (Par–) : par[s], simile, aquile (aequale).] [Ansil. PI 209). 6 Piissimum : apud nos antiqui dicere noluerunt ; nam pius positivo, magis pius comparativo, non habet superlativum et revera cum in ipso positivo perfectio sit, ut si velis dicere : « hic inmortalis est, ille inmortalissimus ». (Ansil. PI 253). 7. Pixis (Py–) : pixidis, pixidem ; quam nos corrupte buxidem dicimus (Ansil. PI 301). 8. Poemaneum (?) : carmen poeticum genus (–neris) masculini (?). (Ansil. PO 26). 9. [Poeta : vatis.] (Ansil. PO 41). 10. [Poeticus : subaudis liber bel (v–) can-

---

8. Plac.] *om. codd.* Sed praefixa sunt haec verba in *G* (non in *P*) glossae Plac. N6. || 9. Plac.] *p, l, t.* Qui tamen indiculus ad posteriorem partem (= Plac. N6) praecedentis glossae (Ansil. NO 283) pertinere videtur. || 10. Plac.] *p, l, t* : *om. w.* –gant –ciant *P* (qui cum 7 conflat). || 10a. Plac.] *p, l.* Qui tamen indiculus ad sequentem glossam pertinet (NU 65 = Plac. N2). || 11. Plac.] *p, l, a, t.* Sequitur glossa (Ansil. NU 93) Nullum reventurum (–vent– *P* : –vert *vel* –vers– *G*) : non rediturum. Tum (Ansil. NU 94) Gloss. Abstr. NU 4 Nullus : nemo. Cf. ad 2. Vide ne omnium sit verus indiculus Gloss.]. *Ita etiam P.* || 12. Plac.] *p, l.* Nuncoperare *P.* An Gloss.] (cf. Gloss. Abstr. NU 13) ?

O. 1. Plac.] *p, l, t.* Glossa notabilis. Vix pertinet ad ps– Plac. O18 ; sed indiculum verum esse indicat (non dico declarat) aliquatenus glossae forma. Nam duae glossae, quae ante alphabeticam glossarum dispositionem vicinae erant, in unam coaluerunt, id quod interdum factum est in glossis Plac. et ps. –Plac.

P. 1. Plac.] *p, l, t.* Sequitur verior glossae forma (Ansil. PA 457 Parechasin : digressio) sine fontis indiculo. || 2. Plac.] *p, l, t.* || 3. Plac.] *p, l, t.* pe. piacula dicuntur *G* (*recte* ?) : pe. piaculum dicimus *P.* || 4. *deest in P.* || Plac.] *p, l, t.* Sibi habeat Placidus, quem exscripsit Isidorus (Etym. X 220). Eandem doctrinam — nec mirum — avide exceperunt Hiberni magistri saeculo nono (cf. Scholica Graeca, ed. Laistner). quur *p* : quas *a.* || 5. Plac.] *p, l, t.* Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abav. PA 47. || 6. Plac.] *p, l, t.* cum ipso perfecta sit *G.* Antiq. Cf. Pomp. Gramm. 154, 10. || 7. Plac.] *p, l.* An Gloss.], i. e. Abstr. (cf. Gloss. Abstr. PI 23 ; Gloss. Abba s. v.) ? || 8. Plac.] *p, l.* (?) Poema meum ? Vide ad PO 9. || 9. Plac.] *p, l.* || 10. Plac.] *p, l* (*t non leg.*). || 9-10. una glossa. Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abstr. PO 2-4.

tus.](Ansil. PO 46). 11. Pollilogus (Polyl–): multiloquus, id est verbosus vel vaniloquus (Ansil. PO 90). 12. Pollinctum : funeratum aut sepultum ; pollinctores enim funeratores dicuntur (Ansil. PO 93). 13. Poliptoton (Poly–) : diversis et pluribus casibus variata oratio (Ansil: PO 101). 14. Pomonum, huius Pomonis : apud Latinos nihil est, sed Pomona est dea pomorum ; interdum pro ubertate pomorum metonimicos (–ym) ponitur. Quod si est, haec Pomona, Pomonae, Pomonam et ab hoc (hac) Pomona dea facit. Pluralem non habet. (Ansil. PO 179). 15. Porro : autem adverbium temporis. (Ansil. PO 368). 16. Portendere : significare aliquid de futuris, id est porro tendere ; unde et portenta dicuntur quae significatu suo aliquid futurum ostendit (–unt). (Ansil. PO 392). 17. Portuosa loca : dicimus ubi multi portus sunt, id est navium stationes (Ansil. PO 419). 18. Pos : pes (post). (Ansil. PO 430). 19. Praeceps : accusativo casu locum altum et periculosum dicimus ex quo praecipitari quid possit ; si autem hominem significare volumus, praecipitem dicimus omnia sine modo et periculo pungentem (fu– ?) (Ansil. PR 147). 20. Praecessit hiems : in temporibus melius dixit praecessit, quia aliut sequitur vel quod illut ipsum [ideo] rediturum est ; nam quod praeteri<i>t, redire non potest (Ansil. PR 202). 21. Praeditus : est aliqua re detemtus (?), aut honore aut ingenio (Ansil. PR 362). 22. Prae me fero Deum' : supra captum ingenii mei extollo Deum (Ansil. PR 523). 23. [Praepositiones : superpositiones [h] an (aut) casibus serviunt [h]an[c] (aut) loquellis.] (Ansil. PR 625). 24. Praesago : praesagas praesagare facit et est primae coniugationis. (Ansil. PR 668). 25. Praesago (–io): praesagire, id est futura dicere, tertiae coniugationis sunt produotae. (Ansil. PR 669). 26c. Praescribunt (Rescr- ?) nobis' : contradicunt (Ansil. PR 694) 27. Praesentiscunt (Pers– ?) : verbum est compositae figurae a sentiendo, sed modo valde sentiunt. (Ansil. PR 716). 28. Praeses : rector provinciae aut qui alicuius loci tutelam praesidialiter agit (Ansil. PR 737). 29. Praesidium : auxilium

---

11. Plac.] *p, l, t*. Pollilocus *G* (*non P*).|| 12. Plac.] *p, l, t*. Duae glossae in *P*. Cf. Gloss. Abstr. PO 19-21 ?|| 13. Plac.] *p, l* : Isid.] *t* (*recte* ?) confer Isidorum Etym. I 36, 17.|| 14. Plac.] *p, l, t*. Placidum grammaticum docentem audis in hac glossa, et fortasse etiam in sequenti (Ansil. PO 180 Pomones : pomorum custodes), quae fontis indiculum nullum habet. Duas glossas vicinas exhibet etiam *P*.|| 15. Plac.] *p, l, t* (*ut vid.*). *An* au., <interdum> adv. temp. ? Cf. Cledon. Gramm. 74, 32 Porro, si vero significat coniunctio est ; si longe, adverbium temporis. An Gloss.], i. e. Abstr. (ex Donat. Aen. V 600, etc.) ? Cf. Gloss. Abstr. PO 39. Non est in fine ordinis in glossario PP.|| 16. Plac.] *p, l, t* : *om. w*. unde *om. P*. Cf. Gloss. Abstr. PO 37 ?|| 17. Plac.] *p, l, t*. *Ita etiam P*. Cf. Gloss. Abstr. PO 38 ?|| 18. Plac.] *p, l, a, t, w*. Vide ps. –Plac. P 23.|| 19. Plac.] *p, l, t*. pericule *P* : *an* –lose ?|| 20. Plac.] *p, l, t*. hiems *G* : benus *P*.|| 21. Plac.] *p, l, t*. Praedictus *G*. dotatus *Deuerl.* ad hon. *P*.|| 22. Plac.] *p, l, t*. capud (–ut) *G* (*non P*).|| 23. Plac.] *p, l, t*. Immo Flavius], i. e. Charisius. Cf. Charis. Gramm. 230, 6 Praepositiones aut casibus serviunt aut loquellis.|| 24. Plac.] *p, l, t*.| 24-25. *una glossa in p* (*recte*). Praesago... coniugationis sunt, Praesagia futura (*cett. om.*) *P*. Cf. Gloss Abstr. PRAE 8. In PP non est in fine ordinis.|| 25. Plac.] *om. codd.*|| 26. Plac.] *p, l, t*. Coniungit *P* recte cum sequenti glossa (Ansil. PR 695) Praescribunt nobis : occurrunt.|| 27. Plac.] *p, l, t*. Praes– *etiam P*. Praecedit glossa (Ansil. PR 715) Praesentiscat : ex toto sentiat. Quae est alibi (Ansil. PE 1052 Persentiscat : ex toto sentiat). Cf. (Gloss. Abstr. PRAE 71. An Gloss.)]?|| 28. Plac.] *p, l, t*. retor (*p, l*) *vel* rector (*t, k*) *G* : rector *P*. gerit *P*|| 29. Plac.] *p, l* (*t non leg.*). Sequitur glossa (Ansil. PR 762) Praesidium : perfugium. Tum (Ansil. PR 763) Praesidium : auxilium Cf. Gloss. Abstr. PRAE 22. An Gloss.] ?

militum. (Ansil. PR 761). 30. Praesignem : designatum iam ad aliquam dignitatem (Ansil. PR 785). 31. Praestigium : praestigiator facit : non 'praestrigiator', ut praestringens praestricturus praestringendus et cetera (Ansil. PR 978 ; cf. 1031-4. Confuse exhibet P). 32. Praevertit et praevertitur dicimus quia verbum est activum ; loco suo tamen et pro se invicem verba ponuntur, ut in Virgilio (A. I. 317) : « volucremque fuga praevertitur Hebrum », pro praevertit (Ansil. PR 1181). 33. Privata : dicuntur quae nostri iuris sunt (Ansil. PR 1383). 34. Profundissima pax : dicitur iugis continua diuturna plena per omnes. (Ansil. PR 2112). 35. Progeniem : subolem (Ansil. PR 2154). 36. Promtarium : sonantius est quam promtuarium ; item melius est sanctuarium quam sanctarium ; multa enim licet similia sint, tamen diversis sonis eduntur (Ansil. PR 2426). 37. Properiter : propere (Ansil. PR 2603). 38. Protinus : adverbium temporale est, ut mox continuo statim (Ansil. PR 3092). 39. Psile : siccitas (Ansil. PS 22). 40. Pubescunt : crescunt ; pubes enim iuventus dicitur quae in cremento est (Ansil. PU 18). 41. Pugilor, pugilaris, pugilatur verbum est deponens (Ansil. PU 1187). 42. Putei : loca defossa ex quibus h auriuntur aquae ; et sunt generis masculini (Ansil. PU 425).

Q

1. Quid nisi : quare non (Ansil. QUI 57). 2. Quocirca : pro idcirco ponitur, id est qua de re [a]ut si dicas iudici ' ille mihi rem iuris mei indevite (-bite) pervasit ; conveni, sine lite non reddit ; quocirca, iudex, tu mihi eam iustitia tua restitui iube ' (Ansil. QUO 21). 3. Quodpiam : quiddam ; et est neutri generis (Ansil. QUO 17).

---

30. Plac.] *p, l,* (*t non leg.*) al. utilitatem *P*|| 31. Plac.] *p, l, t.*|| 32. Plac.] *p, l, t. Ita etiam P.*|| 33. Plac.] *p. l. t.* Exemplari Hispano acceptum referunt *G P* compendium nsi ' nostri '.|| 34. Plac.] *p. l.* per lena per o. *P* : pl. perennis *Deuerl.*|| 35. Plac.] *p, l.* An Gloss.] (cf. Gloss. Abol. PR 65) ? Non est in *P.*|| 36.] Plac.] *p, l.* Promtuarium so. e. q. promtuarius i. m. e. sanctuarium q. sanctuarius *G* (*non P*). Sequitur glossa (Ansil. PR 2427) Promtuaria : cella dicitur, id est cellarium unde necessaria promuntur, id est proferuntur ; ceterum ipsa custos bene dicitur promtuaria, [quod] quomodo cellaria. Praecedit eadem in P (Promtaria — promtaria quomodo cell. non tamen promtaria vel cellaria).|| 37. Plac.] *p. l.* Coniunge cum sequenti glossa (Ansil. PR 2604) Properiter : celeriter. Cf. Non. 154, 28. Pertinetne ad ps. –Plac, C 12, sicut Dub. T 7 ad ps. –Plac. C 57 ? Non est in *P* (in quo C– capitulum, inter alia, deest).|| 38. Plac.] *p, l, t.* Non est in *P*. An Gloss.] (cf. Gloss. Abba Protinus : mox, continuo, statim) ?|| 39. Plac.] *p, l* (*t non leg.*). Sequitur glossa (PS 23) Psile : lene, cum indiculo Plac.] in *t*, sine indiculo in cett. Tum (PS 24) Psile : purum, sine indiculo. Cf. Isid. Etym. I 19, 10 Psile quod interpretatur siccitas sive purum, id est ubi H littera non esse debet. Immo Isid.]. Non sunt in *P* hae tres glossae.|| 40. Plac.] *p. l. t. Ita etiam P.* Cf. ad Plac. A 26.|| 41. Plac.] *p. l.* Pulligor pulligallaris pugilatur *G* (*non P*).|| 42. Plac.] *p. l. t.* auritur aqua *P*.

Q. 1. Plac.] *p, l.* Quidni quare non videlicet profecto *P*. *An* Quidni quid nisi quare non videlicet profecto ? Praecedit glossa (Ansil. QUI 56) Quid nisi : porro, quid deinde. Quae glossa est Gloss. Abstr. QUI 6. Sequitur glossa (Ansil. QUI 58) Quid nisi : videlicet. Tum (Ansil. QUI 59) Quid nisi : profecto. Pro glossa Terentiana (Adel. 573) glossarii Abolita habe (cf. Abol. QUI 10).|| 2. Plac.] *p. l.* id est *om. P*. sine litem *P*. *an* mihi sin rem ?|| 3. Plac.] *p, l.* et –gen. *om. P*.

R

1. Rapter: frequenter rapiar (Ansil. RA 169). 2. « Rationes huius modi saltabat »: similitudo aut retro (a theatro) et praecipue pantomimis, qui sub aliis manibus (mot– ?) alias historias [aliut] intellegi volunt (Ansil. RA 257). 3. Recidit: incidit, devenit (Ansil. RE 113-114). 4. « Regionem intra degit » : poetico more fecit ; nam si volumus rectius loqui ' in regione degit ' aut ' intra regionem ' dicimus ; et postposuit praepositionem et perdidit vi[a]m suam, ut in Arte (Donat. Gramm. 391, 18) legimus (Ansil. RE 756). 5. Regumen regimen unum est, sed propter euphoniam melius regimen (Ansil. RE 797). 6. Relegit: sublegit (Ansil. RE 842). 7. Responsum et responsorium: responsum quod datur, responsorium verbum aut versus qui saepe iteratur (Ansil. RE 1594). 8. Ripatim: ripanea loca designat; ita enim dicimus ripatim quasi vicatim, quasi [h]ostiatim, quasi minutatim et cetera talia (Ansil. RI 124). 9. Rura : numero plurali ; singulari vero rus dicimus ; et est generis neutri (Ansil. RU, 176).

S

1. Sancit: confirmat (Ansil. SA 340). 2. [Sandapila : feretrum vel loculum in quo defuncti portantur ; sic enim de Domitiano imperatore legimus (Oros. VII. 10) « cuius cadaber (–ver) populari sandapila per vespelliones reportatum atque ignominiose sepultum est ».] (Ansil. SA 365). 3. Sc<h>ema: figura Graece (Ansil. SC 90). 4. Scintillam: per S et I dicimus, non per <S> et <E> ' scentillam ' (Ansil. SC 192?). 5. [Scropea (–up–): <aspera> prominentibus saxis in mari et, ut melius intellegi possit, acuminata.] (Ansil. SC 323). 6. Secreti: divisi, separati (Ansil. SE 44). 7. Sillaba (Sy–): litterarum congregatio (Ansil. SI 174). 8. [Sillemsis (–emps–): cum et pro uno omnes (multi ?) et pro multis unus ap<p>ellari solet]. (Ansil. SI 182) (cf. Isid. Etym. I, 36, 6; Iulian, Tolet. De Vit. 5, 14). 9. Symbolum: signum, sive fides, sive pec[c]unia congregata quem (quam) violare nefas est (Ansil. SI 258). 10. Sinalipha (Syn–) : ubi duae sillabae (sy–) conflantur in unum (Ansil. SI 361). 11. Sincope (Syn–): detractio (Ansil. SI 387). 12. Sindesmos (Syn–): coniunctio

---

R. 1. Plac.] *p, l.* Habet Gloss. PP (sed non in fine ordinis). Cf. Plac. R9. || 2. Plac.] *p, l.* Ra. hu. mo. sal. (*cett. om.*) P (post glossam Rapter). Audis Placidum grammaticum de suasoria sua aut discipuli sui aut aliena dicentem. || 3. Plac.] *p, l.* Una glossa in *P* (recte). || 4. Plac.] *p, l* : *om. a.* viam *etiam P.* Cf. ad 2. || 5. Plac.] *p, l.* eu. re. dicimus *P.* Expectes Tegumen. Praecedit in *P* Restitit : stetit (= Ansil. RE 1654). || 6. Plac.] *p, l. Ita etiam P.* || 7. Plac.] *p, l. Ita etiam P.* || 8. Plac.] *p. l. Deest in P.* Defendit, ni fallor, bonus Placidus (si revera glossa Placidea est) vocabulum a se ipso audacter fictum. Cf. V 5. || 9. Plac.] *p, l* : *om. v. Ita etiam P.* Coniunge cum sequenti glossa (Ansil. RU 177) Rura : fundi.

S. 1. *deest in P.* Plac.] *p, l, t.* An Gloss.] (cf. Gloss. Abav. SA 28) ?| 2. *deest in P.* Plac.] *p, l, t.* Immo Pauli], i. e. Orosii. || 3. Plac.] *p, l.* Gr. *om. P.* || 4. Plac.] *p, l, t.* An Pauli], i. e. Pauli abbatis de Orthographia ? Cf. ad 23 || 5. Plac.] *p, l, t. Non habet P.* Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abstr. ST 36. || 6. In PP non est in fine ordinis. Plac.] *a, l, t, v* : Gloss.] *p, c, w* (qui indiculus est in praecedenti glossa, SE 43). An Verg.], et coniungend. cum sequenti glossa (Ansil. SE 45 Secreti : in secreta parte) quae indiculum Verg.] exhibet in *l, a, t, r,* sed Plac.] in *p, c, w.* || 7. Plac.] *p, l. Non habet P.* || 8. Plac.] *p, l. Non habet P.* || 9. Plac.] *p, l.* || 10. Plac.] *p, l, t.* || 11. Plac.] *p, l, t.* || 12. Plac.] *p, l, t.* Rhetoricas has glossas non habet *P.*

(Ansil. SI 390). 13. [Synec<do>che : dicitur figura a parte totum ponere : ut Virgilius (A. I. 399) « puppesque tuae pubesque tuorum », pro navibus et iuventut[a]e.] (Ansil. SI 403). (Cf. Iulian. Tolet. De Vit. 6, 34). 14. Synonima (–nym–) : plurinomium (Ansil. SI 466). 15. Sinto[no]mia (Syn–) : concisio. (Ansil. SI 481). 16. Syrtes : of (duo) sinus Africae qui nunc accedunt nunc recedunt ; dicti figura Graeca, quod trahere dicitur σύρειν>. (Ansil. SI 560). 17. Solus : solius soli solum solo facit per omnes casus (Ansil. SO 207) 18. [Somptophanech quod sonat in lingua Aegyptiaca salvator mundi.] (Ansil. SO 219). 20. « Sparsas oves » : quasi varias (Ansil. SP 12). 21. Spondius : tractus (Ansil. SP 251). 22.<Hy>sterologian : postloquium (Ansil. ST 135). 23. Strideo et strido : secundae et tertiae coniugationis, sed tamen melius secundae quia crebrius stridere [d] E producta quam correpta effertur ; strideo ergo strides facit, strido stridis (Ansil. ST 350). 24. Subrexerunt : erexerunt (Ansil. SU 326). 25. « Suspendio se multavit » : laqueo se p<e>remit (Ansil. SU 989).

T

1. Talione : per uno (unum) L scribitur (Ansil. TA 117). 2. Tela Tiphoea (Ty–) : fulmina quo Tiphoeus (Ty–) gigans fulminatus est vel occisus ; ideo dixit quasi gladium (Ansil. TE 89). 3. Telia (τελεία) : distinctio (Ansil. TE 90) 4. <Tellus> Telluris : dea, terrae (Ansil. TE 119). 5. Tellus : terra dicitur tellus quia fructus eius tollimus (Ansil. TE 122). 6. Thema : norma vel

13. Plac.] *p, l, t, a, c, v.* Fortasse coniungend. cum sequenti glossa (Ansil. SI 404 Synec<do>che : conceptium, receptio), quae in *t* (*non p, l, v*) indiculum Plac.] habet.|| 14. Plac.] *p, l, t.*|| 15. Plac.] *p, l, t.*|| 16. *deest in P.* Plac.] *p, l, t.* An Gloss.] ? ofo sinus (*l, t*) *vel* offosinos (*p*) *G.*|| 17. Plac.] *p, l, t.* solus fa. *G* (*non P.*).|| 18. Plac.] *p, l, t.* in *P* : *om. G.* Sequitur glossa affinis (Ansil. SO 220) Somptophanech : lingua Aegyptiaca Ioseph a Pharaone appellatur, quod Latine dicitur salvator mundi. Quae glossa nullum indiculum habet in codd. Spectat ad Bibl. Genes. 41, 45. 20. Plac.] *p, l, t. Ita etiam P.* Sequitur glossa indiculo Verg.] ornata (Ansil. SP 13) Sparsa : per diversum divisa. Tum (Ansil. SP 14) Sparsas : diversis locis positas (cf. Aen. III 126), An Gloss.] i. e. Abstr. (ex Donat. in Verg.) ? Ad Tibull. 1. 10, 10 (citatum puta a Donato) audet referre Nemethy. Malim ad Bibl. Gen. 30, 32. 21. Plac.] *p, l, t.* 22. Plac.] *p, l, t.* 23. Plac.] *p, l, t.* Immo Gloss.], i. e. Abstr. Cf. Serv. auct. Aen. II 418. Cum 4 et Plac. 17 conflat P.|| 24. Plac.] *p, l, t. Ita etiam P. An* <se> er ? Cf. Serv. Aen. I 365.|| 25. Plac.] *p, l, t* : *om. w.* se peremit *ex* se premit *P* : se remit *G.* Praecedunt glossae duae (Ansil. SU 987 Suspendio : suspensione, strangulatione ; Ansil. SU 988 Suspendio : suspensio vel strangulatio), quarum altera habet in p^1 (*non c, l, a, t, v*) indiculum Plac.]

T.1. Plac.] *p, l, t.* An Pauli], i. e. Pauli abbatis de Orthographia ? uno *P* : per uno *G.*|| 2. *non habet P.* Plac.] *p, l, t.* Praecedit glossa (Ansil. TE 88) Tela Typhoea : fulmen quo Typhoeus gigans confixus est. An duae glossae pro una ? An Gloss.], i. e. Abstr. (ex Donat. Aen. I 665) ? 3. Plac.] *p, l, t. Non habet P.* Cf. Diom. Gramm. I 437, distinctio.. summo loco, cum sensum terminat, vocatur finalis a nobis, a Graecis τελεία. 4. Plac.] *p, l, t. Non habet P.* Sequitur glossa (Ansil. TE 120) Telluris : terrae. Cf. Gloss. Abstr. TE 6-7 Tellus : terra, Telluris : terrae. An Gloss.] ? 5. Plac.] *p, l, t. Non habet P.* Cf. Gloss. Ovid. (Met I 12) Tellus dicta quia ex ea fructus tollimus (C. G. L. V 546, 23) ; Isid. Etym. XIV, 1, 1. 4-5. An una glossa, ex Donat. Aen. I 171 ? Ergo Gloss.], i. e. Abstr. 6. Plac.] *p, l, t.* Sequitur glossa (Ansil. TE 126 Thema : tenor, norma, formula) quae indiculum Gloss.] habet. Tum (Ansil. TE 127 Thema : similitudo materia. An Gloss.] ?

forma sive materia (Ansil. TE 125). 7. Tempestas : status caeli dicitur (Ansil. TE 193). 8. Thesis : positio Graece (Ansil. TE 571). 9. Tetracolon : quadrimembris sententia (Ansil. TE 654). 10. Tetrametrum : quattuor pedum versus (Ansil. TE 659). 11. Tetrarch<i>a : quarta pars regni dicitur (Ansil. TE 665). 12. Tetrasyllabus : quattuor syllabarum (Ansil. TE 668). 13. Tyrannus : imperator, sed non voto senatus aut cum velle (?) populi Romani aut consensu exercitus ; et tyrannus dicitur ab eo quod usurpat imperium (Ansil. TI 160). 14. Tytos (Tritos) t[h]rochaeus : syllaba post quartum pedem remanens (Ansil. TI 232). 15. Ton<us> : altitudo (Ansil. TO 60). 16. T[h]onus : accentus (Ansil. TO 80). 17. Tragoedia : est genus carminis quo poetae regum casus durissimos et scelera inaudita vel deorum res alto sonitu describunt ; com<o>edia vero est quae res privatorum et humilium personarum conprehendit, non tam alto ut tragoedia stilo sed mediocri et dulci (Ansil. TR 61). 18. Tribrac<h>ys : trium brevium (Ansil. TR 248). 19. Tricolon : trimembris (Ansil. TR 293). 20. Triptota : trium casuum varietas (Ansil. TR 344). 21. Trisesma : grassitudo (?) (Ansil. TR 357). 22. Trochaeus : celer (Ansil. TR 426). 23. Tropus : locutionis modus. (Ansil TR 476).

V

1. Vel<l>it : praeteritum est ; ut vello vellis, vellit, velli, vellisti, vellit. (Ansil VE 94). 2. Vesperascit : vesperat ; sic enim dicimus vesperascit sicut al[e]bescit, sicut senescit, sicut iuvenescit (Ansil. VE 468). 3. [Vesperat : ad occasum declinat.] (Ansil. VE 469).. 4. [Vicatim : vicissim aut per vices aut per singulos <vicos>.] (Ansil. VI. 42). 5. Vicatim : castellatim ; sunt enim loca quae ab ingenuis habitantur et quia nec villae nec civitates possunt appellari vicus dicuntur ; nam Latinitas recipit ut dicamus vicatim et oppidatim, quasi vicus et civitas, quod est oppidum (Ansil. VI 43). 6. Vicissim : qui sibi invicem succedunt alioquin operando, aut qui [s] sibi invicem aliquid mutuo praestant, vicissim id fieri dicitur (Ansil. VI 62). 7. Viliter : dicimus adverbialiter, non vile ; <vile> enim nomen est (Ansil. VI 167). 8. Vipera : genus quod<d>am serpentum quod actenus (?) sic coit ; masculus in os f[a]eminae inserit caput et illic impia<m> libidinem agitat ; qua[e] exagitata per feminam cum acriter fu[e]rit actenus (?) a libidine nimia conprimitur sicque trucidatur ; cum vero conceperit partum, catuli perforato exesoque latere matris procedunt, sicque fit ut utriusque impii generis vel coeundo

---

7. Plac.] *p, l, t.* = ps. -Plac. C 57.|| 8. Plac.] *p, l, t.* Sequitur glossa (Ansil. TE 572) Thesis : positura Graece.|| 9. Plac.] *p, l, t.*|| 10. Plac.] *p, l, t.*|| 11. Plac.] *p, l, t.*|| 12. Plac.] *p, l, t.*|| 13. Plac.] *p, l, t.*|| 14. Plac.] *p, l, t.*|| 15. Plac.] *p, l, t,* : Gloss.] *w.*|| 16. Plac.] *p, l, t.*|| 17. Plac.] *p, l, t.* = Plac. S 21.|| 18. Plac.] *p, l, t.*|| 19. Plac.] *p, l.*|| 20. Plac.] *p, l, t.* Cf. P 13.|| 21. Plac.] *p, l, a* crass– *a.* Vide ne huc pertineat glossa ea sine interpretatione quam infra (ad 23) memoro. Trossolus. Cf. Schol. Pers. I 82 Trossulus, id est brevis et compactae naturae.|| 22. Plac.] *p, l, t.* || 23. Plac.] *p, l, t.* Sequitur glossa sine interpretatione (Ansil. TR 477) Trossolus. Eam cum 23 coniungit *l* (Trop. loc. mod. tross). Cf. supra ad 21.

V. 1. Plac.] *p, l, a, c* : Gloss.] *t* (*recte*? Ex Donat. Ecl. 6, 4 ?)|| 2. *om t, v.* Plac.] *p, l.*|| 3. Plac.] *t, v* : Gloss.] *p, l* (*recte* ; cf. Gloss. Abstr. VE 53).|| 4. Plac.] *p, l, v* : Gloss.] *t.* Praecedit glossa (Ansil. VI 41 Vicantim : per singulas vices = Gloss. Abstr. VI 8) cum indiculo Gloss.] cuius glossae corruptae emendationem vult gl. 4 praebere. Ergo Gloss.] ; cf. Gloss. Abav. VI 6. Abice igitur illud ' Vicatim pro vicissim ' ; nam cadunt ea quae Funck (A. L. L. 7 1505) et Landgraf (ibid. 9, 443), glossariorum natura nondum intellecta, disputaverunt.|| 5. Plac.] *p, l, t.* Cf R 8 ||6 Plac.] *p, l, t.*|| 7. Plac.] *p, l, t.*|| 8. Plac.] *p, l, t.* An Gloss.] i. e.

vel generando natura depereat (Ansil. VI 254). 9. [Votissimum (–tivum ?): quod iam dedicatum est votum, votis in Capitulio (–ol–) solito...] (Ansil. VO 419), 10. Vovet : obtat, promittit ; considerandum sane est quia qui vovet, suum [suum] proprium movere (vov–) debet, id est promittere (Ansil. VO 160). 11. Vulgus : regulariter generis masculini est. Virgilius (A. II. 99). vero posuit et neutraliter (Ansil. VU 37)..

X

1. Xenia : quod sunt proemia (–ae–) vel dona per X scribendum (Ansil. XE 1).

Y

1. Yaspis (Ia–): nomen gemmae vel lapidis (Ansil. YA 10). 2. Ydillion (Idy-: opus pauoorum versuum (Ansil. YD 7). 3. Ydin (Idein) : videre Graece (Ansil. YD 9). 4. <H>ypatia : consulatum (Ansil. YP 2). 5. <H>ypocrisin : simulationes Graece (Ansil. YP 19). 6. <H>yp[p]odiastule (–ole): subseparatum (Ansil. YP 25). 7. <H>yp[p]ostigme : subdistinctio, Graecum (Ansil. YP 34). 8. <H>ypozeuxis : in singulis sensibus singulae clausulae. (Ansil. YP 40). 9. [<H>ypozeuxis : ubi in singulis sensibus propria unicuique clausula est.] (Ansil. YP 41). 10. Yronia (Ir–) : placiloquium (–ag–) (Ansil. IR 7).

Z

1. Zaba : munimentum in praelio virorum fortium (Ansil. ZA 2). 2. [Zaberna : ubi vestes ponuntur aut quodlibet aliud.] (Ansil. ZA 4). 3. Zmaragdum : lapis pretiosus (Ansil. ZM 2).

Abstr. (ex Donat. Geo. III 416) ?|| 9. Plac.] *p, l, t.* est *l* : *om. p.* votum votis *p, c, d, v* : votu ac votis *l a* : voto votis *docti*. Coniunge cum sequenti glossa, quae sine indiculo est (Ansil. VO 150). Votis in Capitolio rite nuncupatis : more nuncupatis, id est celebratis. Et sic restitue. Votivum : quod iam dedicatum est votum votis in Capitolio rite nuncupatis, id est · solito more nuncupatis, id est celebratis. Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abstr. VO 14 ; Gloss. Ab Abs. 426, 41-42 ; Gloss. Amplon. II 336, 43. Tu igitur agnosce mecum partem posteriorem plenae glossae differentiam inter Votum et Votivum exponentis et ex scholio nescioquo Donati in Verg. sumptae. Cf. ad 10. || 10. Plac.] *p, l, t.* Pertinetne ad 9 ?|| Cf. Gloss. Abstr. VO 11-14.|| 11. Plac.] *p, l, a, t.* An Gloss.] et coniungend. cum sequenti glossa (Ansil. VU 38. Vulgus : nota masculini generis magis esse quam neutri : Virgilius (A. II. 99) : ' spargere voces in vulgum ' : et masculini generis esse oportere indicat casus genitivus singularis totidem syllabis quot nominativus in hoc genere.) ?

X. 1. Plac.] *p, t, a* (*l non leg.*) An Pauli], i. e. Pauli abbatis de Orthographia ?

Y. 1. Plac.] *p, t, a.* Praecedens glossa indiculum Gloss.] habet (Ansil. YA 9) Yaspis per Graecum scribendum. || 2. Plac.] *p, t, a.* || 3. Plac.] *p, t, a.* || 4. Plac.] *p, a* (*t non leg.*). || 5. Plac.] *p, a.* || 6. Plac.] *p, c* : *om. a, v.* || 7. Plac.] *p, a, c* : *om. t v.* || 8. *om. p, c.* Plac.] *a, t, v, w.* || 9. Plac.], *c. p* : *om. a, w, t, v* Immo Isid.] ; cf. Isid. Etym. I 36, 4. || 10. Plac.] *p, t, a.*

Z. 1. Plac.] *p, t, a.* || 2. Plac.] *p, t, a.* Immo Gloss.] ; cf. Gloss. Abol. ZA 3. || 3. Plac.] *p. t* : *om. w.*

III. < PSEUDO-PLACIDI GLOSSAE. >

A

1. Adlaterati palmulis : qui circa latera palmas gerunt (trag. ign. ?). 2. Actutum : statim, continuo. 3. Ad manticulandum : ad dolum et ad strophas excogitandas (Pac. 377). 4. Adinatam (Ad incita) : ad extremam fortunam (Lucil. 101 ; 513). 5. Adbiteret : adveniret. 6-7. Adoria : gloria vel bona fama (Plaut. Amph. 193). Adorea : farra, ut apud Virgilium. 8. Angrae (–cr–) : intervalla arborum. 9. Antiquare (?) : quae ante in augures (–is) sunt. Alii antiquare ad statum revocare. 10. Armillum : vas vinarium, unde (Lucil. 767), 'antis (anus) ad armillum'. 11. Antigerio : vel quem ad modum vel inprimis. 12. Aequabiles : aequales (Plaut. Capt. 302). 13. Alitos : nutritos. 14. Alimones : ab alimento. 15. Adulterina : adultera (Plaut.). 16. Abstemios : sobrios. 17. Abludam (apl–) : paleam (Plaut. Astrab. fr. vii ?). 18. Adiumentum : adiutorium. 19. Additamenta : adiectamenta. 20. Andram (?) : andronam. 21. Avid<e>o : cupio ; unde aviditas avaritia. 22. Adfurcillavi : subrui, labefactavi concussi. 23. Adagione : proverbio. 24. Autumant : dicunt, loquuntur. 25. Abstiteres (Absbi–) : abires ; bitere enim ambulare significat. 26. Apud : ad. 27. Apluda furfurina (?) malii (milii) pannicique (Naev. com. 117). 28. Apaxte (?) : ducte ; ἀπὸ τοῦ ἄπαγε dictum. 29. A<d> penita : ad intima, id est penitus. 30. A[e]xitiorum

---

1. Allaterati *R* : adlateratim *G*. Pal. ger. *Expectes* remos habent.|| 2. cf. Anth. 13. Cf. 3 || 3. Cf. Fest. 118, 6.|| 4. *deest. in G*. Cf. Non 123, 24.|| 5. Adviteret (*p*) *vel* Advereret (*l*) (|| 6-7. Nimirum ad Plauti versum haec fere adnotata erant ' Adoria (cum vocali I) significat gloriam. bonam famam : adorea autem (cum vocali E) pluralis est numerus vocabuli adoreum, i. e. far ; adoreum sane singulare tantum, sed eodem iure pluraliter adorea usurpabitur, quo apud Virg. (Geo. I 73 ; 101 ; 219 ; III 127) pluraliter farra usurpatur '. No igitur necesse habeo emendare ' farr<e>a ' et glossam ad Aen. VII 109 referre. At tame Anth. 27 dubitationem movet.|| 8. –gr– *codd.* hic. : –cr– *codd. infra* (41).|| 9. Antica qu *Deuerl.* : *expectes* Antiquare <quia dicuntur antiqua> quae. augeres *G*. ad 'pristinum st. (cf. Fest. 24, 19) *Heraeus*.|| 10. cf. Fest. 2, 12.|| 11. Illud quem confirmat glossa Oppi (O6 quem ad modum, sed nunc valde). Cf. Fest. 7, 23.|| 13. *deest in G* ; nam aliena est glos (Ansil. AL 248 = Gloss. Abol. AL 19) Alitus : nutritus, pastus.|| 14. cf. Anth. 10.|| 1 cf. Fest. 25, 26 (inter glossas Plautinas) Adulterina signa dicuntur alienis anulis fact 16. –us –us *R*.|| 17. Ablundam *G*. –bl– *codd. hic.* : –pl– *codd. infra* (27), *Anth.* 26. (Gell. XI 7, 5.|| 19. Addimenta *R*. Cf. Anth. 14 ?|| 22. Aff– *G*. Simplex verbum eodem sen Plaut. Pseud. 631 « meam qui furcilles fidem ».|| 23. –gonie G || 24. cf. Anth. 24.|| 25. Absbiteres *d* ibitere *G* (*non v*).|| 27. Apl., abl. casu. furfuribus alii *G*. Cf. Fest. 10, 1 Apluda genus minutissimae paleae frumenti sive panici ; de qua Naevius « non hercle apludā hodie quam tu nequior ».|| 28. Apaxte *om. R.* : *an* apaxis (*pro* apage sis) te ? : apage te *doc* ductu *G*(–cta *a*) : ductam *R* : *corr. Loewe*.|| 29. ab int. *R* (*recte* ?).– 30. Adexitiarium *R* : A tionum *docti* conspiratorum *vel* conspirationum *R*.

conspirationum, factionum. 31. Arusedentes (Ams–) : circum sedentes. 32. Antis : capillis mulie<b>ribus ante, id est a fronte, pendentibus. 33. Actutum : brevi, festinanter, prope<re>. 34. Aeque vident : non vident (com. ign. ?). 35. Assarium : nummum assis, Latini quasi figura[m] denarium dicunt. 36. Autne : quod anne dicimus. 37. Anitas : adiutas (anilitas ?); interdum senectus est. 38. Actum : iter vicinale quatuor pedes latum qua iumenta agi possunt. 39. Aginam : scapum tritianae (trutinae): quod eo mensura ponderis agatur. 40. Arceram : vehiculum in arcae nondum (mod–) confixum ; non utique plaustrum, id est carrum (XII Tab) 41. Ancras : convalles aut arborum intervalla. 42. Aginatorem : negotiatorem actus (?). 43. Abiugassi (–ssere ?) : abiungere, abducere. 44. Ad exodium : ad finem vel terminum. 45. Assiduos : capite censos, qui nihil dare poterant praeter prolem, unde et proletarii dicti sunt ; et assidui milites, ab assiduitate officii. 46. Acceptorem salutis : qui salutatus est. 47. Auscultare : parere, obsequi, obedire. 48. Arnanti(?) : frementi, murmuranti. 49. Ambulacris : locis quibus ambulatur commodo. 50. Ad incitas : ad summam rerum perturbationem desperationemque. (?Plaut. Poen. 907; Trin. 537). 51. Antegenitos : dogmate Pythagorae, qui negavit quemquam sapientiorem fuisse eo qui nomina rebus imposuit. 52. Agriptas (–ppas) : qui pedibus editiore capite pariuntur 53. Aegre : vix, paene non. 54. Arse verse : proverbium (!) (Afran. 415). 55. Averruncando : abominando ; Graeci φυλάξαι dicunt. 56. Altiboans : alte sonans ;

---

31. Arudesedentes (*pro* ambesedentes ?) *G* (radesedentes *l, v* : qui codices hanc glossam cum praecedente. Ansil. AR 602. conflant).|| 32. i. e. –iis (ut solet ps. Plac.). ante *om. G*. Cf. Fest. 16. 3.|| 33. probe *B*. Cf. 2.|| 34. Ae., ut infra (61) Aeque quicquam (Ter. Andr. 434) : nihil.|| 35. denarium *GB* : denarii *R* (*recte* ?). Cf. Charis. 76.3 Assarius ab antiquis dicebatur ; nunc as dicitur, non assis ; sane assis genetivus est. Quasi, i. e. sicut ?|| 36. Autme (*pro* autine ?) *G*. Cf. Dub. H3.|| 37. Ann– *R* (*non Anth.*). adultus *G*. Cf. Gloss. Philox. AN 8 (ex Festo ?) Anitas : γερουσία (i. e. ' senatus ' pro ' senectus ' ?).|| 38. inter *R*. qui *R*. Cf. Fest. 16. 16.|| 39. Ag. sc. tritimanae *R* : Agina sc. eritiane *G* (ericianae *l, a*). Archetypi illud trutianae haud scio an ad trutanae corr. trutinae revocandum sit. Cf. Anth. 8. Cf. Fest. 9. 12 Agina est quo inseritur scapus trutinae... unde aginatores dicuntur qui parvo lucro moventur. Vide igitur ne ad vocem aginatores (vel aginantes, etc.) haec fere adnotata essent ' Aginam enim dicebant sc. ' etc.|| 40. mundum *R* : mondum *G* (modum *v*). convexum *Nettleship*. Cf. Gell. 20, 1.|| 41. *An delend.* aut. arb. int. (ex 8) ? Cf. Fest. 10, 22 A. convalles vel arborum intervalla.|| 42. –natorem (*l, a*) *vel* –natore (*p*) *G*. neg. Accius *Loewe*. Cf. ad 39.|| 43. Abiugare adiungere adducere *R*. Abiugassis (*recte* ?). Cf. Gloss. Philox. AB 40 (ex Festo ?) Abiugassere : ἀποζεῦξαι.|| 44. exodium *codd.* (*non Anth.*). Cf. Non. 27. 12. Fest. 70. 26.|| 45. Adsidos *G*. praeter *om. R*. pr. pro. da. po. *G*. et ass. mil. et (*pro* etiam ?) ab R. *An* Ass. <ab asse dando>, Cap. cen., etc. ?|| 48. prementi *R*. Arnanti *etiam Anth.* : Armanti *G* (–mati *a*).|| 49. amb. quoquo modo *R* : ambulantur ex comodo *G*. Cf. Fest. 19. 21.|| 50. Aduncetas *R*. Cf. Non. 123. 18.|| 51. docmazare qui *R*. *An* Antigenas antegen. etc. (cf. Gloss. Aa A 1042). Cf. Heraeus (Arch. lat.Lex. 6, 274).|| 52. Acriptas *R* : Aegri partus *G*. editione *G*. *An* <Agrippas appellaverunt : ut aegre partos qui, etc. ? Cf. Plin. N. H. VII. 45. In pedes procidere nascentem contra naturam est, quo argumento eos appellavere Agrippas, ut aegre partos : Non. 557. 1 quasi ab aegro partu.|| 53. Pars praecedentis glossae ?|| 54. Cf. Fest. 17. 16.|| 55. Graeci *om. R*.|| 56. Alt. altisonans *R*. ut Virgilius (cf. Geo. III 223 : Ecl. 2. 13) ' reboantque silvae cicadas ' (*om. R recte* ?) (cf. Gloss. Ansil. RE 31). De Iove dictum : cf. Gloss. AA (ex Festo ?) Altiboans : alte sonans, hic autem deus est qui ex alto sonat. Cf. Anth. 25.

ut Virgilius « reboantque silvae cicadas ». (Enn. ?) 57. Aviditer : avide. 58. Adnictare : adridere, invitare. (Naev. com. 76 adnictat ?) 59. Agredulae (Acr-) : ranae parvae multum in sicco morantes. 60. Anate : sollicitudine, cura. 61. Aeque quicquam : nihil (Ter. And. 434). 62. Artitus : artibus edoctus. 63. Asisua (Assua ?) : petauro pernice. 64. Animalibus hostiis : quarum animae diis sacrificantur. 65. Arcent : tenent, custodiunt ; unde coercere. 66. Attrectant : attrahunt. 67. Apua : piscis minutus. 68. Aceris (?) : palea miliacea. 69. Altrinsecus : ex altera parte. 70-71. Aeruscans : aes minutum accurate contrahens. 72. Arveniet : adveniet. 73. Austrare : humefacere : dictum ab Austro qui est valde pluvialis. 74. Adorans : adloquens. 75. Adorientes : adgredientes. 76. Arilla<tore> : coccione panniculario. 77. Acerata offula : furfuraceo pane. 78. Acu pedum : velocitate pedum agmine (acumine). 79. Ausculatus : osculatus. 80. Amb<act>i : servi. (Enn. Ann. 605). 81. Anus aestuosa : quod in modum aestuarii maris hauserit, id est biberit (com. ign. ?) 82. Altriplicem : duplicem, dolosum. 83. Ambronem : perditae improbitatis ; a gente Gallorum qui cum Cimbris Teutonisque grassantes periere. 84. Amussis : regulae vel tabulae quibus utuntur artifices ad saxa ; unde adverbium diximus examussim. (? Plaut. Amph. 843 ; Men. 50 ; Most. 102 ‹ examussim ').

B

1. Boni aequique facere : bono animo ferre. (? Ter. Heaut. 788 ae. bo. que facio). 2. Blat [t]it : praecipue (praecupide) loquitur. 3. Batioca : patera argenti ad sacrificandum. 4. Bibinare (Bub-) : sanguine inquinari ; bibinarium (bub-) autem est

---

58. Advictare *R*. inv. arr. *G*. Cf. Fest. 26, 14.|| 59. Cf. Anth. 5. *Deest in G*. (ubi tamen Isid. Etym. 12, 6, 59 affertur).|| 60. cf. Fest. 26, 24.|| 61. cf. ad 34. Itidem Don. ad loc. ' hoc est nihil '.|| 62. Arc–*R* (*non Anth*.). Cf. Fest. 19, 5. A. bonis instructus artibus.|| 63. *Deest in G*. Assua *Gloss. Cyrill*. (ex Charisio ?)|| 64. cf. Macrob. 3, 5, 1.|| 65. cohercere *R* : cedere *G*.|| 66. Adtractant *G*. astruunt *R*.|| 67. cf. Fest. 21, 5 A. genus minimi pisciculi.|| 68. *An* <Acus.> aceris ?|| 69. *deest in G* (ubi tamen est Plac. A 5). || 70-71. aceturate (*v*) *vel* acecurate (*p*) *vel* augurare (*l*, *a*, *w*) *G*. construens *R* (cf. ad 66). Duae glossae (Aer. aes. min., Acc. con.) *codd*. Cf. Fest. 22, 23.|| 73. ulmefacere *R*. est pluvialis *R* : est valde pluvius *G*. Cf. Gloss. Abba (ex Festo ?) Austrare : humidum facere ; Gloss. Philox. AU 104 (ex Festo ?) Austrans : νοτίζων, ὑγραίνων.|| 74-75. Vide ne unam faciant glossam quae ad XII Tab. (si adorat furto) spectat.|| 75. Ad. adtrectantes vel adgr. *G* (*recte* ?) ; sed sine fontis indiculo.|| 76. coactione *R* : coccinione *G*. Cf. Fest. 19, 1.|| 77. Acera *G*.|| 78. cf. Fest. 9, 5 Acupedius dicebatur cui praecipuum erat in currendo acumen pedum. *An* <Acupedium : ab > acu ped., id est acumine ? Cogitaveram de Acupedum (i. e. agipedum)... agimine.|| 79. cf. Fest. 25, 28.|| 80. Amui *R*. Cf. Fest. 4, 20 Ambactus apud Ennium lingua Gallica servus appellatur.|| 82. Artipl. *G*. dol. dup. *R* Cf. Fest. 7, 6 Alterplicem duplicem.|| 83. probite impr. *R* cybris *R* : cibris *G*. te aut omnisque *G*. Cf. Anth. 27. Cf. Fest. 15, 29.|| 84. Amussi *G*. qui ut. *R*. *An* regula est, etc. ? Cf. Fest. 70, 21 Examussim regulariter : amussis enim regula fabrorum est ; vel, ut alii volunt, ferramentum quo in poliendo utuntur.

B. 2. cf. Fest. 30, 27 Blatterare est stulte et praecupide loqui, etc. Idem significant verba blatero (primae coniugationis) et blato (tertiae coniugationis), nomina blatero (–onis) et blato (–onis). || 4. Bibilionare *G* sanguinem *R*. menstruis *R*. Quamquam imbubinare (Lucil. 1186) verbum est activum, non itidem bubinare. Cf. 14. Cf. Fest. 29, 2 Bubinare est menstrus mulierum sanguine inquinari : Lucilius « haec » inquit « inbubinat, at contra te inbulbitat ».

sanguis qui mulieribus menstruus venit. 5. Boba (bova) : vehemens rubor : interdum genus serpentis. (Lucil. 1195). 6. Baburra : stult[iti]a, inepta. 7. Bobinator (Bov–) : tricosus et inconstans. (Lucil. 417). 8. Baxae : calcei mulieris alti. (Plaut. Men. 391 baxeae ?) 9. Buteonem: iuvenem (com. ign. ?) 10. Bolona : redemptor cetariarum tabernarum in quibus salsamenta condiuntur ; quas tabernas vulgo cetarias vocant. 11. Batos : herbae genus. 12. Baxeas : calciamenta. 13. Bulga : saccus is scorteus. (Lucil. 246). 14. Bibino (Bub–): menstruo id est fluore sanguinis. 15. Bubum (?): senium, angorem. 16. Burrae Vatroniae : fatuae ac stupidae ; a fabula quadam Vatroni auctoris quam Burra inscripsit, vel a meretrice burra. 17. Bardum : hebetem stolidum bretendum (?). (Caecil. 250 ?) 18. Bellica columna : ante aedem Bellonae quae Pyrri temporibus constituta dicitur ut exeuntes ad bellum superiacerent eam hasta, velut i<n> conspectu hostis essent. 19. Bovinari : conviciare, clamare. 20. Boni consultum : bene acceptum.

C

1. C[r]ea : stercus ; unde nos ea quae ex ore abicimus excreare dicimus, id est expuere. 2. Ciccum : granum mali Punici aut umbilicus lupini. (Plaut. Rud. 580 vel frg. incert. II) 3. Caculae : lixae aut servi militum. (Acc. carm. frg 2) 4. Consonant : vocem dimissam sentiunt (?). 5. Capedulum (–pid– ?) : vestimentum capitis. 6. Creperae res : incertae dubiaeque ; unde et crepusculum. 7. Connum (citimum) : proximum. 8. Coniecere (Comerc– ?) : coescere (–erc– ?). 9. Casnar : senex. 10. Calbae (–bei ?) : armillae quibus milites ob virtutem donantur. 11. Crapula : cruditas lienis. 12. Conciter : statim, continuo.

---

5. Cf. Fest. 27, 27. || 6. ineptia *R*. Cf. Anth. 6. Cf. Gloss. Philox. BA 37 (ex Festo ?) Baburra : ἄφρων, ἀνόητος, μάταιος. 7. Bobinator *etiam B* : vovin– *Anth.* Immo sic erat scriptum (vel scribendum) Bovinator tricosus : inconstans. Nam Lucilii versus est « Si tricosus bovinatorque ore improbus duro ». Cf. Class. Rev. XXXI 128. || 8. –xa– *codd. hic* : –xea– *codd. infra* (12). altae *G*. || 9. Bosteonem *G*. Translate de iuvene dictum : nam buteo avis est. || 10. caetariarium *R*. condiuntur *R*. Cf. Plac. C77 ? || 11. Batos, acc. plur. Cf. Fest. 27, 30 Batus genus herbae. || 12. Baxeas *G* (baxea *r*) : Bascas *R* (Corrige igitur Thes. ling. lat. II 1792. 56 : baxas *G*). Cf. ad 8. || 13. corens *R*. Cf. Fest. 31, 20. Bulgas Galli sacculos scorteos appellant ; Anth. 1 ? || 14. Bubino est verbum potius quam nomen. Cf. ad 4. fluorem *G* : fluvio *R*. || 16. cf. Class. Quart. XXIII 31, ubi codicum lectiones. || 17. *An* Graece βραδὺν ? Cf. Fest. 31, 10. || 18. Bellicam columnam *G*. in be. *G* veluti conspecto hoste issent *R*. Cf. Fest. 30, 15. || 19. Bobinare *G* : Bombinari *R* combicare *R*. Cf. Fest. 27, 26. Cf. Class. Rev. XXXI 128.

C. 1. ab ore *G*. spuere *R*. Illud crea nil nisi ficticium est etymon verborum ex–creo, creo, pro –creo : sicut screa verbi ex-screo, nominis scratta (Fest. 448, 6). Cf. Plac. E9. || 2. Circum *R*. Cf. Fest. 37, 12. || 3. *bis exhibet G*. Calculae *vel*. Canculae *G*. aut *vel* aut *G*. Cf. Fest. 39, 29. || 5. Capidulum *Fest.* (42, 6 C. genus vestimenti quo caput tegebatur). || 6. Curare res *G*. Cf. 100 ; Non. 13, 11 Crepera res proprie dubia ; unde et crepusculum dicitur lux dubia, etc. ; Varr. L. L. 7, 77 ; Anth. 19 || 7. *Deest in G*. Connum *vel* Comium *R* : Connatum *Niedermann* (Glotta I, 264) : Citimum *Anth.* (cf. Non. 85, 16). || 8. *Deest in G*. ubi tamen Comercere coercere (Gloss. Ansil. CO 392) sine fontis indiculo. || 9. Casinar *R ut vid.* senes *G*. Cf. 95 ; Varr. L. L. VII 29 (in Atellanis). || 10. quae militibus *G*. Calbei *Fest.* (41, 2 Calbeos armillas dicebant .. quibus ob virtutem milites donabantur.) || 11. lenis *R* : lienis id est splenis *G* (*recte* ?) || 12. Contuer *G*. Vide ad Dub. P. 37. Sicut amicus habet adverbia amice et amiciter, ita concitus non modo concite sed etiam conciter (pro concititer), quae

13. Cassabundum: dubitantem, titubantem (Naev. com. 120). 14. Cessim ire: cesso(?) ire. 15. Cordi agni: qui post tempus nati sunt. 16. Corruda: genus herbae. 17. Cossos: vermiculos qui in materia nascuntur. 18. Conditio: in quo corpora mortuorum conduntur. 19. Concubia: cum omnes excubant. (Enn. Ann. 165 noctu c. ?). 20. Cicures: placidi, quieti. 21. Crumena: sacculus. 22. Calvitium: maeror. 23. Cant<h>erios: equos castratos. 24. Calpar: vinum quod primum libatur e dulio (dol–). 25. Classarios: classicos 26. Contiguum: quod contingi potest. 27. Conlucare: deputare. (Cato Agr. 139 ?) 28. Cilones: quorum capita oblonga. 29. Calvitur: frustratur, decipit. (? Plaut. Cas. 169; XII Tab. etc.) 30. Caesditum (Cres– ?): creditum. (XII Tab. ?) 31. Contumias: contumelias. (XII Tab. ?) 32. Caudeam: iunceam, quod iuncea[m] cauda[e] emergat; dicitur et scirpum; dicitur et tibin (θίβιν) (Plaut. Rud. 1109). 33. Coniector: coniectare (–turae ?) peritus, id est praedivinandi. (Plaut. Curc. 249 –res ?) 34. Captabat: capiebat. (Plaut. Epid. 215 –bant ?) 35. Cormeos; acervos quos rustici ex congerie lapidum faciunt. 36. Ciet: movet vel invocat. 37. Corneta: locus quem nunc ex parte magna templum Bacios (Pacis ?) occupavit. 38. Caesariati: comati, a caesarie dicti. 39. Conieci: coniecturam feci, collegi, vel suspicatus sum. 40. Carensis (? pistoribus; a caria quam Oscorum lingua panem esse dicimus (com. ign. ?). 41. Carenatoribus (-rin–): lanariis; quia cariunt, id est carpunt dividunt. (com. ign. ?) 42. Clunaculum: pugionem; dictum ab eo quod ad clunes religatur; id est spata. 43. Cliva: aspera, difficilia. (Cato Or. frg. 30, 2 ?) 44. Com[m]oram: coram, cominus. 45. Confoeditas: foedere copula-

---

forma apparet in Valerii abbatis opusc. 46, ed. Migne.|| 13. Crassabundum *R*. Cf. 89; Fest. 41, 22; Varr. L. L. VII 53.|| 14. Cessin *R*: Cesim *G* (*non a*). Vide ne scholiasta dixerit ‘Cessim eo idem significat quod cesso ire’.|| 15. cf. Varr. Rust. II, 1, 19 Dicuntur agni cordi qui post tempus nascuntur, etc.; Cato Agr. 5, 8 (faenum cordum).|| 16. v. g. Varr. Rust. I 23, 5; Cato Agr. 6, 4.|| 17. cf. Fest. 36, 12.|| 18. Cond., scil. dat. abl. casu. Conditivo *Deuerl.*: Conditorio *Klotz*.|| 19. cf. Non 91, 19.|| 20. placi *G* (placiti *t*, *v*: placuli *d*). Cf. Anth. 10.|| 21. Crumina *G*. Cf. Fest. 53, 7 Crumina sacculi genus; Plautus (inc. frg. 19) “di bene vertant; tene cruminam; inerunt triginta minae”.|| 22 *bis exhibet G*. Calvitio *et* Calbitio m. (*pro* maerore ?) *G*. Vix cf. Cic. Tusc. 3, 62 Stultissimum regem in luctu capillum evellere, quasi calvitio maeror levaretur.|| 23. –us –us –us *R*.|| 24. Calcar *G*. labatur *R*. e duobus *G*. Cf. Fest. 57, 16.|| 25. i. e. classiarios, milites classis.|| 26. Continguum *G*. Ab Ennione vocem hanc Vergilius (Aen. X 456) mutuatus est ?|| 27. Conlocare *R*: Collocare *G*. Vix huc pertinet Coluca– Anth. 17. Cf. Fest. 33, 21.|| 28. obl. sunt *G*.|| 29. decipitur *R*. Cf. Non. 6, 21.|| 30. Cesditum (*p*, *v*) *vel* Cestidum (*l*, *a*) *G*.|| 32. tibim *G*: θίβιν LXX (Exod. 2, 3).|| 33. cf. Fest. 52, 24 (inter glossas Plautinas).|| 34. Cupt– cupi– *G*.|| 35. Cormeos *vel* Corineos *R*: Cormeos (*p*, *v*) *vel* Cormeus (*l*, *a*) *G*.|| 37. hunc *R* uaeios *vel* uarios *vel* naieos *R*: bacios (*p*, *d*, *v*) *vel* bacio (*l*, *a*) G. ||38. cf. Fest. 39, 12 Caesariati comati.|| 40. qua afrorum *R*. scil. carensiis (vel Car–, si similiter iocatus est scriptor atque Plautus in Capt. 160-163).|| 41. Carrenatoribus *G*: Carnatoriis *Anth.* 11 ? q. carcariunt (*vel* –arri–) *G* (q. carriunt *t*). carpiunt *G* (capiunt *t*, *v*: carpunt *d*). divident *G* (–dunt *v*). Thesauro ling. Lat. (Carminatoribus.. q. carriunt) non obsequor. Crede mecum 40 et 41 ad eundem comici nesciocuius versum redire. Cf. 101.|| 42. ad *om*. *R*. religatus *R*: religetur *G*. idem *G*. Cf. Fest. 43, 23, s. v. Clunaclum.|| 43. Cliba *G*: Clivia *Fest.* (56, 20 omnia enim difficilia clivia vocabant).|| 44. Commemoram quoram G.|| 45. –ditas *G*(–ditus *l*, *a*): –ditos *R*. copulatur *G*: copulatos *R* visitatum *G* enubere *Buecheler*: *an* eas nubere ?: *an* inde sumere ? Vix cf. Fest. 35, 26. Confoedusti foedere coniuncti.

tor um ; quoniam enumere (?) coniuges non erat usitatum. 46. Congregatum : consutum (?) 47. Capronas : iubas equorum. (Lucil. 288) 48. Cadula (?) : frust[r]a ex adipe ; cada (?) enim arvina dicitur. 49. Coctum : a Graeco κυκεῶνα [cocina]. 50. Coculis : aereis vasis ad coquendum, vel assulis aridis. (Plaut. frg. incert. LVII) 51. Caespitibus : glebis terrae cum suo gramine ; interdum alio loco ramis significat. (Enn. Ann. ?) 52. Colurnis : ex cornu factis ; nam et colurni qui ex corulo fiunt. (Enn. Ann. ?) 53. Choum : naturam universam ; <a> Chao, id est inani vel vacuo. (Enn. Ann. 545) 54. Comegit : coegit. 55. Cumprimis : imprimis. 56. Cavilla : cavillatio. (Plaut. Aul. 638 –am ?) 57. Capta tempestate : tempore capto, id est sole consulto ; tempestas autem status caeli dicitur. 58. Citarier : celeriter moveri. 59. Colore : corpore vel cute. (Plaut. Rud. 997 ?) 60. Coepere : incipere. (Plaut. Pers. 121 ?) 61. Censio : multa qua citatos, si non <res> ponderant, censor afficiebat. 62. Cum me : sic dicebatur et cum te, quod nunc elegantius dicimus tecum, mecum 63. Cicindela : scarabaeorum genus est ; eo quod gradiens vel volans lucet. 64 Comptula : apte ornata vel decora. 65. Cancros : cancellos. 66. Conmodo : tantum quod, cum maxime. 67. Carisa (–issa ?) : vetus lena percallida ; unde et in mimo fallaces ancillae cata carisia appellabantur. (Lucil. 1129). 68. Concinnatus : factus. (Plaut. Men. 467 –tam ?) 69. Concenturiat : instruit, ordinat ; dictum a centurionibus qui milites ordinant. (Plaut. Trin. 1002 ?) 70. Computet (?) : bene ac diligenter. 71. Conspicillo : ita ut conspici possint, quod aiunt, longis lineis. (Plaut. Cist. 91 ?) 72. Conibis (Coniv<ol>is) : crebro ni<c>tantibus. 73. Centurum : centaurum. 74. Consectariam : pernicialem. 75. Cantilenas : fraudem dolosque. 76. Consultans : cogitans. 77. Culere (Cuiae re) : quare ; unde etiam cur. 78. Cracentes : graciles, tabidos. (Enn. Ann. 505). 79. Controversam ruinam : sine pugna, cum aut non occurrunt hostes ob metum aut absentibus infertur. 80. Conrectaverat : correxerat, contorserat. 81. Crastinam : dilatam ; a crastino id est postea. 82. Caelitus : a caelo, quomodo divinitus a deo. 83. Cataclum : clodorum.

---

46. Congratum consatum *R*.|| 47. cf Fest. 42, 4 ; Non 22,3.|| 48. et ad. *R*.|| 49. Coetum agrum (*pro* a gr, i. e. a Graeco) *G* Cf. Fest. 35, 6.|| 50. aeris vasi a coquendo *R*. Cf. Fest. 34, 24|| 51. Caesp. *om*. *R*. terra *R*. sign. *om*. *R*. al loc., scil. eiusdem scriptoris vel etiam libri. Cf. Fest. 39, 6.|| 52. nam, i. e. hoc dico nam. Cf. Fest. 33, 15.|| 53. Choum *R* : Coum *G* chao *R* : cavo *G*. vel vacuo *G* : vel Chao *R*. Cf. Fest. 34, 28.|| 55. Comprimis *R*.|| 56. Cavillum *Fest*. (40, 18 C. cavillatio, id est inrisio).|| 57. cf. Dub. T7.|| 59. cf. *Journ. Phil.* XXXIV 261.|| 61. quam *G*. citatus *G*. ponderum *R* : pederam *G*. ponderum *R* : pederam *G*. afficiebam G. Cf. Anth. 11.|| 62. dicebant G. mecum *om*. *R*.|| 63. sacraneorum *R*. est eo *om*. *R*. gradiens vel *om*. *R*. Cf. Fest. 37, 17 C. genus muscarum quod noctu lucet ; videlicet a candela.|| 64. cf. Anth. 14 (comt.).|| 65. calcellos R. Cf. Fest. 40, 8. Cf. 84.|| 66. cum ma. praecares (*p, r*) *vel* procanes (*l*, nens *a*) *G* (*pro* precaris ?). 67. lata *R*. procallida G. in mino *G* : immo *R*. carisiae *G*. Carissa *Fest*. (38, 18).|| 69. cf. Non. 11, 16.|| 70. Conpuer *G* : Comptule *Deuerl*. : Compte *malim*. veneat d. *R*. Vix pro b. ac d. putet.|| 71. quid agunt *R*. Cf. Non. 84.5. *An* possit (scil. Selenium) ? *an* possim ?|| 72. Conibus *R*. nutantibus *G*. Conivolis *Fest*. (36, 30).|| 73. centaurum *vel* centarum G.|| 74. permitialem *G*.|| 75. fraudes *R*.|| 78. Creantes gr. (*om*. tab.) *G*. Cf. Fest. 46, 16 Cracentes graciles Ennius « succincti gladiis media regione cracentes ».|| 79. Co. ru. ruina si. *G*. cum non aut *G* : cui aut (*pro* haud ?) *R* (*recte* ?). Co. i. e. quae in controversia est, de qua ambigitur.|| 80. Coniectaverat *R* : Cumrectaverat *G* (–rus *p*).|| 81. Cerast– *G*. in crastino (*pro* –num ?) *G*.|| 82. div. deo (*om*. a) *R*.|| 83. Clataculum *R* (*non Anth*.). Cf. Fest. 39, 10 Catax claudus.

84. Callibus (Calci-) : calculorum primigeni<a> appellatione. 85. Conticinio (–inno ?) : tempore noctis post galli cantum; quod cecinit et conticuit. (Plaut. Asin. 685). 86. Cassae: aerumnae. (?) 87. Catarum : doctarum. 88. Curriculo : cursu veloci. 89. Cassabundo : titubanti. 90. Calorem facies :rubori erit. 91. Caper<r>asse : in rugas[se] contrahi. 92. Conspic[e]or : videor. 93. Cla<m>de (?) : clam vel occulte. 94. Continari congredi vel coire ; unde continentia et continua et coniuncta. 95. Casnari : seni Oscorum lingua. 96. Corporato : vulnerato. 97. Catialem collem : ubi nunc lacus funditur ; est dictus a Catio cuius locum (–cus erat ?). 98. Catillo : gulosus ; a catelli (–illi ?) appetentia. (Lucil. 1176 ?) 99. Consiet (Confiet) : parabitur, condetur (?). 100. Crepero : dubio, incerto ; unde crepusculum. 101. Carinator : maledic[t]us convictor (–fic– ?). 102. Capuli : lecti funerei, aut rogi in modum arcae structi ; est autem capulus masculini generis. (Plaut. Asin. 892) 103. Conducibile[m] : utile, συμφέρον. (Plaut. Trin. 36, etc.). 104. Consulta consilia : placita. (Plaut. Truc. 101). 105. Cluram vel glurum (cl–) : simiam, alias cercopithecum. 106. Cassiculo : reticulo ; <a> cassibus. 107. Conlati<v>us : magnus ; e conlatio<ne> factus. (Plaut. Curc. 231). 108. Caltulum : cinguli genus ; a coacto lore (a colore) caltae dictum. (Plaut. Epid. 231 ?) 109. Catam pueram : doctam puellam ; sic hoc genere dicti usi sunt antiqui. 110. Conivere : oculos claudere, interdum dissi-

---

84. calcalorum *R*. Idem error, callibus pro calcibus, in eo ps–. Placidi codice erat quem adhibuit Isidorus (Etym. 18, 62). Cum 65 coniungit Fest. (40, 9) | 85. quo *G*.|| 86. Casses (*ita v*) aranea *Heraeus*. Sed cf. Thomson (*Amer. Journ. Phil.* XLIII 352).|| 87. Ciarum *R*.|| 88. cf. Fest. 42, 25 Curriculo pro cursim ponebant ; Plautus (inc. frg. 17) « licet » inquit « vos abire curriculo ».|| 89. Crass– *R*. Cf. 13.|| 90. faciens *G*. erit vel exit *R*. Col– *docti* ; sed cf. Claudian. 28. 565 Cui.. calet ore pudor.| 91. Caperassere *vel* Caperasse *vel* Caperare *R*. inrugassere *vel* inrugasse *vel* inrugare *R* : inrogasse *G* (interrogasse *d*). Cf. Non. 13, 25 Caperrare est rugis frontem contrahere, etc.|| 92. Conspicio video *R*. Vid. passive, sicut etiam despicor (Plaut. Cas. 189 et 185).|| 93. Clude *G* : Callim *O. Mueller* (cf. Fest. 41.6).|| 94. coniunctio *G*. co. id est coniuncta *Deuerl*. Cf. Non 133, 23 C. convenire, concurrere : Sisenna Historiarum lib. VI « Marius ostio Liris evehitur adque Aenariam suos continatur ».|| 95. osculorum *G*. Cf. 9 ; Fest. 41, 18 Casnar senex Oscorum lingua.|| 96. cf. Non. 20, 18 Corporare est interficere, etc.|| 97. funditus *G* (–tur *d*). a catio loco *R* : a cantico cuius locum *G* (cuntico *p, t, k* : canticum *a*) Cf. Fest. 39, 27. Cati fons.. dictus quod in agro fuerit cuiusdam Cati.|| 98. cf. Fest. 39, 1 ; 80 2 Fiscellus casei mollis appetitor, ut catillones catillorum ligurritores.|| 99. Conset *R*. considietur *G* : conficietur *docti*.|| 100. dub. aut inc. un. et cr. *G*. Cf. Non 13, 13 Creperum bellum anceps et dubium. Cf. 6.|| 101. Carinator (*l*, Canitor *a*) *vel* carinatur *p*) *G* conviciator *docti*. Hinc (potius quam ex 41) Car<i>natoriis Anth. 11.|| 102. funebres *G*. an (*pro* aut) *G* : vel *R*. pogi *G* (*non v*). arae *R*. instructi *G*. || 105. circofitecum *R* : circopeticum *G*. Cf. Fest. 48, 11 Cluras simias, etc. Cf. Plaut. Truc. 269 " clurinum pecus. ". Sicine intellegendum : in hoc versu cluram (fem. ut simiam), in alio clurum (masc., ut cerc.) ?|| 106. cassibus *om*. *G*. Cf. Fest. 41, 19 Cassiculus (–lum *Paul*.) reticulum a cassibus per deminutionem dictum.|| 107. Conlatus *G*. e (*l, a*) *vel* ex (*v*) (et *p*). collatione *v*. Cf. *Journ. Phil.* XXXIV 262. Cf. Fest. 51, 15 Conlativum ventrem magnum et turgidum, etc. ; 33, 23 Conlativum sacrificium dicitur quod ex conlatione offertur. 108. unguli *G* (cinguli *t, v*). lare *R* : loro *G* (lorum *v* : lore *a*) *Isid*. (Etym. 19. 33. 4). Cf. *Journ. Phil.* XXXIV 256 et 261.|| 109. Catam (*l, a*) *vel* catum (*p*) *G*. puerum ductam *R*. gen., scil. puera fem.

mulare. 111. Circumcirca : huc illuc. (Plaut. Aul. 468 ?) 112. Cabonem : equum castratum ; quem caballum nos dicimus.

Adde ex Ansil. 113-4. Capsit : ceperit. Capso : cepero.

Adde ex Anth. 115 Conruuno 116. Cupedia.

D

1. Damium : sacrificium quod in operto fit, quod Bonae Deae mulieres faciunt. 2. Deportat (–putat) : despoliat, detrahit, sed proprie ad purum redigit ; et ex puro clarum accipiemus, manifestum ex claro. (Ter. Hec. 477 ?) 3. Di aquili : dii inferi ; aquilos antiqui nigros dicebant. 4. Delica[ve]re : deferre ; quod et dedicare dicebant pro commertio (–cio) litterarum. 5. Desudatum : sudore transactum. 6. Demulganti (–cant–) : defringenti, vel sub igni. 7. Disertim : disposite, digeste. 8. Divinum factum : sacrificatum. 9. Domuitem (?) : domum reditum. 10. Depegisse : defixisse ; a pangendo dictum ; vel transegisse a paciscendo. 11. Dracumis (Dacr–) : lacrimis ; ἀπὸ τοῦ δάκρυον (Liv. Andron. ?) 12 Decumano : maximo ; a fructu (fluctu) decimo. (Lucil. 502, 1240). 13. Dismirando : emirando. 14. Derepente : subito. 15. Depelliculari : decipere ; dictum a pelliciendo. (Cato ?) 16. Dice : dicam. (Cato ?) 17. Defresum : detritum ; unde adhuc fresa faba quae obtrita frangitur. 18. Dusmum : incultum, dumosum vel squalidum. (Liv. Andron. trag. 39 ?) 19. Desudescere: desudare, id est deponere sudores (Plaut. Bacch. 66 –ascitur ?). 20. Denixe : enixe. 21. Donicum eiurem: donec refutem. 22. Dividiose : moleste : 23. Demusso : dubito, dissimulo. 24. Deiurium : iusiurandum certum iurare. 25. Dis liquidis : dis perspicuis, id est quos liqueat esse, ut est Sol et Luna. 26. Dius fidius : Iovis filius. 27. Derupsit (di– ?) : dispers<er>it. 28. Delioca (Doliola) : locus depressus prope cloacam

---

112. Cabonum *R*. q. nos cab. *G*. Cf. Isid. Etym. XII 1, 42 Caballus ante cabo dictus ; XII 8, 4.|| 113-4. cf. ad Dub. C 6-7.|| 115. Cf. ad Anth. 12.|| 116. Cf. ad Anth. 15.

D. 1. bene d. *G*. Cf. Anth. 21. Cf. Fest 60, 1 Damium sacrificium quod fiebat in operto in honore Deae Bonae ; dictum a contrarietate, quod minime esset δημόσιον, id est publicum, etc. Cf. 31.|| 2. red. ex pu. cl. acc. ex cl. man. *G*. accipiemus, scil. ego et mater mèa ?|| 3, aquilosi ant. *R*.|| 4. Deligavere *R*, *r*. Cf. Fest. 64, 14 Delicare ponebant pro dedicare : 61 11 Delicata dicebant dis consecrata, quae nunc dedicata ..dedicare autem proprie est dicendo deferre.|| 5. Corrige igitur Thes. ling. Lat. s. v. ‘ legitur transitive inde a Palladio ’.|| 6. subigenti *Mai*.|| 7. Disertum *R* (*pro* Dis. disp. dig. <dicentem> ? : Dissertim *G*. Cf. Fest. 64, 3 Disertim pro diserte dixerunt antiqui ; Non. 509, 20.|| 8. div., i.e. res divina.|| 9. Domuitem *R* : Domitem (*G* tum *r*) : Domuitionem *vel* Domitionem *docti* : *vix* Domuiter *vel* Domuitum. domus *R* : domui *G*. Cf. Non. 136, 1 Domutionem Pacuvius Hermiona (173) " Nam solus Danais hic domutionem dedit ".|| 10. deflexisse *G*. pagendo *R*. velut *G*. 11. *Graeca om. R*. Cf. Fest. 60, 5, Dacrimas pro lacrimas Livius saepe posuit, nimirum quod Graeci appellant δάκρυα.|| 12. -ane *R* : -anu *G*. Cf. Fest. 62, 27. 15. Pelliculationem. Catonis vocabulum, profert Festus (280, 6) 16. cf. Fest. 63, 18 Dice pro dicam antiqui posuere ; 364, 9 Recipie apud Catonem pro recipiam, ut alia eiusmodi complura. 17. Defrensum *G* frensa *G*. Cf. Fest. 65, 22 Defrensam detritam atque detunsam ; Quint. Inst. I 7 23.|| 18. Cf. Fest. 59, 3 ‘ Dusmo (–um ?) in loco (–cum ?) ’ apud Livium significat dumosum locum|| 19. Desuadescere desuadere *G*. sudorem *G*.|| 21. D. evitem *R*.|| 22. molestes *G*. *Vel* –sae –tae.|| 23. Demisso *R*. devito *R*.|| 24. *An post* Dei. *addend*. dicere (compendiose scriptum) ? Cf. *Journ. Phil*. XXXIV 260. 25. liquidos *R*. prespicuis *G* (praecipuis *l*) quod li. *R* : ut li. *G*.|| 26. Dium *R*.|| 27. Der– (*p*, *v*, *d*, *w*) *vel* Disr.– (*l*, *a*) *G*.|| 28. Delioqua *G*. loca *G*. occulto *docti* defenderunt *R*. Cf. Fest. 60, 26.

maximam, ubi appropinquantibus Gallis sacra quaedam Romani loco occulta defoderunt. 29. Demum : tum, deinceps. 30. Deliqu<i>o : oblivio (Plaut. Capt. 626 ?) 31. Damium : Bonae Deae sacrum. 32. Divinum vitium : cum impediunt auspicia actionem. Auspicium, quod quis secutus prospere rem gessisset. 33. Deperis : perdite amas. (Plaut. Cas. 107 *vel* Asin. 527 ?) 34. Decalcatis : de calce ablatis (alb–). 35. Delisit (–issit ?) : deleverit, inquinaverit. (XII Tab. ?) 36. Duet : det. (XII Tab. ?) 37. Disputitum : puduit, rubor<i>-fuit.
Ad deex Anth. 38. ? Diribita.

E

1. Exerimus : proferimus. 2. Eritudo : dominatio. 3. Epicroca : praelucida (perl–). 4. Exanclare : exanimare vel exinanire. (Enn. trag. 134 –clando ?) 5. Eliminavit : extra limen expulit [ut apud Horatium (Ep. I. 5, 25) « sit qui dicta foras eliminet »]. 6. Effafilatus : exerto humero, id est extra fil[i]um manum [id est extra] proferens. (Plaut. Mil. 1180 –to bracchio). 7. Exitam : finitam, exactam. (Plaut. ?) 8. Era : domina. Eritum domin<i>um. 9. Elaboro animi : figurate[t] pro animi laboro. 10. Excetra : multiplex serpens. (Plaut. Cas. 644 ?) 11. En redibeam : redibeam ? quia en anne significat. 12. Epicroculum : pallium tenue meretricium ; dictum a croceo colore. 13. Ergo : causa vel opera. 14. Experientia : experimentorum notitia. 15. Exnuit : innuit. 16. Enumquam : ecquando. 17. Egregius (?) : erectus, evigil. 18. Expergito : velut somno ablato. 19. Exdorsuandum : iudican-

---

29. *An* Demus ? cf. Fest. 61, 21 Demum, quod significat post, apud Livium (Liv. Andr. dub. 44) demus legitur.|| 31. bene *G*. Cf. 1.|| 32. vitium *om*. *R*. qui secutis *G*. rem regisset *G*. Habes, ni fallor, duo scholia ad eundem nesciocuius scriptoris locum adnotata.|| 33. perditur *G*.|| 34. *An* Decalicatis ? Cf. Fest. 66, 14 Decalicatum calce litum. Si ad eundem locum spectant Plac. et Fest., illud Decalicatis neutri est generis.|| 35. Del. delivit inquinavit *R*. Verbi delino partem agnosco || 36. Duet *G*. (Gloss. Ansil. DU 85, sine fontis indiculo) : Ducet *R* : Duit *docti*.|| 37. pudivit *G* robur *R* : rubur (*p*) *vel* rubor (*l*, *t*, *v*). *G*.|| 38. cf. ad Plac. D 24.

E. 2. Erutudo *G* : Heretudo *Anth*. 2. Cf. Fest. 73, 7 Eritudo servitudo.|| 3. Epripica *R* : Epypicra *G*. Cf. Fest. 72, 17.|| 4. examinare *R*. *Vix delend*. ex. vel.|| 5. extulit *G* ut —el *om*. *R*. Quae verba fortasse pars erant glossae Abstrusa Glossarii (= Gloss. Ansil. EL 140. Eliminavit : eiecit, expulit). Cf. *Journ. Phil.* XXXIV 262.|| 6. hum. hoc est G. Cf. Fest. 73, 17. Effafilatum exertum ; quod scilicet omnes exerto brachio sint exfilati, id est extra vestimentum filo contextum. *An* man. id est extra <vestimentum filo contextum> pr. ? Cf. Non. 103, 3 Expapillato brachio, quasi usque ad papillam renudato, Plautus Milite Glorioso " id conexum in umero laevo expapillato brachio " ; Fest. 69, 25 Expapillato brachio, exerto ; quod cum fit, papilla nudatur. Cf. 22.|| 7. Sicut praêteritus, subitus. Cf. Fest. 25, 23 " Ad exitam aetatem " ad ultimam aetatem (Inter glossas Festi Plautinas).|| 8. Eram dominam *G*. Cf. *Journ. Phil.* XXXIV 262. dominium, scil. erae ; nam, ni fallor totum scholium ad versum (Plauti ?) spectat ubi eritum (acc. casu) vel eritium hanc significationem habuit. cf. F 16.|| 9. Elabore *R* anim *G* pro animo *G*.|| 10. serpens *om*. *R*.|| 11. In *R*. redilebam quae n *R*. Hucine redit illud ' redubiare '(i. e. suscipere ?) in *Anth*. 3 ? || 12. Ecrocollum *R*.|| 13. vel aperta *R*. Cf. Fest. 73, 1 ; Non. 107, 11.|| 15. induit *R*.|| 16. cf. Fest. 66, 27 Enumquam ecquando.|| 17-18. *An* Egretus (cf. Fest. 64, 14) er., ev. expergito velut somno (scil. id est) ablato ?|| 19. Exd. indicandea *R* : Exd. nudandum *docti*. *An* Exdorsua dum (imperative) ? Cf. Fest. 69, 28 Exdorsua dorsum confringe, alii exime : Non.

dum. (?) 20. Experitus : non peritus, sed extra peritiam positus ; sicut expers extra partem. 21. Escit : erit. (XII Tab. ?). 22. Exfabillavero : exeruero. 23. Extae : esse (?). 24. Exfebruare : expurgare ; februare enim purgare est. 25. Exinde : tum, deinde. 26. Eccere : ecce ; vel iureiurando per Cererem. 27. Emussitatus : ad amussim exactus. (Plaut. Mil. 632 -ta ?) 28. Ex<h>ippitandum : hiandum, oscitandum. 29. Efflictim : de plorando dictum. (Plaut Poen. 96, etc. ?) 30. Exanclata : exhausta et quasi exangulata, id est per angulos quoque exquisita. 31. Extraneam : abortivam : quia plurimum exercitae (exterritae ?) abiciunt extra. 32. Exlaudat : extra finem laudat. 33. Exhausterantibus : ubertim fluentibus ; veluti exhaurientibus.

F

1. Fautor : consentiens. 2. Fugator : expulsor [artificii subtilitas]. 3. Facili (Fuc-) fallacia : a fuco dicta. 4. Fleminum : vestem (pes-) in qua sanguis ambulando in pedes fluit. 5. Fab<r>i Cora : proverbium in eos qui domesticis alimentis usi aliis laborarent : dictum ab eo quod Capitolium aedificanti Tarquinio fabros ac structores Cor<a>ni cum suo victu miserunt. 6. Forago : nota in textura significans cuiusque diei opus. 7. Favisae specus : fossae quaedam in Capitolio quae in modum cisternarum çavatae ex-

---

17. 29 Exdorsuare dorso nudare Plautus Aulularia (398) " tu Machaerio, congrum, murenam exdorsua quantum potest ". 20. cf. Class. Quart. XXII 111. positus *R* : peritus *G*. 21. cf. Fest. 68, 1 Escit erit. 22. Expavi vero *R* (*non Anth.*, *ut vid.*). Cf. 6. 23. escae *Studemund.*|| 24. Exfigurari *R*. febr. en. pu. *om. R*. Cf. Anth. 25.|| 25. tum *om. R*.|| 26. Eccere eccetilis iurerando parcere *R*. O vitiosum archetypum codicem ! Cf. Fest. 68, 16 Eccere iurisiurandi est, ac si dicatur " per Cererem ", ut ecastor, edepol ; alii eccere pro ecce positum accipiunt. 27. Emulsitatos *R* : Emussitatis *G* (-tus *l*). musim *R* : mussime *G* (-im *l*). exactos *R*. Cf. Fest. 67, 1 Emussitata ad amussim facta. 28. Ex. dicendum osc. *R*. Exipp. *etiam Anth.* 29. dicte *G* : dicere *R*. Cf. Non. 104, 21 Efflictim vehementer Plautus Poenulo " earum hic adulescens alteram efflictim perit ". Pomponius Dotata... Laberius Belonistria, etc. 30. quosque *Kettner*. 31. *bis exhibet G*. exterciae *R* : exercitiae *G* (exerciciae *et* exerticiae *l. a*). Cf. Fest. 69, 12 Exterraneus ex alia terra ; exterraneus quoque dicitur et qui ante tempus natus vel potius eiectus est ; dictus autem exterraneus quod eum mater exterrita alvo eiecit. 32. Exclaudat e. f. claudat *G*. Cf. Fest. 66, 24 Elaudare plus quam nominare. Cf. ad L6.|| 33. *bis exhibet G*. Exhaut- *R* : Exaust- *et* Exast- *G* : *immo* Exaustrantibus. flentibus *R*. exaurientibus (*recte*) *et* exauirentibus *G*.

F. 1. Futor *R*. Cf. Abol. FA 30.|| 2. artificiis. *vel* artificiis s. *G* : artificii *P*. Quid latet ? *An* (1) Fug. exp. (Fucator a fuco) artificiis subtilitate (2) Fug. exp. (Fucus) artificii subtilitas ? *An* art. subtilitate *post* a fuco dicta *in gl. sequenti collocanda sunt* ? 3. Facili *corr.* Falla *R* (ut vid. ex Non. 109, 16 Fallam pro fallaciam Novius Decuma " me non vocabit ; ob eam rem hanc feci fallam "). *Vel* fallaci (interpretationis loco) ? Cf. Fest. 82, 1 Fucilis falsa ; dicta autem quasi fucata. Festi verba monent ne de Ter. Andr. 609 (" servo futili ") cogitemus. 4. vestis *G* (ventis *l. a*). Fleminum (acc. sing., idem quod flemen) noli mutare) in Flemmam (φλεγμόνην). Cf. Fest. 79, 14. 5. Fabri *r* qui ad dom. *G* (quia domesticos *v*). corvi *R ut vid.* : cornu *v*. Cf. Buecheler (Rhein. Mus. 35, 402). Cora abl. sing.|| 6. Far- *R*. cuiuscumque *G*. dei *R*. Cf. Fest. 80, 16. 7. spectus *R*. hom. -dan. cf. *Journ. Phil.* XXXIV 261 ; sed incerta omnia Cf. Fest. 78, 10.

cipiebant dona Iovis siqua vetusta erant [hominum a fruge danda]. 8. Forco(?) : quam nunc Fal[l]iscum appellamus ; nunc culter, alias securis qua pontifices in sacris utuntur [dicta ab eo quod ferianda (ferienda) petat]. 9. Formastro : opere pistorio. 10. Formum : calidum. 11. Friatum : perfractum. 12. Fassitus (?) : solutus sit aut consumptus vel exhaustus a fatiscendo. 13. Ferocientes : ferociam exercentes. (Cato ?) 14. Flaxare (?) : vigilias circumire. 15. Fauniorum modorum : antiquissimorum versuum quibus Fa<u>num celebrantur. 16. Famulatio (–litio) : servitio ; ut eritio (–tium ?), dominatio. 17. Forda : plena ; dicta a praegnante quod proprie significat. 18. Fracebunt : sordebunt, displicebunt : dictum a frat[r]ibus qui sunt stillicidia sterquilini. (Enn. trag. 301 flaccebunt ?) 19. Facinus : omne factum. 20. Favonium odium : leve et sine causa ; velut a vento collectum. 21. Futavit : fuit. (Cato ?) 22. Fulsit : feriit vel percusserit ; fulgere enim ferire est, unde quoque fulmen dictum. (XII Tab. ?) 23. Futtis : vas aquarium perparvi oris. 24. Facetiis : iocis, lusibus, salibus, urbanitate. (Plaut. Mil. 1322 ?) 25. Facul : facile. 26. Ferentarius : leviter armatus sagittis aut fundis. 27. Flixerit : adflixerit. 28. Fratria : fratris uxor. (Afran. Fratria ?) 29. Fortensa (por–) : ostenta ; unde et portendere [vel ostendere]. 30. Fratellis : sordium glomusculis. 31. Flatores : tibicines ; a flando. 32. Flagratoribus : qui se flagris conducti caedunt. 33. Fo[r]mitat : fo[r]mitibus exassulat. 34. Funus et ferias : proverbium morediat (?), quoniam funere publico feriae <in> dicuntur. 35. Fratrarent : turgerent, pubescerent. 36. Fabri<cium> compitum : ubi nunc

---

8. cultra *R*. secularis *R*. quam *G*. dic. –pet *om*. *G*. cf. *Journ. Phil.* XXXIV 262.|| 9. pistrino *R*.|| 9-10. una glossa ?|| 10. cal. fervens *G* (i. e. ‘cali’– non ‘calli–’?|| 11. Feriatum *R*.|| 12. Fassitur *G* : *an* Fatis sit ? : *an* Fatissit ?|| 13. cf. Fest. 81, 22 Ferocit apud Catonem ferociter agit.|| 14. cf. Fest. 81, 4 Fraxare vigiliam circuire. *Vel* Fl. vig. (lemmatis loco).|| 15. Favinorum *R*. qui *G* celebratur *R* : celebrantur (*ex* celebrant) *vel* celebrabantur *G*.|| 16. servitium *R*. Fam, abl. vel dat. casu ; cf. Fest. 77,9 Famuletium dicebatur quod nunc servitium. Cf. E 2 et 8.|| 18. qui (*p*) *vel* quae (*l*) *G*. Frace *etiam Anth*. Cf. Fest. 80, 14-15 Fratilli villi sordidi in tapetis. Fracebunt displicebunt. Cf. 30.||19. Cf. Non. 309, 28 sq. Facinus factum... Facinus rursum scelus, etc.|| 20. Collecto *R*. Cf. Buecheler (Rhein. Mus. XXXV 404).|| 21. cf. 37. Cf. Fest. 79,5 Futare.. Cato hoc pro saepius fuisse posuit.|| 22. periit vel percussit *R* (*non P*). fulgère (3 coniung.) Cf. Fest. 82, 13 Fulgere prisci pro ferire dicebant, unde fulgus dictum est (antecedit Fulmen). 23. Fuctis *R* : Fruitis (in FU –capitulo ; pro Fuitis) *G* : *P non leg.* aquarum *GP*. operis *R* : oribus *G*. Quo iure audeat Thesaurus ling. Lat. hanc glossam ad Serv. Aen. XI 339 revocare non intellego.|| 24. Facetus *R*. urbanitatem *R*.|| 25. facile (adverb.) Cf. Fest. 77,6 ; Non. 111, 21.|| 26. cf. Fest. 75, 14. An –rios.. –tos ? Confer Non. 554, 23 ferentarii levis armatura... Cato de Re Militari (6) ‘inde partem equitatus atque ferentarios praedatum misit’. An haec potius ad Plaut. Trin. 456 (‘–um amicum’) adnotata erant ?|| 27. Flaxerit *G*. Cf. Non. 110, 32.|| 28. uxoris *R*. Cf. Fest. 80, 8 Fratria uxor fratris.|| 29. Frontesia, *R* (quod tuetur Buecheler, Rhein. Mus. XXXIX 408). vel ost. *om*. *G*.|| 30. Flat.– *R* : Fratilli *Fest*. (80, 14) Cf. ad. 18.|| 31. cf. Fest. 79, 13 Flator tibicen.|| 32. –tores *R*. conducit *G* (–cunt *l*.). Cf. Fest. 79, 9 Flagratores dicebantur genus hominum quod mercede flagris caedebantur.|| 33. fortibus *G*. Cf. Laistner (Class. Quart. XVI 105).|| 34. est mo. *R* : morte dicit *PG* : est de morte dictum *docti* : *an* Romae dictum ? dicuntur *RP* : dicantur (*p*) *vel* dicebantur (*l a*) *G* (dicuntur *d*).|| 35. cf. Fest. 80, 21.|| 36. captivus *R* : –vos (*p*) *vel* –vus (*l*) *G*. ducta est *G*. Cf. Buecheler (Fleck Annal. 1872, p. 567).

lacus ; ubi ob captivos de hostibus recuperatos domus Fabricia (–o ?) data est. 37. Futavere : fuere. (Cato ?) 38. Frugem fecisti : pro bene fecisti ; unde quidem frugi <a fruge danda>. 39. Facesse : fac, interdum <recede>. (Pacuv. Teucr. 342 ?) 40. Fugitivae aquae : quae fluunt ex vivo publico neque deprehenduntur ; unde fugitiva dicta sunt quae furtim quis ac non suo iure uteretur. 41. Flexuntas : equitis quoddam genus : ab ornamento equi quod flexum vocant. (Enn. Ann. ?) 42. F[r]estram : fenesram. (Enn. inc. 29 ?) 43. Fartori : nomenclatori. 44. Fretame<n>ta : crumata (χρούματα) vel modulos[a]. 45. Flatare : augere vel amplum facere.

Adde ex Ansil. 46. Fac<i>e : faciam ; vel (ut) <dice> dicam. 47. Fellibrem : adhuc lectum (lacte) viventem.

G

1. Genuinorum dentium : proprie ultimorum. 2. Gutturneo : gutto. 3. Gallus pullus : gallinacius. 4. Gnaruris : gnarus, sciens. (Plaut. Most 100 et Poen. 47 acc. pl. ?) 5. Gallicola : cortice nucis iuglandis viridi ; per quem corpus humanum intelligi vult. (Lucil. 1184). 6. Gravascella (–stella) : graves (–vis), id est anni<s>. 7. Gramis : gremis (gle–) ; quae sunt pituitae oculorum. 8. Gerras : nugas ineptiasque. 9. Gorgo : adverbialis interpositio ; ut porro, prorsus, nimirum. 10. Gnaricationum (–ga–) : sermonum, conloqui. (Liv. Andron. ?) 11. <Grallis> : perticis ad quas cruribus colligatis ambulantes gravatores (grallatores) dicuntur. 12. Gerro : nugator ; dictus a gerris. 13. Genis[et] : ea parte vultus quae inter malas et auriculas est :

---

37. Futare *G* (*non P*). Cf. 21. ‖ 38. pro bene *G* : probe *R* (*recte* ?). quidam *G*. a fr. da. *ex* 7 (Praecesserat in archetypo, ni fallor, Favisae Specus) : fat interdum (ex sequenti glossa) *G*. ‖ 39. Facesse *om. G*. (cf. ad 38). rec. *add. Goetz*. Cf. Fest. 77, 3 Facessere, etc. *An* Facessere facere int. recedere int. ? ‖ 40. pluunt *R* : *P n. l.* deprehenderentur *GP*. ‖ 41. Fluxuas *R* : Fleuas *G* (–uos *l*). equitis *etiam G* (–tis *ex* –tus *p*). quodam *G* (quidam *l*). fluxum *R*. ‖ 42. cf. Fest. 80, 27 Festram antiqui dicebant quam nos fenestram : Macrob. III 12,8. Trisyllabicae formae ante finem Reipublicae indicia certa non invenio. 43. Fostori *R*. Cf. Fest. 78, 27. ‖ 44. moeta *R* (*non P*). vel *del. docti*. mod. subtilitas *P*. Cf. Thes. ling. Lat. s. v. Fritamentum. ‖ 46. cf. ad Dub. F 1. ‖ 47. cf. ad Dub. F4. Cf. Anth. 26. *Vix* bibentem.

G. 1. denuntiorum *G* (denuntiatorum *l* : denuntiatiorum *a*) : denuntium *P*. uilti morum (*l*, *a*) *vel* ueltimorum (*p*) *vel* ultimorum (*d*) *G* : vel timoris *P*. Cf. Fest. 83, 28. ‖ 2. Gurturneo guto *G*. Gutt. dat. abl. casu. nio *Fest*. (87, 28 ; 44, 12). ‖ 4. insciens *G* (*non P*.). Cf. Gloss. Philox GN 11 (ex Festo ?) Gnarurem : γνώριμον. ‖ 5. -ciola *RP* : -cola (*p*) *vel* -cula (*l*) *G* : Culliola *Fest*. (44,4) : Gullioca *Fest*. (87, 27). ‖ 6. Gravascela *R* : Gravescella *GP*. idus *GP*. *vix* anus. Cf. Fest. 85, 23. Gravastellus senior Plautus (Epidic. 620) ' qui est gravastellus qui advenit ? ' ; ut puto, gravastellus a gravitate dictus ' ; 338, 10 (s. v. Ravi) Quod genus hominum Plautus appellat ravistellos ' sed quis haec est mulier et ille ravistellus qui venit ? '. ‖ 7. i. e. Gramiis ? Cf. Fest. 85, 26 Gramiae.. quas alii glamas vocant ; Non 119 Gramiae pituitae oculorum, etc. Cf. Heraeus (Woch. klass. Phil. XXXIV 704). ‖ 8. neptiasque *G* (*non P*). Cf. Anth. 4. Cf. Fest. 83, 11 ; Non. 118 Gerrae nugae ineptiae, etc. Cf. 12. ‖ 9. Gorgos *R* (*non P*) : Corgo *Fest*. (33, 11). aut *G*. ‖ 10. *ita P* : Gnaricantionum *R* : Gnarificationum *G*. –quii *P*. Cf. Fest. 85, 1 Gnarigavit apud Livium significat narravit, gnarivisse narrasse. ‖ 11. cum 10 conflant codd. (*RGP*). parcitis *R*. Cf. Fest. 86, 23 ; Non. 115, 18. ‖ 12. cf. 8. Cf. Fest. 35, 15 Cerrones leves et inepti a cratibus dicti... quas Graeci γέρρας appellant. ‖ 13. *bis exhibet G*. Gene ea p. *P* : Geniset (–isset *p*) ea p *et* Genas ea p. *G*. tenet *R* (*non P*).

ideo genae dictae eo quod infans in utero caput inclinatum inter genua teneat. 14. Gnoscet : sentiet, experietur. 15. Gnoritur (Gnar–) : cognitum sive compertum est. (Liv. Andron. ?) 16. Glomerum (Galerum) : palleum (pi–) pastoralem.

H

1. Hilum : quicquam (Lucil. 1021 ?) 2. [H]emdem (?) : aeque, similiter. 3. Habitudine : habitu. 4. Hasenam : harenam ; ut asas quas nos aras, et Lases quos nos Lares dicimus. (Carm. Sal. ?) 5. Hiare : aperire (–ri ?) vel videre. (Plaut. Merc. 183 ?) 6. Hinnire : stridere. 7. Hariolatus est : divinavit, coniectavit. 8. Hastina : t<h>eca, vastuca (fest– ?). (?) 9. Hispido : truci, horrido. 10. Herbidis : herbae colore, id est luridis. (Plaut. Curc. 231 herbeis ?) 11. Habitior : plenioris habitus. (Plaut. Epid. 10) 12. Herediolum : possessiunculam. 13. Hiras : intima intestina ; quorum nunc diminutio <h>illae dicuntur. 14. Hostita : aequata, lenita. 15. Habeo : habito ; quod nunc frequentative tantum dicitur ; « qui hic habet » pro habitat. (Plaut. Cas. 749 ; Curc. 44 ?) 16. Hellui (–uci ?) : crapula veter[a]ni ; unde helluones dicuntur. 17. Herbam dedit. hoc (mos) enim contendentibus erat vulsam herbam <si> qui vinceretur porrigendi ut nunc dicitur. (Plaut. Ps. inc. 28). 18. Horno : <hoc> anno. 19. Hirudo : sanguisuga. *Adde ex Ansil.* 20. Horitandum : <h>ortandum (?).

I

1. Ingruit : imminet, impendet ; ut tempestas, ruinae vel hostis. 2. In flustris : in

---

14. Gn. sciet exp.*P*.|| 15 sibi *R* (*non P*). Gnaritur Gloss. Philox GN 15 (ex Fest. ?) Gnaritur : γνωρίζεται Cf. ad 10.|| 16. Glomerum *RP* : Galerum *G* (= Gloss. Ansil. GA 46 ; corr., ni fallor, ex Gloss. Abol. GA 6 Galerum : palleum pastoralem de iunco factum). pallium *RP*. pastorale *G*..

H. 1. Cf. Non 121, 2 Hilum breve quoddam Lucilius lib. XXX " quod tua tu laudes, culpes, non proficis hilum " ; Fest. 90, 7.|| 2. Hendem *GP*.|| 3. habiti *P*. Cf. Fest. 90, 23 Habitudo habitus corporum.|| 4. aut asas quas *G* : ut has as quas *P* : ut has aquas *R*. aras et lasas dicimus (*cett. om.*) *P*. Cf. Varr. L. L. VII 26 ut in carmine Saliari sunt haec... (lacuna).. meliosem meliorem, asenam arenam, ianitos ianitor.|| 5. vel vid. *om. R*. (*non P, ut vid.*). Cf. Non 318, 30 Hiare est aperiri.. Hiare mirari, stupere, etc.|| 6. Hinnere *G* (*non P*).|| 8. *deest in P*. vastaca *R*. Cf. Gloss. Philox. HA 39 (ex Festo ?) Hastina : δόρυ,, ἀκόντιον.|| 9. Hincine Anth. 8 (hispiditatis) ?|| 10. Herbidus *GR* : –dis *P*. viridis *R* : luridus *G*.|| 11. cf. Fest. 90, 27 Habitior pinguior.|| 12. Cf. Fest. 89, 1 Heredi<ol>um praedium parvulum ; Non. 61, 10. || 13. Heras *R*. nunc *om. R* (*non P*). Cf. Fest. 90, 3 Hira quae deminutive dicitur hilla.. intestinum est quod ieiunum vocant. Sed Non. 122, 5 Hillas intestina veteres esse dixerunt. || 14. Hostia *P*. lanita *G* (la. planata *v*). Cf. Fest. 334, 14 Hostire pro aequare posuerunt ; 416, 5 Hostire ponebatur pro aequare ; Serv. Aen. II 156 Hostia dicta quod di per illam hostiantur, id est aequi et propitii reddantur.|| 15. tantum *om. R*. frequentatrie *G* (–tarie *a*). hic *om. GP*. Cf. Non. 318, 38.|| 16. *deest in P*. veteram (*l*) *vel* –rem (*v*) *vel* –ra (*p*) *G*. Cf. Fest. 66, 18 Eluerum.. halonen (helluonem), id est hesterno vino languentem ; 89, 12 Helucus, etc.|| 17. vuls. –dic. *om. P*. qui *om. G*. aut (*pro* haud ?) nunc *G*. Cf. Fest. 88, 10 Herbam do cum ait Plautus, etc. ; Non. 317, 14.|| 18. alno *G* (*non P*). Cf. Non. 174, 7 Hornum ipsius anni Lucilius lib. XXVIII " utrum anno an horno tete abstuleris a viro ".|| 19. –undo –gia *GP*. Cf. Gloss. Abol. HE 11 Hirudo sanguisuga.|| 20. Immo Opitandum optandum (Cf. ad Dub. H7), quod declarat Anth. 15 (non exippitandum sed oppitandum).

I. 1. ru. vel ho. *om. R*.|| 2. porta *R*. Cf. Fest. 79, 11.

portu (!) (Naev. carm. frg. 51). 3. Impilasti (–oil –?) : convicio` conscidisti ; interdum castigasti. 4. Impulsas : impositas ; unde hodie quoque impulsari fascem dicimus quod magis imponi decentius dicitur. 5. Interibi : interea vel interim. 6. Ibus : his, illis, Plautus in Milite Glorioso (74) « ibus stipendia dinumerem ». (Titin. 59 ?) 7. Iuxta oppidum : prope carceres. (Naev. ?) 8. In ridiculo : in risu, in cachinno. (Plaut. Cas. 877 ?) 9. Idace (Antidhac ?) : antehac. 10. Investem : impuberem, sine barba. 11. Instragula : stragula ; ab sternendo. 12. Ingratis : sine voluntate, nolentia. 13. Infuit (?) : dictum ab eo quod praeteritum tempus significetur. 14. Iuvencam : iuvenem puellam. 15. Iugi Iunoni : a qua Vicus Iugarius ; ara <i>bi sita est. 16. Infelicare : infelicem facere, affligere. (Plaut. Cas. 247 –cent ?). 17. Involant : invadunt, arripiunt. (Plaut. Amph. 245 ?) 18. Iterant : dicunt, indicant. (Plaut. Trin. 832 ?) 19. Inciente : innitente (er i-) pariente ; a ciendo et invocando proximos quo<s>que auxiliatores. 20. Inluvie : incuria, sordibus. (Lucil. 600 ?) 21. Inclamitari : convicium pati ; interdum corripi est. (Plaut. Epid. 711 –tor ?) 22. Igitur : tum, deinde. (Plaut. Amph. 209 ?) 23. Ingluviem : Cornutus ventrem, Plinius edacitatem. 24. In mundo : in expedito ; vel ad manum, <in> procincto (–u). 25. Iaculabor (Cac–) : serviam ; dictum a caculis qui sunt militares. 26. Interfic<i>to (–fato ?) : interrumpe. 27. Impatibile : quod quis pati non potest. 28. Inmoene : improbum, culpandum ; vel interdum munere liberatum. (Plaut. Trin. 24). 29. Iecore : iecinore. (Pac. 84 ?) 30. In fermentost : iter (id est ?) infermentari<a> est id est tacita dissimu-

3. Inpilati con. proscedisti *G*. Cf. Non 124, 36 Incilare est increpare vel inprobare, etc.|| 4. dec. dic. *R* : dec. est *G*. Cf. Roensch (Coll. Phil. p. 163).|| 5. Cf. Gloss. Abol. IN 202 Interibi pro interea.|| 6. Ibulsis id est illis R.Plaut. –din. *om. R*. mitte *G* (*non P*). stirpendia *G* (*P n. l.*). Cf. Non 486, 11 Ibus pro his, etc.|| 7. Cf. Varr. L. L. V 153. In circo primum unde mittuntur equi nunc dicuntur carceres ; Naevius oppidum appellat ; Fest. 201, 7. | 9. Idace *G* : Idache *P* : Iudace *R*. antebat *R*. Ad Plaut. Pseud. 16 " tu me antidhac " audent referre docti.| 10. impubem *R*. Cf. Non. 45, 23 Investes dicuntur inpuberes, etc. ; Fest. 506, 2.| 12. i. e. –tiis (cf. ad A 32). nol. *om. R*. | 13. Infudit *G*. praeter tem. significet *R*. *An* Fuit (ut Verg. Aen. II 325) ? *An* Insuit ? Ad Plaut. Rud. 1359 revocat Fleckeisen.| 14. Anticipaverat poeta nescioqui Hor. Carm. II 5, 6. –nca *G*.|| 15. ungarius *R*. Cf. Fest. 92, 29 Iugarius Vicus dictus Romae quia ibi fuerat ara Iunonis Iugae, etc.|| 16. infligere *R*. 17. Cf. Non. 128, 17. Involare inruere... invadere Plautus Amphitryone ' cum clamore involant impetu alacri '. Cf. *Journ. Phil* XXXIV 259. | 20. sordibus (*p*) *vel* sordidus (*l*) *G*. Cf. Non. 125, 27 Inluvies sordes.. Lucilius lib. XXVI " hic cruciatur fame, frigore, inluvie, inbalnitie, imperfund<it>ie, incuria " | 22. dum *R*. Cf. Non. 128, 14 Igitur positum pro postea Plautus Amphitryone.. " sese igitur summa vi virisque eorum oppugnassere oppidum " ; Fest. 93, 8. Vix Anth. 12. 23. ventre *G*. edacitate *G*. Corn. (scil. ad Verg. Geo. III 431 " hic piscibus atram improbus ingluviem ranisque loquacibus explet "). Plin. (scil. in libris Dubii Sermonis). Cf. Fest. 99, 21 Ingluvies a gula dicta. Ad scriptorem longe Vergilio antiquiorem hanc glossam revoco. | 24. in expeditu *G* : expedito (*sine* in) *R*. Cf. Fest. 97, 2 ; Charis. (i. e. Julius Romanus) 201, 10 In mundo pro palam et in expedito ac cito Plautus in Pseudulo (500) ' quia sciebat pistrinum in mundo fore', etc. | 25. Iani labor *R*. a iaculis *RP* : calculis (*sine* a) *G*. 26. cf. ad Dub. I 18.|| 28. mune liberati *G*. Cf. Fest. 97, 28 Immunis vacans munere, aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum " inmune est facinus ".|| 29. iocinore *R non P*.| 30. –tost (*r*) *vel* –to est (*p*, *l*) *G* : -to est *R*. est id est *G* : id est R. taciter *R* : tacita (*p*, *l*) *vel* taci (*r*) *G*. dissimulater

late intra se fervet. (Plaut. Cas. 325). 31. Imploratis : invocatis. 32. Indu te : erga te ; vel ante (!) te. 33. Iurgio.: incursatione (–cus– ?) 34. Interstat : interest. 35. Iuge : sine defectione perenne ac perpetuo fluens. 36. Iudicatus : iudicio addictus damnatusque. (Plaut. Men. 97 ?) 37. Infrequens ; absens, alienus ; dictus a militum ignominia qui cum vocati non adfuissent, infrequentes notabantur. (Plaut. Truc. 230 –nte ?) 38. Infinidis (?) ingens obitus (?). 39. Insequis : narras, refers ; et interdum pergis. 40. Infurvas : infuscas, offundis. 41. Immerito : non merito. 42 Insortem : infelicitatem (?). 43. Instabor (?) : instar vel similitudo. 44. Istamcine : istam ergo. 45. Iactatus (lact– ?) : inductus, captus. 46. Inipitus : implicitus vel inretitus. 47. Intercus : hydrops. 40. Impotens : impos vel sine potentia ; interdum praepotens.

L

1. Ludibrio : ludicro spectaculo. 2. Lemorum : larvarum. 3. Lupam : meretricem ; a rapacitate vel a libidine eius animalis ; unde et lupanar dicitur. (Nov. 7 ?) 4. Lepidula : festiva. (? Plaut. Rud. 419 lepida *P* : *A non leg.*) 5. Ludibunda : adulescens (?) (Pall. inc. inc. 34 ?) 6. Laudare : nominare vel referre. (Plaut. Capt. 426 ?) 7. Litum os : patientiam calcatam, vel crudelitatem (credul–) inrisam. (Plaut. Capt. 783 subl. ?) 8. Lorarius : tortor. (Plaut. Capt. ?) 9. Latrinis : locis quibus lavari solebant sordida. 10. Lustris : locis abditis in quae potandi libidinumque causa secedebant. 11. Longinquius : longius, ulterius. 12. Lacessam : vocabo. 13. Lucide : palam. 14. Lues : solves. 15. Larunda : quam quidam <Ma>niam dicunt. 16. Limasses

---

R : dissimulata te (*pro* –ta *corr.* –te) *G*. intraserunt *R* : mutransierunt (*p*) *vel* mustranserunt (*l*) *vel* mamtransierunt (*v*) *G*. Locum desperatum dubitanter correxi. Ex Plac. T9 fort. addend. <Turget : tumet irascitur inflatur>.|| 31. Inrogatis (–tus *l*) *G* Cf. Fest. 96,23 Implorare inclamare, ad auxilium invocare.|| 32. vel in te *docti*.|| 35. per N aut perp. *G*. perpetuum (*om.* fluens) *R*.|| 37. a *om*. *R*. qui convocati *G*. Cf. Fest. 100, 1.|| 38. Infindis ing. oblitus *R*. Quid latet ? An Infinis : ing., orbitus ? | 39. narrans referens *G* (*non v*).|| 40. Inf. insulas off. *R*.|| 41. Spectatne ad Plautinam vocem ' immerito meo ' (Asin. 608, etc.) ? An 41-42 una glossa ? || 42. Infortem infelicem *G*. Utinam testem *P* haberemus.|| 43. Confert Fest. 98, 29 (' Instaurari ab instar dictum ' etc.) O. Mueller. Vix cf. Anth. 2. Cf. Dub. I 16 ? || 45. Iact– *etiam P*.|| 46. cum 45. coniung. *G*. Impitus *RG* (*non Anth.*) 47. Intercius *G*, idrops *G* : rops (*pro* id, i. e. id est compendiose script., rops) *R* Cf. Non 37, 1 Aqua Intercus hydropum morbus, etc.

L. 1. Ludicro (*vel* –crum) spectaculum. Ludibrio (*nova glossa*) *R* : Ludicro ludibrio expectaculo *GP*. Spectat, ni fallor, ad vocem ' ludibrio habere ' (v. g. Plaut. Epid. 666).|| 3. huius *R*. lupa (*om.* dic.) *GP*. Cf. *Journ. Phil.* XXXIV 260.|| 4. conflat. cum 3 *GP* (sed etiam alio loco separatim apparet in P).|| 5. *vix* adulans.|| 6. *deest in G* (*non P.*) Cf. Non. 135, 12 Laudare etiam significat nominare... Plautus Captivis ' id ut scias, Iovem supremum testem laudo, Hegio ' ; Fest. 105,9. Laudare apud antiquos ponebatur pro nominare ; 66, 24 Elaudare plus quam nominare. Pertinetne ad E 32 ?|| 7. *deest in P*. inritum *R*. L. o. in (*pro* id est) patientia calcata vel crudelitate irrisa *B*. | 9. so. la. *R*. –are *P*.|| 9-10. una glossa, vel saltem ad eundem locum revocand. ? | 10. in quibus po. libidinandique *GP* Cf. Fest. 107, 13 Qui in locis abditis et sordidis ventri et desidiae operam dant dicuntur in lustris vitam agere.|| 11. *deest in P*.|| 12. *an* provocabo ? | 14. Cf. Serv. auct. Aen. XI 842 Luere enim [debere] dicitur qui pecuniam solvit. | 15. Larundam *R*. nimiam *ex* nimam *P* : Lamiam *Papias*. Cf. Gloss. Philox. LA 66 (ex Festo ?) Larunda : δαιμόνων μήτηρ. Cf. Fest. 114, 21 Mania est eorum avia materve.|| 16. –es –es *etiam P*.

(–is ?) : conlocasses. (Caecil. 139 ?) 17. Latro : satelles ; dictus a lateris custodia. 18. Livitus : sine praepositione oblitus, immemor. 19. Laterna Punica : a pellibus quas[i] ab unculis regularum adluxas extendunt. (Plaut. Aul. 566) 20. Libassius : Liber pater. 21. Lutulentassit : lutulentum fecerit. 22. Lucuns : nominativus glosse[i]maticos (γλωσσηματικῶς) lucunti.

M

1. Manticulatio : fallacia vel lenocinium. 2. Murgiso[n] : irrisor, lusor. 3. Massio (Maesio) : malo (Maio). (Atellan.) 4. Manticulam : viatoriam peram. 5. Manifestarium : nocentem vel noxium. (Plaut. Trin. 895 ?) 6. Mulcantem aerumnas : misere viventem : aerumna miseria est. (trag. ign. ?) 7. Magmentum : ali pinguissimum exterum (–orum), alii secunda prosecta ; Cornutus ' quidquid mactatur ', id est quidquid dis tatur (da–). 8. Maliellem (Mavellem) : magis vellem ; interdum mallem. 9. Multi facere : magnificare. (Cato ?) 10. Moenicare : communicare ; dictum a moenis, id est operibus. 11. Multitiae (–lticiae) : quibus pro individuo fingitur. 12. Manas (?) : malas, maxillas. 13. Moragis (–ois) : nucibus longis. (Titinius incerta fab. XIX) 16. Massucum : edacem. 15. Murrinam : vinum murra conditum. (Plaut. Ps. 741 ; Ach. II ; inc XXIV) 16. Mulleos : calciamenti genus ; a colore mullorum. (Cato Orig. 7 ?) 17. Marspiter : Mars pater. 18. Mentor : inventor. 19 Mu : adhuc in consuetudine est ; unde mugire dicimus.

---

17. stellis *P*. Cf. Fest. 105, 27 ; Varr. L. L. VII 52. In Cornicula ' qui regi latrocinatus decem annos Demetrio ' ; latrones dicti ab latere, etc.|| 18. *deest in P*. Liv. *om. R*. Cf. Cassiod. Orthogr. 206, 1 Obliviscor... scilicet huius simplex latet in antiquis monumentis ; livisci enim est et livitus, quod nos hodie per elisionem oblitus.' 19. unculis *RG* (–calis *r*) : ungulis (*pro* angulis ?) *P*. et gularum *R*. extendent *RP* : ostendunt *G*. || 20. –ss– *codd*. (*RGP*). Vix cf. Fest. 108, 5 Loebesum.. antiqui dicebant liberum, etc. || 21. *deest in P*. –tussit *G*. Lutulentasset lut. fecisset *R*.|| 22. *deest in P*. Luncuns *R*. lucuit (*p, l, k*) *vel* lucuns (*t, r*) *G*. *Vix* Luc. nom., genitivus lucuntis.

M. 1. lenotisia *R* (*non P*). Cf. Fest. 118, 5. || 2. Murgissor *R* (*non P*) : Murgisso n)– *Anth*. (Cf. Fest. 131, 4 Murgisonem dicebant, etc. Cf. Gloss. Abstr. MU 27 Murgiso sed Ansil. MU 13 Mugissor ; MU 275 Murcisso ; MU 286 Murgison). || 3. Masio *P*. mallo *GP*. Cf. Fest. 121, 4 Maesius lingua Osca mensis Maius. Crede mecum in haec verba versum desiisse ' mense Maesio '. || 4. victo- *P* : victo– (*p*) *vel* viato– (*l*) *G*. Cf. Fest. 118, 3. || 6. est mis. *R* (*non P*). || 7. -ntem *R* ali *GP* (cf. ad A 32) : alii *R*. excere *R* distratur *G* (distraitur *t* ; distrahitur *r*) distraitur (*pro* distrahitur) *P* (*recte* ?) 8. Mallie *R* : Malie– (*l, t, r*) *vel* Mollie– (*p*) *G* : Malie- *P*. || 9. Multo fa. magni facere *R* : Mu. faceret magnificaret *P* (*recte* ?). Cf. Fest. 140, 12. Multi facere antiqui dicebant sicut magni facere.. Cato, etc. 10. Men– men *R*. (*non P*). i. e. –niis (cf. ad A 32). || 11. Multi e quibus *R*. pro viduo *R* : providi video *G* (pr. videor *a*) : pro dividuo *P*. fi. *P* : fi. (*cum glossa marginali* fungitur) *R* : fungior *G*. || 12. *ita etiam P*. Mandibulas *Goet*. : *an* Mannas (a mandendo) *vel* Mandas ? || 13. *ita etiam P*. i. e. –ciis (cf. ad A 32). (Cf. Fest. 123, 5 Moracias nuces Titinius duras esse ait. unde fit diminutive moracillum.|| 14. Masumcum *R* : Massuccum *G* : Massucum *P* : Masucium *Fest*. (125, 1 ' M. ed. a mandendo scilicet '). || 15. Murrinum vi. *RP* : Murrinam unum *G*. (Cf. Fest. 131, 1 ; Non 551, 7.|| 16. Mulleo scaltium mentigerum a co. albo *R*. *deest in P*. Cf Fest. 128, 3 Mulleos genus calceorum aiunt esse.. M. Cato Originum lib. VII ' qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos ', etc. 17. *ita etiam P*. 18. iubentor *P*. cf. Anth. 24. Pro ' commentor ', sicut (Fest. 109, 25) Miniscitur pro reminiscitur. || 19. in *om. RP*

20. Mina : co<n>tumaciae vox. 21. Meriorem (Mirionem) : turpem ; veluti miriorem propter fœditatem. 22. Macere : macie infestare (–ri). (Plaut. Aul. 564 –cet ?) 23. Molocrum : morbum quem Graeci milon (μύλον) dicunt. 24. Male consultum habeat : male consulat et male cogitet. 25. Munificare : muneribus ornare. 26. Manducum : ligneam hominis figuram ingentem quae solet Circensibus malas movere quasi manducando. *Adde exAnsil.* : 27. Mentis : genitivum casum pro nominativo posuit ; debuit enim dicere mens. (Enn. var. 51).

N

1. Nautea : aqua corii foetida in qua corium maceratur. (Plaut. Curc. 99 vel Cas. 1018). 2. Namfurae (?) : quod medici nap<h>t<h>am vocant. 3. Numero : prope<re>, velociter. 4. Nartheterem (Ar– ?) : aruspicem Tuscum. 5. Non quitum : non impetratum. 6. Nesciate (?) : inquirite. 7. Nageum (Noeg–) : : [nugium] pallium tenue. (Liv. Andr. Odyss. 21-eo). 8. Narria (narita) : piscis. (Plaut. frg. inc. 33 –tam) 9. Nefrendem : infantem nondum dentatum qui frendere cibum non queat, id est frangere. (Liv. Andr. trag. 38 non frendem ?) 10. Noxit : noxia sit vel noceat. (Lucil. 1195). 11. Numellatus : numella ligatus, id est vinculo quo quadrupedes alligantur. 12. Nasiterna : vas aquarium. 13. Nepos : luxuriosus. 14. Neniam : finem ; alias carmen mortuorum. (Plaut. Truc. 213 ?) 15. Nec ciccum : nihil. (com. ign. ?) 16. Nullationem (?) : mutationem. *Adde ex Ansil.* : 17. Neminis : nullius.

(–dini *P*). est mide mug. *R* : est unde et mug. *G*. Interiectionem Afrorum propriam fuisse docet Plaut. frg. 44 " Quis tu es qui ducis me ? Mu ! Perii hercle ! Afer est ". || 20. Minia *P* || 21. *deest in P*. velti *G*. Cf. Varr. L. L. VII 64. || 22. vix Macère (unde mactus). Macie *R*, maciei *R* : macere *P*. Cf. Non. 509,9 Macet Plautus in Aulularia " quia ossa ac pellis totust ; ita <cura> macet ". || 23. Mol. mox quem *R* (*non P*). milion (*p, c*) *vel* molion (*l, v*) *G*. Cf. Fest. 124,4 Molucrum.. tumor ventris.. cuius meminit Afranius in Virgine (336).. " molucrum vocatur, transit sine doloribus ". || 24. Maleam sultimi *R*. abet *P* : *an* abeat ? cogitat *G*. | 25. honorare *G* : honerare *P*. || 26. Mandicum *G*. mala sumovere *P*. manducandum *R* : manducare *P*. Cf. Fest. 115, 20 ; Varr. L. L. VII 95. || 27. cf. ad Dub. M7.

N. 1. corium *GP* : *an* coriari ? coria macerantur *GP* (*recte* ?) Cf. Fest. 164 4 Nauteam.. qua coriari utuntur.. Plautus Curculione.. et in Casina, etc. ; Non. 8, 5 Nautea est aqua de coriis. Plautus Curculione, etc. || 2. *deest. in P*. Nanf– *R*. || 3. *ita etiam P*. Cf. Fest. 172, 17 ; Non. 352, 16. || 4. cum 3 conflat. in *R* (et in archetypo ?) Artheratherem *R* : Namterteherem *P*. auspice *G*. Cf. *Journ. Phil.* XXXIV 256. || 5. *deest in G* (*non P*). || 6. Nesdate *R* (*non P*) : Noscitate *docti*. || 7. nugium pa. *G* : tullium pa. *P* : nigrum pa. *R*. tenuem *GP* Cf. Fest. 182, 18. || 8. *Ita etiam P*.. Graece νηρίτης. Cf. Fest. 166, 25 Narita est genus piscis minuti ; Plautus ' muriaticam autem video in vasis stagneis, naricam bonam ', etc. | 9. Nefredem *R* nudum *R*. fredere *P*. numque dd id est *R*. Cf. Fest. 156, 26. || 10. noxa sit *P* : noxarit (*p, c*) *vel* noxerit (*l, a*) *G*. || 11. *ita etiam P*. Numm– (*p, c, l*) *vel* Num– (*v*) *G*. quod *G*. Quadr. (adiect., non nomen). Cf. Fest. 178, 10 Numellae genus vinculi quo quadrupedes deligantur, etc. || 12. Nassiterna *Fest*. (168,15 ' N. est genus vasi aquari ansati et patentis, etc.) ; *Non*. (546,5 ' N. vas aquale '). aq. vas *P* : aquarum vas G. || 13. *deest in GP, qui hanc glossam exhibent* Neptibus luxuriosis (–sus *G*) (Cf. Dub. N3.) Vide igitur ne plena glossa fuerit Nepos luxuriosus, <ut> (Horat. Epod. 1, 34) ' nepotibus ', <id est> luxuriosis (Cf. ad E5). Cf. Fest. 162, 17. || 14. Neniem *R*. carnem *R*. mortuum *P*. Cf. Fest. 154, 19. || 15. Nec cicerim *R* : Neciccum *P*. || 16. *ita etiam P*. || 17 cf. ad Dub. N 2.

O

1. Obstipeoulus (-pic-?) : inclinato capite, ut solent adseverantes. 2. Obvenisse visum cani mago (?) : proverbium in eos quibus praeter spem contigit aliquid vel successit. 3. Offuciarum : fallaci ar..um aut rerum ad decipiendum speciose comparatarum ; dictum ab offucando quod est furtim collocare (colorare ?). 4. Oburbas (-vas) : circumscribis ; dictium ab arbo (urvo) qui est incurvatura aratri, vel a sulco urbium qui primus aratro circumductus propter altitudinem murus appellatur. 5. Obpletum : oblitum usque ad plenum (?) 6. Oppido : quem ad modum ; sed nunc valde. (Plaut. Amph. 299 ?) 7. Opipare : laute opulenterque. (Plaut. Bacch. 373 ?) 8. Opiteros : qui obito patre et avo vivente nascuntur 9. Obfirmatum : firme decretum, obstinatum. 10. Occedere : occurrere vel ob- viam cedere. 11. Oblegatum : iniunctum, mandatum. 12. Obpetere : obire vel mori. 13. Obstrudulenta : appetenda. (Titin. 165 -nti ?) 14. Oriae (Oreae) : freni et habenae ; ab ore dicuntur. (Titin. 119 -eas ?) 15. Om..m..entat : expectat ;. dictum a mantando, id est diu manendo. (Liv. Andr. Odyss. 9 -tans ?) 16. Officio migravi : ab officio recessi. 17. Opulato (ocul-?) : praesenti[s] ut apulis (ocul-?). (Plaut. Pseud. 301 -ta die). 18. Obdet : obiciet, suggerit (-et ?). 19. Offucas : offers (?) vel in fraudem das.

Adde ex Anth : 20. Opitandum : optandum.

P

1. Paedor : sordes. 2. Perpetuare : coniungere. 3. Pertineat : perveniat. 4. Persol- l>as : personas. (Plaut. Curc. 192 ?) 5. Plotos : a pedibus dictos. (Plaut. ?)

O. 1. De adseverante igitur nescio quo dictum est.|| 2. *ita etiam P.* nisum *R.* cam mago *G* (= *p. l. c. d*) : *vix* Cammago (nom. propr). contingit *R.* Vide ne illud 'magi' (i. e. canis, ut vid.) in Anth. 10 huc spectet.|| 3. spaciose *vel* spat- *G.* comparaturum *P* : conparatorum *G.* ab officiando *R.* Cf. Fest. 211, 9 Offucias fallacias.|| 4. Obarbas *R.* circumscribes *GP (recte ?)* arbore *GP* : vurga *Anth.* (?). quae est inc. *G.*|| 5. Oppl- *GP.* Scil. oblitum. An conferend. Gloss. Abol. OP2. (ex Festo ?) Oplere (*pro* Abolere ?) : oblivisci ad plenum ? || 6. i. e. aliquem ad modum, aliquatenus (ut A 11). Cf. Non. 361, 6 Oppido valde Plautus Amphitryone "oppido interii", etc.|| 7. cf. Plac. O8. || 8. nascitur *R (non P.)* Cf. Fest. 201, 17.|| 9. obstinatumve *P* : obstinatum repugnans obstinatum *G* (= Gloss. Ansil. OB 106, ubi perperam accedit Gloss. Abstr. OB 10 Obficiens : repugnans obstinatum). Nullum ergo documentum est neutri generis Obfirm.|| 10. occurre *P.* Cf. Fest. 190, 30 Occedamus Plautus posuit pro contra cedamus, etc.|| 11. *ita etiam P.*|| 12. obi. aut *P* : obcumbere *G.*|| 13. Obstrulenta *R (non P).* Cf. Fest. 210, 1 Unde et obstrudulentum.. dixit Titinius (165) 'obstrudulenti aliquid' etc.|| 14. et *om. R.* Cf. Fest. 196, 36 Oreae freni, quod ore inseruntur. Titinius in Setina, etc. : 24, 24 ; 8, 5.|| 15. Omenta *R* : *om. P* (ubi 15 cum 14 conflat.). matando *G.* aiuvamendo *P* : a diu ma. *G.* Cf. Fest. 208, 3.|| 16. migravit *G (non P)*|| 17. *ita etiam P.* ab ocul. *docti.* Cf. Fest. 188, 5 Plautus in Pseudolo oculatum pro praesenti ponit cum ait, etc.|| 18. ita etiam P. cf. ad Dub. O1.|| 19. *ita etiam P.* Offuscas *G* aut *G.* Cf. *Journ. Phil.* XXXIV 263. <fucum> off. *Goetz* : *an* off. <fraudem> ?|| 20. cf. ad H20.

P. 1. *deest in P* (ubi tamen est Pedor : squalor vel sordes = Gloss. Abavus PE 61). Cf. Fest. 248, 7. Paedidos sordidos, etc.|| 3. *deest in G (non P).*|| 4. Pro Persolla's persona's ? Plaut. l. c. scripsit "ebriola's persolla" ; Plauti, si huc nostra glossa spectat, codex ille quem adhibuit ps-. Plac. 'ebriolas persollas' habuisse potest.|| 5. Plotors *R* : Plotos (*l*) *vel* Plotus (*p*) *G.* ductos *R* : dictus *G* : ductus *P.* Cf. Fest. 274, 9 Plotos appellant Umbri pedibus planis et latis.. Maccius poeta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitia initio Plotus, postea Plautus coeptus est dici.

6. Parietinas : parietum ruinas. 7. Porcam : terram quae inter sulcos est <e>lata. 8. Plango : cum pugnum alicui retollas (rei tollas ?). 9. Plaugas (?) : plangas (?). 10. Putium : Pythium Apollinem. 11. Portum : domum vel ianuam ; interdum petitum (?) (XII Tab.) 12. Pelvi : ab eo quod pedum pelluvio sit, ut malluvium manu<u>m. 13. Polubr[e]o : t<r>ulleo (Livius Andron. Odyss. 5). 14. Pullum : puerum, in amoribus id est rectioris qui Romae (rectiorisque formae ?) ; unde Q. Fabius Eburnus, quod natibus figuratus (fulg–) erat, pullus Iovis dictus. 15. Pacere : pacisci. (XII Tab. ?). 16. Partim : dimidium ; hinc et [inde] partiri dicitur quod dividatur. 17. Papillas : summa nuclea mammarum. 18. Pataginem : cum propter pituitam non facile labra movent. 19. Pol[i] : iusiurandum per Pollucem. 20. Postliminio : id est qui recessisset et redisset iterum. 21. Protendi : porrexi. 22. Pedo : fuste pastorali capite incurvo.

Adde ex Ansil. : 23. Pos : pes (post).

Adde ex Anth. 24. Pedam. 25. ? Pieridem.

R

1. Returem.

S

1. Sonivium. 2. Struppos.

T

1. Temsore (?)

U

1. Vasculam (vesc– ?) 2. Vitulantibus.

---

6. parietem *P.*|| 7. terra *RG.* in sulco *P.* Cf. Fest. 96, 3 ; 274, 19 ; Non 85, 17 Varro de Re Rustica lib. I (29,3) '.. quod est inter duos sulcos elata terra dicitur porca '.|| 8. pugno *G.* restollas (–llo *v*) *G.*|| 9. splangas *R.* An sic refingend. 8–9 Plango : cum pugno alicui rei tollas plagas ? Planeas planas (cf. Fest. 258,10) *docti.*|| 10. *deest in G.* Pitium Ap. (*om.* Putium) *P.*|| 11. Porta *G.* int. ad petitum *P* : int. porticum *G.* Cf. Fest. 262, 19. An 'Tertiis diebus obvagulatum :' id est triduo petitum ?|| 12. Pelluis *R* : Pelui *G* : Pellui P. sunt *P.* nulluui vel *G.* nani *GP.*|| 13. Polubreo *P* : Pollubreo *R* : Plubereo *G* (–ro *w*). Cf. Non 544, 20 Polybrum.. nos trullium vocamus, etc.|| 12-13. *sic restituo* Polubro : trulleo pelvi ab eo, etc. Cf. Fest. 286,27.|| 14. rhetoris *R.* quavius *R* : quamvis *GP.* ebernus *G.* dictus est *R* : dicitur *P* Cf. Fest. 284. 13.|| 15. Patere *R* (*non P*). Cf. Fest. 296, 37.|| 16. dividitur *GP.*|| 17. mamillarum *G* (*non P*). Cf. Fest. 246,8.|| 18. *deest in P.* moverunt *G.* Cf. Fest. 247,1.|| 20. rec. iter. et red. *G* (*non P.*) : recessisse decredisse erum *R.* Cf. Fest. 244, 9.|| 21. *ita etiam P.*|| 22. *deest in P.* incurvato *G.* Cf. Fest. 230, 30 Pedum baculi genus incurvum, etc. *Tam breve P– capitulum mancum esse mecum crede.*|| 23. pos (*pro* post) *Anth.* 5. Cf. ad Dub. P 18.|| 24. cf. ad Anth. 17.|| 25. cf. ad Anth. 13.|| R 1. cf. ad Anth. 12.|| S 1. cf. ad Anth. 23.|| 2. cf. ad. Anth. 27.|| T 1. cf. ad Anth. 26.|| U 1. cf. ad Anth. 13.|| 2. cf. ad Anth. 21.

FESTUS

ED.

W.-M. LINDSAY

PRAEFATIO

Cum ante aliquot annos, copiis quas v. d. Aemilius Thewrewk congesserat usus, ea quae Festi truncatus codex servat et ea quae Paulus Diaconus Carolo Magno regi ex pleno codice excerpsit quam fidelissime philologis exhibui (Teubn. 1913), tum promisi me in altero volumine maiora esse adgressurum, ut, quatenus possem, ea quae Festus scripsit adumbrarem, glossariorum imprimis saec. VII-VIII conscriptorum adiumento usus. Eheu, quam breve iter mihi tunc visus sum ingredi; quam longum, quam salebrosum reipsa sum expertus! Nam quamvis bene Goetz fundamenta glossographicae doctrinae iecisset (*Corp. Gloss. Lat.*, I-VII), aedificia erant superponenda, Glossarium Ansileubi — urbis illud quidem, non aedificii instar — erat publicandum, Glossarium Abolita a Glossario Abstrusa secernendum, denique cetera glossaria diligentius investiganda, ut Festinas e vasta congerie glossas aliqua ratione eruerem quae et mihi et tibi, lector, satis placeret.

Quo igitur testimonio sim fretus audi.

I. De festi codice.

Quid Festus scripserit testatur imprimis unicus qui extat Festi codex Neapolitanus (IV A 3) sive Farnesianus, exaratus scriptura quae dicitur Farfensi, et, si vera fama est, ex Illyrico in Italiam saeculo XV advectus. Neque habeo cur negem eum codicem in Illyrico scriptorio oriri potuisse, cum scriptura Farfensis, de qua disputavi in Palae. Lat. III, non solum in Romana regione, sed trans mare Adriaticum in usu fuisse videatur. Ne dimidia quidem pars codicis superest, et illa quidem igne mutilata; sed trium quaternionum qui nunc desunt apographa manent, qualiacumque, saeculo XV facta. Qui tamen ea fecerunt limis oculis Pauli epitomam respexisse videntur, difficiliores lectu partes inde aut sumpsisse aut emendasse, otii quam veritatis studiosiores. Solum illud apographum quod Politianus scripsit lacunarum in Festi codice magnitudinem diligenter, non tamen omnino fideliter exhibet. Cave igitur agnoscas duos semper testes in apographorum cum epitoma consensu (cf. ad 114.5). In ipso qui superest codice sequi solent binas plenas paginarum columellas — interiores scilicet — binae — scilicet exteriores — igne ita adesae ut nonnisi dimidiae versuum partes supersint. In supplendis eorum versuum lacunis praecipuus

labor editoris cuiusque adhuc est impensus. In hac tamen editione audaciorem praeterea laborem mihi imposui, ut in eis partibus, ubi nec Festi codex superest nec Festi codicis apographum, e Paulina epitoma elicere coner quid Festus tractaverit et quo modo. Eam igitur me scito in apparatu materiam congessisse quae, me iudice, a Festo non abhorreat, non tamen omnimodam (1) undique collectam ; et ea mente me scito eam ibi posuisse, ut animo fingere possis quas res et quo modo tractavisse Festum verisimile sit in hac libri sui parte, ubi solius Pauli testimonium manet.

Imprimis Varronis de eis rebus testimonium citavi, quoniam Varro et Verrius toties consentire videntur, v. g. :

> (L. L. 5,91) Turma ' terima ' — E in U abiit — quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni. (Fest. 484,9) Turmam equitum dictam esse ait Curiatius quase ' terimam ', quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ex eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.

In aliis partibus lacunas quae in nostro codice sunt interdum supplere conatus sum, Muellerum maxime secutus, interdum vacuas numero amissarum litterarum indicato reliqui. Quos numeros ne quaeso nimis religiose colueris, quoniam regulari illa Carolinarum minuscularum concinnitate caret scriptura Farfensis, neve ad 148,21 :

> Veranius in libro.. (7 *litt.*).. de Verbis Pontificum

nimis confidenter collegeris supplendum esse certe 'secundo', minus certe 'tertio', nullo modo 'primo'.

II. De scholiis isidorianis (Vallicell. A 18).

Codex Farnesianus saeculi XI exeuntis est. Exeunte priore saeculo Grausus, qui episcopus Cenetensis c. ann. 1000 P. C. creatus est, adhibuit in Italia nimirum septemtrionali codicem Festi nunc deperditum, dum scholia componit in Isidori Etymologias. Quae scholia v. d. C. Anspach ante aliquot annos repperit, nuper edidit Whatmough (*Bulletin Du Cange* 1926-1927). Epitomam quoque Paulinam a Grauso adhibitam esse vix crediderim ; sicubi igitur scholium ad eam quadrat, videtur mihi Festus a Paulo fuisse fideliter descriptus, non dico plene exscriptus. Grausum tamen saepe verba Festi refinxisse, saepe decurtasse patet.

(1) Quam tamen collegi et, siquando occasio erit, sub titulo ' Index ad Philologicam Verrianae Aetatis Doctrinam' publici iuris faciam.

III. De glossis festinis (Vat. lat. 1469).

Ex anteriore Festi codice in Italia, ni fallor, septemtrionali glossas aliquot — O utinam plures! — sumpsit nescioqui priscorum vocabulorum amator et in marginibus corporis glossariorum, sicubi locum idoneum invenit, adscripsit. Transcriptum est illud glossariorum corpus cum additamentis pretiosissimis anno 908 (Vat. lat. 1469) ; et ea additamenta non multo prius illuc viam invenisse testatur altera corporis transcriptio sequente anno facta quae ea non habet (Casin. 218). Equidem non possum intellegere quare partem additamentorum Goetz in Museo Rhenano (40,324) et in Corp. Gloss. Lat. (IV p.xviii) separatim,

v. g. Abzet : extincta est vel mortua, Lucilius in XXII « primum Pacilius tesorofilax pater abzet »,

partem in Corp. Gloss. Lat. (V pp. 520-528) cum aliis vulgaribus glossis indiscretim ediderit,

v. g. (ex Fest. 51,10) Ceres : frumentum vel panem, Liber vitem vel vinum, Venus libidinem vel holera, Neptunus aquam vel pisces, Vulcanus ignem vel solem significant. « Cocus edi[di]t Neptunum, Cererem et Venerem expertam Vulcanum, Liberumque pariter absorbuit (ob- ?) », id est cocus comedit pisces et panem et holera cocta ad ignem, et vinum pariter bibit.

Quae viri docti inconstantia lectoribus imposuit, siqui nesciunt eas glossas Festinas, nullo indicio in codice designatas, nonnisi hic illic in congerie glossarum alienarum apparere, ' raras nantes in gurgite vasto ', neque ullo alio discrimine agnosci posse nisi quia in ceteris glossariis non reperiuntur.

Dubiae igitur sunt nonnullae, v. g.
Ola : summi umeri pars posterior,

quae utrum ex Isidoro hausta sit (Etym. 11, 1, 62 : Ola summi humeri pars posterior), an ad Isidorum ex communi fonte, scilicet Festo, pervenerit non omnino liquet ;

Pegnides : Musae ob ingentem liquorem appellantur a fonte quem ungulae ictu patefecisse dicitur equus,
Pepteides : Musae a fonte Macedonico dictae sunt propter liquoris eius unicam subtilitatem splendoremque,

quae duae, cum eosdem errores (Pegnides pro ' Pegasides ', Pepteides pro ' Pipleides ') atque Pauli epitoma (234,9 et 11) exhibeant, suspicio oritur ne ex epitoma sint haustae. Nam hoc glossariorum corpus eius temporis est quo Paulus a glossariorum conditoribus adhibebatur.

Necnon illud animadvertendum est quod Goetz acute monuit, glossas Lucilianas saepe libri Saturarum numerum praebere, quem vix umquam praebet Festus (s. v. Noctipugam, 180,1 ' Lucilius lib. II '). Miram sane rem, sed vix idoneam ad eas glossas a Festo abiudicandas, quoniam liber de Verborum Significatu in usu apud doctos Italiae septemtrionalis, ne dicam omnis Italiae, eis saeculis erat. (Cf. etiam Manitius, Herm. 27 [1892], 318, qui ex catalogo bibliothecae Cluniacensis ' Pomp. Fest. ad Artorium Rufum ' protrahit).

IV. De Pauli Diaconi Epitoma.

Iterum, lector, per spatium fere centum annorum regredere ad tempora Caroli Magni, ad quem Paulus Diaconus, in Italia septemtrionali, ni fallor — non ad Casinum —, tum versatus, epitomam Festi misit cum hac epistola :

« Divinae largitatis munere sapientia potentiáque praefulgido domno regi Karolo regum sublimissimo Paulus ultimus servulus. Cupiens aliquid vestris bibliothecis addere, quia ex proprio perparum valeo, necessario ex alieno mutuavi. Sextus denique Pompeius, Romanis studiis affatim eruditus, tam sermonum abditorum quam etiam quarundam causarum origines aperiens, opus suum ad viginti usque prolixa volumina extendit. Ex qua ego prolixitate superflua quaeque et minus necessaria praetergrediens et quaedam abstrusa penitus stilo proprio enucleans, nonnulla ita ut erant posita relinquens, hoc vestrae celsitudini legendum conpendium optuli. In cuius serie, si tamen lectum ire non dedignabimini, quaedam secundum artem, quaedam iuxta ethimologiam posita non inconvenienter invenietis, et praecipue civitatis vestrae Romuleae portarum viarum montium locorum tribuumque vocabula diserta repperietis, ritus praeterea gentilium et consuetudines, varias dictiones quoque poetis et historiographis familiares quas in suis opusculis frequentius posuere. Quod exiguitatis meae munusculum si sagax et subtilissimum vestrum ingenium non usquequaque reppulerit, tenuitatem meam vita comite ad potiora excitabit ».

Quem Festi codicem habuit Paulus, is saepissime cum Farnesiano in mendis consensit (v. g. 334, 2 ' Redibitur tum ' pro Redhibitum ; 384,14 ' hostiae ' pro hostire ; 334,17 ' divinitus ' pro diu intus), aliquando melior erat (v. g. 379, 2, ubi tria verba propter homoeon in Farnesiano interciderunt), aliquando peior (v. g. 234, 2, ubi ridicule ' Piacularis porta ' Paulus pro porca exhibet).

Et quamquam Pauli testimonium in eis partibus quas Farnesianus servat inutile est, pro religione habui epitomam totam exhibere, ut aestimare possis quam saepe Festum plene et fideliter exscripserit Paulus, quo consilio mutare soleat (v. g. 114,20 Manes deos deasque *Fest*, : Manes quos deos deasque putabant *Paul.* ; 114, 15 Manias Aelius Stilo dicit *Fest.* : Manias dicunt *Paul* ;

514,9 Valgos Opillus Aurelius aliique complures aiunt dici qui *Fest* : Valgos Aurelius intellegi vult qui *Paul*),

cuiusmodi glossas soleat omnino praetermittere. Tum etiam quam saepe verba Festi refingat, ‘ stilo proprio ’ ut ipse dicit ‘ enucleans ’, aut innocue, v. g., s. v. Occasus, 188, 26 :

(Fest.) Occasus interitus vel solis cum decidit a superis sub terras,
(Paul.) Occasus interitus vel solis in oceano mersio,

s. v. Prolato Aere (282,10), ubi pro ‘ clipeo ’ substituit — videlicet ut facilius intellectu — ‘ scuto ’ :

(Fest.) « Prolato aere astitit » Ennius in Achille Aristarchi cum ait, significat clipeo ante se protento,
(Paul.) Prolato aere apud Ennium significat scuto ante se protento.

aut totam Festi sententiam, dum decurtat, vel laedat vel omnino detorqueat (v. g., Tagit 490,23 ; Talassio 478,35 ; Pietati 228,28 ; Pronubae 282,16 ; Sentinare 454,8 ; Subura 402,5 ; Rutrum 320,7). Denique quantos in errores incidere possit (v. g. Serpula Serpsit 476,24 ; Setius 462,10 ; Pedes 230,18) ; necnon quomodo de suo interdum adiciat (v. g. Barbari 32,14 ; Torvitas 404,26), neque ordinem Festinum religiose obtinere curet (v. g. Municeps 126,16 ; Pilates 268, 25 ; Pronubae 282,16 ; Sororium Tigillum 380,5).

V. De glossariis mediaevalibus duobus (Abol., Philox.).

Testes tibi, lector, protuli quattuor et, quod mirum est, fere centenniis singulis inter se remotos. Consentaneum erit codicem Festi illum, qui conditori Glossarii Abolita praesto erat, centennio ante Carolum Magnum attribuere ; sed quo tempore et quo loco — Hispaniae, ni fallor — illud glossarium ortum sit non satis liquet. Consentaneum quoque erit codicem Festi illum, qui Philoxeno qui dicitur praesto erat, eidem tempori attribuere ; neque habeo cur anterius saeculum huic glossario utriusque linguae, in Italia ni fallor facto, vindicem. Antiquissimum glossarii testem (Harl. 5792), qui cognatum glossarium Cyrilli qui dicitur habet, vix anno 750 P. C. antiquiorem esse declarat eius uncialis scriptura. In ea duo glossaria (Abol., Philox.) parumper attentius inspiciamus.

De glossariis mediaevalibus inveteratus error vulgi animos iamdiu occupavit, Ritschelianorum opera nullo modo expulsus, immo vero adauctus. Sed nunc tandem consentiunt — aut consentire debent — docti ea longe aliter ac dictionaria hodierna extitisse. Dictionarii quidem hodie conditor omnes libros omnium scriptorum diligenter evolvit, omnimoda verba quot potest inde extrahit, in dictionario collocat, sua ipsius interpretatione ornat. Glossaria autem Medii Aevi glossas, id est marginales verborum difficiliorum interpretationes, ex parvo numero codicum — nam plerique codices adnotatione marginali carebant — collectas exhibent. Vocabula igitur ferme nulla in glossariis tractantur nisi ea quibus interpretatio in margine codicis alicuius, puta Ver-

gilii, fuerat adscripta. Neque eae interpretationes quae in glossariis apparent conditori glossarii imputandae sunt, sed codicis, puta Vergilii unde provenerant, adnotatori. Itaque glossarium unumquodque revera est coadunatio glossarum collectarum ex sex septem codicum adnotatione marginali.

Quos igitur glossarum manipulos coadunavit Philoxenus ? Quorum ex codicibus scriptorum Latinorum Graeca marginali interpretatione instructis collegit glossas ? Lege glossarium nuper editum (Glossaria Latina, vol. II, 1926) ; reperies :

(1) Plurimas glossas quae exhibent antiquam doctrinam talem qualem exhibet Festus. Dices codicem illum adnotatione marginali instructum, unde eae collectae erant, aut Festi codicem fuisse aut Festi fratris gemelli. Casu felice conservavit unicus noster glossarii codex (Paris. 7651) indicium fontis duarum glossarum, nempe , Pompei ', i. e. Festi : (AD 124) :

Adoriosus : ἔνδοξος, ὡς Πομπήιος,
Ador < ia > : νίκη, ὡς Πομπήιος.

(Tertia glossa olim his vicina erat, Ador [ia] : εἶδος σίτου).

Pauli epitoma habet (3, 19 sqq.) :

Ador farris genus, ' edor ' quondam appellatum ab edendo, vel quod aduratur ut fiat tostum ; unde in sacrificio mola salsa efficitur. Adoriam laudem sive gloriam dicebant, quia gloriosum eum putabant esse qui farris copia abundaret.

Ne verbum quidem Paulus de illo Adoriosus. Ideone suspecta Philoxeni glossa ? Nullo modo. Quis nescit epitomam multa praeteriisse ? Meo igitur iure conicio Festum non modo vocabulorum Ador et Adoria, sed etiam vocabuli Adoriosus mentionem fecisse. Nam oculis mentis video magistrum aliquem coenobii Italiae meridianae, dum in usum monachorum Graece loquentium adscribit summarium marginale notabilium priscorum verborum cum Festina interpretatione quam brevissime Graece versa. Ergo magister ille habuit in manibus plenum Festi codicem. Ex hoc Festi loco nucleum doctrinae suis Graecis discipulis aptae extraxit, tria videlicet antiquae Latinitatis vocabula :

Ador, Graece εἶδος σίτου, Adoria, Graece νίκη, Adoriosus, Graece ἔνδοξος.

Ceterarum glossarum eiusmodi, quamquam fontis indicium evanuit, fontem alium cur agnoscam non habeo.

(2) Glossas vocabulorum quae ad ius pertinent. Casu felice non semel conservavit noster unicus codex indicium fontis, LIBER DE OFFICIO PROCONSULIS. Sed eae glossae vix ad hanc praefationem pertinent.

(3) Glossas Charisianas. Quoniam Charisius sic scripsit : (292 K. = 380 B.) :

Praefectus fabrorum ; praefectus autem praetorio per dativum fit participium... Verbum enim huius participii dativum recipit, veluti praeficio te praetorio, illum cohorti. Aliis etiam ita de idiomatibus placuit definire, etc.,

ex Charisio sumptas has glossas vix negabis :

PR 68 Praefectus fabrorum : ἔπαρχος τῶν τεχνιτῶν .

PR 69 Praefectus autem praetorio, per dativum fit participium : προτεταγμένος τοῦ πραιτωρίου.

PR 73 Praeficio te praetorio : προτάσσω σε τοῦ πραιτωρίου.

PR 74 Praeficio illum cohorti : aliis etiam. !

et ridebis stultitiam eius qui eas e Charisii codice collegit. Et certe Philoxeno voces Graeca interpretatione instructas indaganti peridoneus fons erat hic grammaticus, qui multa Graeca in Artem suam admisit. Admisit etiam multa antiqua Latina, velut (549 K.) :

Hae antiae κόμαι αἱ διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι,

unde Philox. (AN 129) :

Antiae : κόμαι αἱ διὰ τῶν κροτάφων κρεμάμεναι γυναικεῖαι.

(Quare cavendum est ne Charisianas glossas interdum pro Festinis habeas. Sunt autem indicia quaedam quibus dignosci possunt. Neque dubito ad Charisium ceteras eiusmodi glossas revocare, quamquam Charisius numquam nominatur. Illud dubito, utrum ille monachus iuvenis, qui Philoxeni iussu glossas eas collegit, omnes in margine adscriptas invenerit, an etiam ex ipso contextu aliquot, fortasse linea infra ducta designatas, extraxerit.

(4) Glossas Vergilianas, Horatianas, etc. Hoc discrimen elucet, quod Horatianae saepe Latinam interpretationem exhibent. Ridebis iterum collectoris stultitiam. Nam quid eis negoti in glossario utriusque linguae ? Sed etiam adnotatoris stultitia interdum risum movet. Ubi Flaccus scripserat (Epist. 1, 16, 60) :

pulchra Laverna,
da mihi fallere, da iusto sanctoque videri,

adnotator adscripserat « Laverna Πραξιδίκη », quae nunc est glossa Philox. LA 101. Videsne, oculis mentis usus, semidoctum Graecum, caecum caecorum ducem, qui nescit quae dea Laverna fuerit, sed colligit e verbis Flacci eam fuisse quam nocentes ante iudicium soleant invocare ?

(5) Glossas Biblicas.

(6) Sextus fons erat codex Catilinariarum cum Graeca versione.

Nunc ad Abolita glossarium animus advertendus, nuper editum (Glossaria Latina III, 1926). Ibi facile discernis :

(1) Glossas Vergilianas. Eae longe plures sunt quam ceterae glossae. Et — dis gratia — habemus easdem alibi separatim exhibitas — Glossarium Vergilianum — in multis codicibus (Corp. Gloss. Lat. IV 427-470). Ergo monasterii Hispani (?) celeber nescioqui magister saeculo septimo (?) adnotaverat in usum discipulorum suorum Vergilii codicem, quae adnotatio transcripta erat ab aliorum monasteriorum magistris, qui hoc adiumentum suis ipsorum discipulis petierunt. Sunt breves glossulae, nullius momenti, longe ab antiqua doctrina remotae, neque ullum fontis indicium exhibent, v. g. :

DE 77-82 Decrevit : constituit (Aen. 4,475)
Decusserat : detraxerat (Aen. 5,260)
Deverberat : percussit (Aen. 5,503)
Demens : infelix (Aen. 6,172 vel 590)
Densentur : stipentur (Aen. 7,794)
Decolor aetas : non similis, desidiā debilitata (Aen. 8,326).

(2) Glossas Terentianas. Eae sunt eiusdem generis atque Vergilianae, breves, longe ab antiqua doctrina remotae, nullo fontis indicio instructae ; sed idcirco interdum utiles, quia codicis Terentianarum fabularum in Hispania (?) saeculo septimo (?) scripti lectiones conservant.

(3) Glossas similes Terentianarum et Vergilianarum, quae ad Apuleium, ut videtur (nam non penitus liquet), et fortasse alios scriptores fuerant adnotatae. Earum quoque fontis nullum indicium.

(4) Glossas quas ad Festum revoco, quamquam nullum habent fontis indicium. Quarum egregium specimen est ;

(NE 22) Nequinunt : pro nequeunt, ut < solinunt pro > solent. « Nequinunt Graeciam redire ».

Pro insano eum habebo siquis negabit eam glossam ex Festo provenisse (160,3) :

Nequinont pro nequeunt, ut solinunt ferinunt pro solent et feriunt, dicebant antiqui. Livius in Odissia « partim errant, nequinunt Graeciam redire ».

Ceterae eiusmodi glossae quominus ex Festo provenerint nihil, me iudice, obstat. Sed plura de hac re infra disputabo.

Habemus igitur duos novos testes, scilicet eas Philoxeni glossas et eas Abolita glossas quae ex pleno Festi codice saeculo puta septimo collectae sunt. Testimonium sine dubio utile, dummodo sit plene et accurate nobis traditum.

O utinam ea duo glossaria integra haberemus, qualia primum conscripta sunt ! Ibi nimirum inveniremus glossas Festinas seorsum positas sub titulo Ex Pompeio festo, et eum ordinem obtinentes quo ex singulis libri de Verborum Significatu capitulis sunt collectae. Sed glossarii Philoxeni nonnisi unum miserum codicem habemus (Paris 7651), saeculo nono Lauduni, ubi Hibernici magistri Graecam linguam monachos docebant, exaratum. Per duo saecula glossae omnimodas vicissitudines passae erant. Erant reordinatae, primum secundum Graecum litterarum ordinem (AB, AG, AD, etc.), deinde secundum Latinum (AB, AC, AD, etc.). Erant divisae et decurtatae ; nam quo brevior glossa erat, tanto monachis gratior. Erant neglegentissime transcriptae. Denique plurimae erant aut consilio aut incuria praetermissae. Epitomam corruptam revera habemus, non ipsum glossarium. Aliquantum tamen adiuvamur aliis glossariis quae ex Philoxeno materiam hauserunt : (1) Glossario Cyrilli (qui dicitur) Graecolatino (Corp. Gloss. Lat. II), cuius testimonium sic exhibeo

in apparatu meo, Gloss. Cyrill. (= Philox.); (2) Glossario Servii magistri Latinograeco (Corp. Gloss. Lat. II); (3) aliquot glossariis Latinis quae Graecam Philoxeni interpretationem Latine versam exhibent — Abavus dico (ubi etiam Graeca interpretatio saepe restat iuxta Latinam eius versionem), Ab Absens, Corp., Abba (sive Sangallense), Gloss. Nom., etc.

Glossarium Abolita vel maligniorem fortunam expertum est. Revera nullum glossarii codicem habemus, sed tantummodo glossas eas — maximam nimirum glossarii partem — quae in marginem codicis Abstrusa Glossarii saeculo octavo ineunte vel etiam septimo exeunte inlatae erant. Ille bimembris codex ex Hispania in Italiam venit, transcriptus est Romae saeculo octavo medio (Vat lat. 3321), Casini saeculo decimo (Casin. 439). Sicut Philoxeni glossae, itidem glossae Abolita reordinatae sunt alphabetice, divisae, decurtatae, omnibus modis corruptae ; v. g. Vergilianum illud quod supra memoravi (Decolor aetas : dissimulis, desidia debilitata) sic divisum erat in parente nostrorum duorum codicum :

Decoloratas : non similis.
Desidia : debilitata ;

Festinum illud Nequinunt sic :

Nequinunt : pro nequeunt ut solent.
Nequiunt : Greciam redire.

Adiuvamur tamen aliquantum fragmentis Bavarici corporis glossariorum, saeculo octavo compositi, in quo singuli manipuli glossarum ex Abolita, ex Abstrusa, ex aliis glossariis haustarum suo quisque indicio designati erant. Inde discimus in integra glossarii Abolita forma glossas Festinas, glossas Vergilianas, etc., seorsum positas esse, nimirum sub titulo Ex Pompeio Festo, ex virgilio, etc. Et ne miserum quidem illud par, Vat. 3321 et Cas. 439, omne vestigium huius dispositionis amiserunt. Nam in eis plus minus cohaerent inter se glossae Festinae, cohaerent inter se glossae Apuleianae, similiter glossae Vergilianae, glossae Terentianae — hoc ordine, ni fallor, erant singulae glossarum collectiones dispositae. Unde tenue saltem documentum huius vel illius fontis elucet, ut possim meo iure dicere : ' Haec glossa potius Festina quam Vergiliana est, quoniam inter alias ex Festo sumptas stat '. Quin etiam dispositionis singularum glossarum pertenue vestigium hic illic restat. Respice ad eas Vergilianas quas ex D-capitulo supra citavi, secundum ordinem quo primitus collectae erant adhuc dispositas.

Maxime tamen adiuvant glossaria aliquot quae ex meliore Abolita Glossarii codice aliquo glossas mutuata erant, imprimis Glossarium Ansileubi (sive Liber Glossarum), nuper editum (Glossaria Latina I, 1926), tum Glossaria AA, Abba sive Sangallense, alia. Eorum testimonium sic exhibeo in apparatu meo : Gloss. Ansil. (= Abol.), Gloss. AA (=Abol.), Gloss. Abba (= Abol.). Eis adiuvantibus possumus veram formam glossae restituere, glossas praetermissas recuperare, necnon decernere utrum glossa in altero nostrorum codicum exhibita, in altero omissa revera gregis Abolita fuerit an aliena. Nam Vat.

3321 solet longiores glossas, unciali scripturae incommodas, vel praetermittere vel decurtare.

Neque dubito quin plus etiam lateat adiumenti in eis glossariis quae glossas ex Abolita hauserunt quam excipere audeo. Et cur non audeo ? Quia glossas non solum ex Abolita sed ex Abstrusa sumptas habent ; neque semper potest discerni utro ex glossario glossa provenerit, quoniam ne Abstrusa quidem glossarii integra forma superest. Glossae autem Abstrusa pleraeque erant Vergilianae, et illae quidem antiquae doctrinae non expertes, nimirum ex scholiis Vergilianis, Donati magis quam Servii, collectae. Donatus autem, ni fallor, nullo modo Festi ignarus fuerat ; unde factum est ut glossae Abstrusa nonnumquam cum glossis Abolita plus minus conspirent.

Si nunc a me postulas ut coniecturam faciam quis fuerit Philoxenus qui dicitur, i. e. glossarii Latinograeci conditor, quis Abolita Glossarii conditor, quomodo ea duo glossaria condita sint, ubi, quando, quo consilio, non recusabo ; sed te moneo rem esse incertam. Et primum, quis scit an conditor, revera nomine conditoris dignus, ullus fuerit. Nam glossaria mediaevalia magis coaluisse quam condita esse videntur, quippe quae ex fortuito congregatis sex septem manipulis glossarum, ex marginali sex septem codicum adnotatione collectarum, orta sint, postquam omnes omnium manipulorum glossae, in unam congeriem coadunatae, secundum litteras primas — A, B, C, etc. — dispositae sunt. Eo enim modo, casu potius quam consilio, pleraque extitisse glossaria mediaevalia crede. Attamen a glossario Latinograeco oriendo consilium non omnino abesse potuit. Erat aliquando in aliquo monasterio aliquis magister qui, ut copia esset et sibi et discipulis suis Graeco sermoni studendi, imperavit ut omnia, quae Graecam Latini vocabuli interpretationem praeberent, ex marginali codicum adnotatione colligerentur. Et quoniam Graeca studia Hibernicorum magistrorum fere propria tum temporis erant, suspicor eum fuisse Hibernum. Porro quoniam una saltem unius codicis ab eo adhibiti marginalis interpretatio Graecum vocabulum praebet, quod Graecitatem Italiae meridianae redolere videtur (MA 12 Malebarbis : σπανόν. Cf. Calabr. 'spanu'), eum suspicor ex Italia meridiana eos codices comparasse, quorum adnotatione marginali adiutus est. Nonne igitur verisimile est Hibernum nostrum Italici monasterii, puta Bobiensis prope Mediolanum, praeceptorem fuisse ? Nonne statim occurrit illa Rudolfi Beer splendide audax coniectura, Columbanum, monasterii Bobiensis saeculo septimo ineunte fundatorem, bibliothecam Cassiodori Vivariensem comparavisse ? Nullum verbum addo ; sed memento quaeso illum Hibernicum quem mihi fingo magistrum adeo incuriosum operis suo iussu instituti fuisse ut toleraret in eo glossas Horatianas aliquot Latina, non Graeca interpretatione instructas, necnon ridiculum illud ex Charisii codice collectum :

Praeficio illum cohorti : aliis etiam.

Id quoque memento, magistros illos, Vivariensis puta coenobii prope Scylaceum, qui eos codices ab eo adhibitos adnotaverant, homines semidoctos fuisse,

ne credas illum Vivariensem magistrum, qui Festi codici marginale summarium vel marginales (et interlineares) glossas Graecas addiderat, idoneum ad hoc opus fuisse. Multo minus crede idoneos fuisse illos Bobienses monachos iuvenes, qui iussi eas glossas ex codice Vivariensi collegerunt. Quae si memineris, non miraberis talia in glossario reperiri :

(CL 12) Clura : ὅμοια (quasi 'similia') !,

ubi Festus (Paul. 48, 11) scripserat puta Clura simia ;

(DI 5.13) Dicassit : ἐπαγορεύει, συνεχῶς λέγει (quasi 'disserit') !,

ubi Festus (Paul. 66,17) scripserat : Dicassit dixerit ;

(IN 565) Insuasum : εἶδος δοκαρίων κεκαπνισμένων,

ubi Paulus habet (99,6) : Insuasum appellabant colorem similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio ;

(TE 73) Tentipellium : φάρμακον πρὸς ῥυτίδας,

quam interpretationem, a Verrio prolatam, Festus (500, 32) erroris convincit.

Quid nunc de Abolita Glossario conicere audeam ? Coaluitne casu ? An aderat consilium ? Cur non casu, quippe quod nihil esse videatur nisi coadunatio fortuita quattuor manipulorum, videlicet glossarum ex Festo, ex Apuleio (aliisque fortasse), ex Vergilio, ex Terentio collectarum ? Quid autem quod agmen ducit manipulus Festinus ? Consiliumne inde elucet dictionarium condendi in quo primus locus antiquioribus vocabulis daretur ? Quomodo scire possumus ? Nec vero magni refert scire. Id malim scire, utrum ipse conditor glossarii — siquis erat — Festum evolverit et utilissimum quidque excerptum in margine adnotaverit, unde iuniores monachi glossas in glossarium colligerent, an codicem Festi eiusmodi summario marginali prius instructum in monasterii bibliotheca repperisset. Sed ne id quidem magni interest scire, neque quae causa fuerit cur hic illic loci Festini (v. g. Nequinunt) paene plene aut in margine exscripti essent, aut in contextu ipso linea infra ducta designati contra solitum morem nuclei tantummodo doctrinae discipulis aptae extrahendi. Nescimus ; et inter virtutes est aliqua nescire.

In Hispania conditum esse glossarium inde conicio, quod orthographia Hispanica et Hispanica scribendi compendia hic illic fuerant in parente nostrorum duorum codicum (cf. *Journ. Phil.* 34, 267) ; tum quia Apuleius, scriptor minus in aliis Europae terris cognitus, inter fontes glossarii, ni fallor, est. Et in Hispania codicem saltem Terentii adnotatum esse inde conicio quod vocabulum callis (cf. Hispan. ' calle ') apparet in adnotatione (ad Eun. 845) :

Angiportum : androna biforium vel callem.

(Cf. *Bulletin Du Cange* 1926, p. 84).

Sed ohe iam satis nebulosae coniecturae ! Ad graviora pergamus. Et gravissimum hoc est quod te, lector, monitum voluerim. Eorum duorum glossa-

riorum editio princeps nuper prodiit (Glossaria Latina II, III, 1926). Cadunt igitur, si non omnia, at plurima quae in primo volumine Corporis Glossariorum Latinorum (1923) de eis glossariis disputata sunt. Quis enim recte disputare potuit futtili apographorum (Corp. Gloss. Lat. II, IV) codicis Paris. 7651 et codicis Vat. 3321 adiumento fretus ? Et siqua alia, cadunt ea quae de glossis Abolita disputata sunt. Quis enim recte glossas Abolita a glossis Abstrusa secernere potuit, quoniam codex Vat. 3321 ea duo glossaria inter se confusa exhibet ? Quis veram formam plurimarum Abolita glossarum novisse ante editionem principem Glossarii Ansileubi emissam (Glossaria Latina I. 1926) ?

VI. De compilatoribus Festi.

Ex Festo pseudo-Placidum hausisse non credo, sed ex codicibus vetustissimorum scriptorum marginali adnotatione instructis, et illa quidem ex antiquorum glossographorum laboribus transmissa (cf. Pirie, Class. Quart. 22,107 ; a quo glossarium editur, Glossaria Latina IV). Sed cum eadem glossographorum doctrina praesto esset Verrio, saepe consentit ps.-Placidus cum Festo. Eadem praesto erat Donato, ex cuius scholiis Vergilianis Glossarium Abstrusa materiam hausit. Neque eadem ab adnotationibus codicum a Nonio adhibitorum afuit.

(Vide libellum meum : Nonius Marcellus' *Dictionary of Republican Latin*, Oxon. 1901.)

Noli igitur mirari huiusmodi consensum :

(ps.-Plac.) Nasiterna : vas aquarium.
(Non. 546,5) Nassiterna vas aquale.
(Fest. 168,15) Nassiterna est genus vasi aquari ansati et patentis, etc.
(ps.-Plac.) Gramis : glemis, quae sunt pituitae oculorum.
(Non. 119,14) Gramiae pituitae oculorum.
(Fest. 85,26) Gramiae oculorum sunt vitia, quas alii glamas vocant.
(ps.-Plac.) Antiis : capillis muliebribus ante, id est a fronte, pendentibus
(Abstr. AN 55) Antiae : capilli quos mulieres in capite conponunt.
(Fest. 16,3) Antiae muliebres capilli demissi in frontem, etc.

Macrobius inter ceteros fontes Festum nominat, v. g. (Sat. 3,5,7) :

Ambarvalis hostia est, ut ait Pompeius Festus, quae rei divinae causa circum arva ducitur ab his qui pro frugibus faciunt ;

quae aliis verbis Paulus (5,1) :

Ambarvales hostiae appellabantur quae pro arvis a duobus fratribus sacrificabantur.

Suspectane igitur Macrobii verba ? Nullo modo. Quis nescit Paulum verba Festina saepe immutasse ; sicut etiam Macrobius (cf. tamen Macrob. praef. 4)

ea immutasse videtur ? Macrobium igitur in hac editione, quoties occasio erit, ad partes vocabo.

Isidorus certe adhibuit Festum nonnumquam (cf. Wessner, Herm. 52,216) ; saepius tamen Donati Vergilianum commentarium. Sicubi igitur cum Glossario Abolita consentit, communem fontem fuisse Festum suspicor ; sicubi cum Glossario Abstrusa, fuisse scholia Vergiliana.

Plutarchum (Quaest. Rom.) hos locos ex Verrio hausisse aut haurire potuisse credunt docti : Q. R. 1 (cf. Fest. s. v. Facem, 77, 21) ; 2 (cf. s. v. Facem, 77, 21 ; Rapi Solet Fax, 364, 29) ; 10 (cf. s. v. Saturnia, 430, 30) ; 11 (cf. s. v. Saturno Sacrificium, 462, 29 ; Lucem Facere, 106, 19) ; 18 (cf. s. v. Decima, 63, 3) ; 19 (cf. s. v. Martius Mensis, 136, 6 ; Februarius Mensis, 75, 23) ; 20 (cf. s. v. Murciae Deae, 134, 14) ; 21 (cf. s. v. Picum Avem, 228,32) ; 23 (cf. s. v. Rustica Vinalia, 322, 14) ; 24 (cf. s. v. Nonas, 176, 20) ; 27 (cf. s. v. Religiosus, 348, 22) ; 30 (cf. s. v. Praebia, 276, 7) ; 31 (cf. s. v. Talassionem, 478, 35 ; In Pelle Lanata, 102, 1) ; 32 (cf. s. v. Argaeos, 14,22 ; Depontani, 66, 5 ; Sexagenarios De Ponte, 450, 23) ; 34 fin. — 35 (cf. s. v. Larentalia, 106, 1); 41 (cf. s. v. Peculatus, 268, 33 ; Peculium, 290, 34) ; 44 (cf. s. v. Iurare, 92, 25) ; 45 (cf. s. v. Rustica Vinalia, 322, 14) ; 50 (cf. s. v. Diffarreatio, 65, 17 ; Flammeo Amicitur Nubens, 79, 23) ; 52 (cf. s. v. Manes Di, 146, 20 ; Mane, 112, 24) ; 53 (cf. s. v. Sardi Venales, 428, 36) ; 54 (cf. s. v. Macellum, 112, 14) ; 58 (cf. s. v. Qui Patres Qui Conscripti, 304, 25) ; 62 (cf. s. v. Pater Patrimus, 266, 22) ; 63 (cf. s. v. Sacrificulus Rex, 422, 12) ; 66 (cf. s. v. Flaminius Circus, 79, 16) ; 67 (cf. s. v. Lictores, 103, 1) ; 68 (cf. s. v. Crepos, 49, 18 ; Februarius Mensis, 75, 23) ; 77 (cf. s. v. Supercilia In Iunonis Tutela, 396, 17) ; 78 (cf. s. v. Sinistrae Aves, 454, 1) ; 86 (cf. s. v. Maius Mensis, 120, 7 ; Iunium Mensem, 92, 6) ; 87 (cf. s. v. Caelibari Hasta, 55, 3 ; Curis, 43, 1) ; 88 (cf. s. v. Lucar, 106, 12) ; 89 (cf. s. v. Quirinalia, 304, 5) ; 91 (cf. s. v. Manliae Gentis, 135, 28 ; M. Manlium, 112, 20) ; 94 (cf. s. v. In Insula Aesculapio Facta Aedes, 98,6) ; 95 (cf. s. v. Fabam 177, 24) ; 97 (cf. s. v. Equus Marti Immolabatur, 71, 20 ; October Equus, 190, 11) ; 100 (cf. s. v. Servorum Dies Festus, 460, 32) ; 102 (cf. s. v. Lustrici Dies, 107, 28) ; 104 (cf. s. v. Liber, 103, 3 ; Loebesum, 108, 5) ; 112 (cf. s. v. Hederam, 72, 23).
Sed huic editioni Plutarchus parum idoneus testis est habendus.

VII. De Festo sibi ipsi Teste.

Sed ex Varrone, ex ps.- Placido, ex universis compilatoribus non tantum fructum cepi quantum ex Festo ipso. Qui in M-capitulo, s. v. Martialis Campus, haec fere scripsit (Paul. 117, 25) :

> Martialis Campus in Caelio monte dicitur quod in eo Equirria solebant fieri, siquando aquae Tiberis campum Martium occupassent,

eadem fere in E–capitulo, s. v. Equirria (Paul. 71, 15) :

Equirria ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum qui in campo Martio exercebantur ;

qui in M–capitulo, s. v. M. Manlium (Paul. 112, 20) :

M. Manlium patriciae familiae neminem vocari licuit post eum Manlium qui Gallos a Capitolio depulit, quod is regnum occupare conatus necatusque est,

eadem fere in eodem capitulo, s. v. Manliae Gentis (Paul. 135, 28) :

Manliae gentis patriciae decreto nemo ex ea Marcus appellabatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum adfectasset, damnatus necatusque est.

Nempe solebat Verrius, sive dormitans sive legentibus consulens, materiam quae sibi praesto erat, sub novo lemmate iterare (cf. Elucum 66, 18, Helucus 89, 12 ; cf. Fordicidiis, Fordae 71, 1, Horda, Hordicidia, 91, 17).

Respice nunc ad 37, 13, s. v. Cispius Mons, ubi Paulus suo more ' cuiusdam hominis ' scripsit :

Cispius mons est in Urbe Aesquilinae regionis de nomine cuiusdam hominis dictus.

Quid Festus scripserit conice ex 476, 11, s. v. Septimontio :

Similiter Cispium a Laevo Cispio Anagnino, qui Romae tuendae causa eam partem Esquiliarum quae erat ad vicum Patricium versus, in qua regione est aedis Mefitis, tuitus est.

Hoc igitur egi ut locos similes numquam non in apparatu citem. Quibus citationibus usus poteris nonnumquam ultra Festum ad ipsum Verrium eniti. Nam glossographorum vetustorum doctrinam, quam Varro uno et eodem loco tractat, v. g. :

(L. L. 7, 64) In Cistellaria « diobolares, schoenicolae, miraculae », diobolares a binis obolis,; schoenicolae ab schoeno, nugatorio unguento ; miraculae a miris, id est monstris, a quo Accius ait « personas distortis oribus deformis, miriones »,

eam Verrius alphabetice dispositam dissipabat, v. g. :

in D–capitulo (65, 8 Paul.) Diobolares meretrices dicuntur qui duobus obolis ducuntur,

in S–capitulo (442, 7) Schoeniculas appellavit meretrices Plautus propter usum unguenti schoeni, quod est pessimi generis. Itaque dixit « diobolares, schoeniculae, miraculae », etc.,

in M–capitulo (110, 4–7) Paul.) Miracula, Mirior.

Disiecta igitur membra in apparatu meo collegi ut habeas Absyrtum.

VIII. De hac editione.

V. d. Aemilius Thewrewk, pseudo-Festi impatiens, noluit in editionem suam supplementa lacunarum Muelleriana admittere. Et nuper reperta scholia Isidoriana, ex pleno Festi codice a Grauso extracta, aliquando improbant ea supplementa, v. g. :

> (Mueller, p. 306) Subsidium dice<batur quando mi> lites subside<bant in extrema acie, lab>entique aciei <succurrebant, quod> genus militum <constabat ex iis, qui> emeruerant <stipendia ; locum t>amen retine <bant in exercitu>, quae erat ter<tia acies triarioru>m, ut Plautus <in Frivolaria : « a>gite nunc, subs<idite omnes, quasi solent> triarii », si<mili modo dicti prae>sidiari, ante eos <collocati qui er>ant, aut in ali<o loco praepos>iti ;

pro quibus Grausus :

> Subsidium dicebatur cum post proeliantes subsidebant, ut cedenti aciei auxilio essent ; quod genus militum erat triariorum, qui iam emeruerant iusta stipendia et tamen retinebantur in castris. Et dicti triarii quod in tertio ordine militarent. Ante hos qui in secundo loco erant praesidiarii vocabantur.

Sed displicent lectoribus versus in Thewrewkiana editione hiantes, paginae maximam partem vacuae. Nam libentius aspicimus eam statuam antiquam cui operarius hodiernus nasum amissum, digitum temporis lapsu corrosum sollerter restituit, quoniam ipsum hominem videmur aspicere, non truncatum cadaver ; neque querimur nos deceptos, cum dissimilis marmoris antiqui et novi species quid factum sit aperte declaret. Itaque Teubneriana editio (Festi cum Paulo) ea supplementa quae Paulus praestabat excepit, cetera aut in apparatum criticum relegavit aut tacite praetermisit. Et in hac nova editione (Festi, non Pauli quoque), quae studet Festi aedificium, quatenus fieri possit, ex ruinis restaurare, audacior ratio placet.

Tu igitur caute lege et ipsa verba Festi a supplementis (quae inter uncinos acutos stant), sive certioribus (quae usitatas litteras exhibent) sive incertioribus (quae crassas), diligenter secerne. Nolo enim eo meos lectores adducere quo suos Mueller adduxit. Nam Muelleriana supplementa adeo animos legentium captaverunt, ut ne docti quidem viri semper meminerint ea coniecturae esse debita ; veluti nuper vir doctus negavit Festum, s. v. Naenia (154, 19 sqq. = 161-162 Muell.), quidquam de significatione ' Naeniae, id est deleramenta ' dixisse. Quare enim negavit nisi quia Muelleriana pro ipsis Festi verbis habebat ?

Et quoniam haec editio a ceteris ea re potissimum differt, quod glossariis mediaevalibus (Philox., Abol.) ad lacunas supplendas sum usus, paucis necesse est meam operandi rationem defendam. Nam v. d. Wessner nuper (Corp. Gloss.

Lat. I 342-369) de glossis Festinis ita scripsit ut videatur abiudicare eas a Festo, illud tamen concedere ut adiudicari possint Festi fratri gemello. Credit enim ' vetustos optimarum glossarum thesauros ', videlicet vetustorum glossographorum doctrinam eam quae praesto erat Verrio, praesto fuisse aliquo modo etiam his septimi saeculi monachis, Philoxeno (qui dicitur) et conditori (siqui erat conditor) Glossarii Abolita. Audi igitur alteram partem. Lege ea argumenta quae v. d. per octo et viginti paginas congessit, ne queraris te a me esse deceptum.

Equidem si integra glossaria (Philox., Abol.) haberemus, qualia primum conscripta sunt, Wessneri ratione disputandi magis commôverer. Sic enim solet disputare, eas glossas, quales nunc in miseris nostris eorum glossariorum codicibus apparent, nimis longe ab ipsis Festi verbis distare. Sed mihi venit in mentem de glossa Abol. CA 17, quae in nostris duobus codicibus est ' Carissa lena est dupla ' ; quam tamen in vero Glossario Abolita fuisse ' Carissa lena est vafra ' inde patet, quod Glossarium Abba, quod eam ex Abolita sumpserat, habet pro dupla ' faba ' (vafra). Quid ? nonne vera forma gl. Abol. satis ad Pauli verba quadrat (38, 18) ' Carissam apud Lucilium vafrum significat ' ? Cur igitur prohibeor quominus credam Festum (cum ps.- Placido) lenae mentionem fecisse? Neque obliviscor glossae Abol. AM 4, ubi nostri quidem codices ' fustes ' pro perticae exhibent, non tamen ille melior Abolita codex unde Gloss. AA glossam sumpserat (cf. Paul. 19, 17). Neque glossae Abol. CA 19, ubi nostri codices ' recremeo ' (i. e. recrementa ?), sed Gloss. Ansil. (= Abol.) CA 438 Canicae : furfures (cf. Paul. 40, 7 furfures). Vocabuli ' nefrendes ' Festus (156, 26) duas interpretationes praebet, alteram Mucii Scaevolae ' quod dentibus frendere non possint ', alteram Atei Capitonis ' nondum frendentes, id est frangentes '. Ex Gloss. Abol., ni fallor, hausit Gloss. AA :

Nefrendes : infantes sine dentes.

Equidem nullo modo ausim tam tenuem glossam Festo adiudicare sola similitudine verborum fretus ; sed nullo modo assentior Wessnero dum hanc ob causam glossam a Festo abiudicat, quia non ambae interpretationes exceptae sint. ' Quam interpretationem ' (scil. Capitonis) inquit ' cur neglexisse putandus sit glossae auctor, si revera Festum exscripsisset (*sic* !), equidem non video ' (p. 344). Videtur mihi v. d. nimis magni aestimare scientiam eius monachi cuius iussu congestae sunt Abolita glossae, nimis magni diligentiam monachorum iuniorum qui iussi glossas collegerunt, oblivisci vicissitudinum quibus sunt obnoxiae glossariorum glossae a scribis neglegentibus transcriptae, a magistris per tot subsequentes annos relictae, divisae, in breviorem formam redactae. Si secum ea omnia reputaret, non postularet ut ipsa Festi verba tam accurate repraesentarentur, ut nemini nisi Festo ipsi possent ullo modo adiudicari. Ne in integra quidem Glossarii Abolita forma, quale primitus glossarium in lucem prodiit, credo Festum accurate esse exscriptum. Raro, ni fallor, ibi erant tam longae glossae quam Nequinunt (NE 22) ; saepissime brevia summaria, quae in codicis Festi marginibus adscripta erant. Longum est percurrere ea tot exempla in

Wessneri viginti octo paginis congesta. Satis habeo semel respondere mihi ne unum quidem videri adeo a Festi verbis abhorrere ut ex codicis Festini marginali adnotatione non collectum esse potuerit. Talia argumenta miror adhiberi : ' Aliter Paulus interpretatur ' ; quasi non soleret Paulus ex diversis Festinis interpretationibus unam, saepe illam quidem deterrimam, eligere, ceteras tacere. Vel etiam : ' Festus aliter ' ; quasi non soleret Festus aliter in aliis eiusdem capituli partibus vocabulum tractare (v. g. in P- capitulo Porcae 214, 5 ' rari sulci qui ducuntur aquae derivandae gratia, dicti quod porcent, id est prohibent ', 274, 19 ' quae inter duos sulcos fiunt, quod porrigant frumentum ' ; in R- capitulo Rica 342, 27 et 368,3 ; in S -capitulo Sacramentum 466,2 et 468,16 ; Scena 422, 33 et 444,8 ; Serpsit 472, 36 et 476,24 ; Sollers 372,30 et 384,35, etc.) De glossa Abolita (?) SA 17 :

Salacioribus (soloc-) velleribus : gratis (crassis) et asperis

minus confidenter loquor. Non est in Vat. 3321, non in Gloss. Ansil., sed in Cas. 439 solo, ubi inter alias Festinas stat. Certe nullus ei locus in Festi S-capitulo vacat (ubi 386, 27 Solox). Quis tamen nescit Festum nonnumquam vocabula in alienis capitulis tractare (v. g. Columbar in N-capitulo s. v. Navalis Scriba 168, 13 ; Planipes in O-capitulo s. v. Orchestra 194,6 ; Nis ' pro nobis ' in C-capitulo s. v. Callim 41,6 ; Cicur in I-capitulo s. v. Incicorem 95,23) ? Cur igitur non etiam Solox in alieno capitulo iterare potuit Festus ? Cur non saltem vocem ' solocioribus velleribus ' cum interpretatione eius usurpare, quemadmodum in C-capitulo s. v. Catulinam Carnem (39,8) interpretatus est vocabulum esitavisse ' id est comedisse ' ? Quam interpretationem Festinam, non Paulinam, fuisse declarat Gloss. Abba (=Abol. ?), siquidem inde glossam sumpsit Esitat : comedit.

Sed, utut res est, nihil est cur non eis glossis, sicut etiam Varrone ps-. Placido Isidoro, ad lacunas Festi supplendas utar, dummodo dea Prudentia rite adhibeatur. Quid nunc — fortasse rogas — de longioribus Abolita glossis quarum nihil simile in nostro Festi codice est ; quas glossas in Partem ii cuiusque capituli relegavi ? Quomodo possum demonstrare eas esse Festinas ? Demonstrationi, fateor, nullus est locus. Sed quoniam sine dubio Festus erat fons glossae longioris Nequinunt, neque demonstrari potest ullum alium talium glossarum fontem fuisse, saltem veri simile est Festum fuisse omnium fontem. Audi Gulielmum sapientem : ' Entia non sunt multiplicanda praeter necessitatem '.

De una tamen longiore glossa possum certius loqui. Glossam Abol. OS 3, quia longior est quam quae Vergiliana Terentiana Apuleiana esse possit, Festinam esse affirmavi. Et favente Fortuna id demonstrare possum. Glossa est :

> Ostenta proprie appellantur quae se sine corporibus solidis hominibus ostendunt et oculis atque auribus obiciuntur, qualia quondam apparuerunt venatio in caelo, arma, Furiae, nocte lux, interdiu tenebrae.

Respice ad Festum s. v. Portenta (284, 30) :

> Portenta rerum fieri dicuntur cum solida corpora quae raro se ostendunt apparent, ut cometae turbines barathra, tonitrua sereno caelo facta.

Nonne manifestum est ea omnia ex uno eodem loco prioris scriptoris — Tarquitii Prisci puta — esse extracta ? Eodem fortasse redit etiam Monstra (146, 32) :

> Monstra dicuntur naturae modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quattuor alis, homo cum duobus capitibus, iecur cum distabuit in coquendo.

Meo igitur iure longioribus Abolita glossis, tamquam Festinis, locum in Parte ii capitulorum singulorum assignavi. Si dubitabis, Partem ii praeteribis ; te tamen, me iudice, adiumentis privabis non inutilibus ad Festum restituendum.

Iterum, lector, permitte mihi ut te moneam glossaria mediaevalia non eodem modo quo dictionaria hodierna esse facta, ne inveteratus ille error tuum animum adhuc teneat, et tecum sic disputes : ' Etiamsi haec glossa Abolita Glossarii longior Ostenta (Abol. OS 3) ex Festo hausta est, cur non alias glossas longiores — Purpurilla (Abol. PU 11), Turturilla (Abol. TU 26), Tongiliatim Loqui (Abol. TO 18), etc. — ex alio fonte hausit doctus et laboriosus ille vir quem mihi in animo fingo glossarii conditorem fuisse ? ' Quem tibi fingis, lector benevole, εἴδωλον est. Non sic — crede mihi tot annos glossariis scrutandis occupato —, non sic mediaevalia glossaria facta sunt.

Denique, ne expectes ampliorem glossarum ex Festo haustarum in meo apparatu messem, scito me non omnes ibi condidisse. Quid enim iuvet, v. g. ad 506, 13 (Vescor, pascor), glossam citare Vescitur : pascitur ? Habeant critici quod insectentur ; textus Festi neque emendetur neque confirmetur. Et ne queraris me non ampliore commentario de omnibus rebus a Festo tractatis fusius disputasse, sicut disputavit Mueller, scito me eiusmodi commentarium adiecturum fuisse nisi aliter bibliopolis esset visum. Neque ipse dubito quin apparatus meus, ad Festum imprimis restituendum confectus, etiam in commentarii partes vocari possit, dummodo ei adicias ea auxilia quae nunc in promptu sunt omnibus, dictionaria dico et encyclopaedias. Nempe alia tempora alias editoribus rationes operandi imponunt. Muelleri tempore, ante centum fere annos, non erat Thessaurus Linguae Latinae, non Encyclopaediae Paul. — Wiss.-Kroll. et Daremb.-Sagl., non ea tot doctrinae compendia quae nunc sunt. Non potuit igitur Mueller non multa lectorem docere, quae nunc in medio posita docenda vix videntur.

Ad S. Andreae Scotorum MCMXXVIII. W. M. LINDSAY.

FESTUS

DE VERBORUM SIGNIFICATU

EDIDIT, ADNOTAVIT

W.-M. LINDSAY, F.B.A.
Socius Academiae Lynceorum.

SIGLA

Cf.	Confer, conferatur, etc.
Gl.	Glossa (–ae, etc.).
Gloss.	Glossarium (–ii, etc.).
Gloss. Fest.	Glossae quaedam cod. Vat. lat. 1469.
Schol. Isid.	Scholia quaedam cod. Vallicell. A. 18.
* *	Lacuna incertae magnitudinis.

Paginae huius libri numerantur (sed inter uncinos) et loci citantur secundum paginarum in editione Teubneriana minore numerationem.

Inter uncinos acutos < > stant ea quae adicienda videntur, inter quadratos [ ] quae adimenda, inter curvos ( ) quae pro corruptis codicis lectionibus substituenda.

Duplicem I litteram scripsit (vel scribere voluit) semper Paulus, semper apographorum Festi codicis scriptores ; sed ipse Festi codex plerumque (non tamen semper) ‘ alis ’ pro ‘ aliis ’, etc. exhibet. Exhibet etiam et ‘ Cato’ et ’ ‘ M. Cato ’, sed Paulus semper ‘ Cato’. Exhibet ‘ Opillus Aurelius’ (cf. ad 308, 20), Sed Paulus aut ‘ Opilius’ aut ‘ Aurelius’. Vix tamen sufficit unius codicis testimonium ad scribendi morem Festinum accurate restituendum. Nolui igitur in his nugis oleum et operam perdere.

FESTUS

A

I. Ex Pauli Diaconi Epitoma.

Augustus locus sanctus. Ab avium gestu, id est quia ab avibus significatus est, sic dictus ; sive ab avium gust[at]u, quia aves pastae id ratum fecerunt. *Augur* ab avibus gerendoque. dictus, quia per eum avium gestus edicitur ; sive ab avium garritu ; unde et *augurium*. *Auspicium* ab ave spicienda ; nam quod nos cum praepositione dicimus aspicio apud veteres sine praepositione *spicio* dicebatur.

Adfectare est pronum animum ad faciendum ‹quid occupandumque› habere.

Armillum vas vinarium in sacris ; dictum quod *armo*, id est humero, deportetur.

Aerarii tribuni a tribuendo aere sunt appellati. *Aerarium* sane populus Romanus in aede Saturni habuit.

AUGUSTUS. Et ipsum Verrium Flaccum ab hoc vocabulo auspicatum esse veri simile est et Suetonium plenius quam Paulum Verrianum argumentum adumbrasse (Aug. 7) : Praevaluit ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa et in quibus augurato quid consecratur augusta dicantur, ab auctu, vel ab avium gestu gustuve, sicut etiam Ennius docet scribens (Ann. 502) :

augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Crede igitur mecum et tertium etymon ' ab auctu ' et Ennii versum, quae ambo Suetonius habet, etiam in Verriano loco (et cur non in Festino ?) fuisse. Cf. Serv. Aen. 7, 153 : Nisi in augusto loco consilium senatus habere non poterat ; Geo. 4, 228 : Proprie augustum est tectum augurio consecratum ; abusive nobile, quasi maiestatis plenum.

AUGURIUM. Quatenus a scholiis Vergilianis, quatenus a Festo pendeat Isidorus non liquet (Etym. 8, 9, 19) : Auguria quasi ' avium garria ' ; hoc est avium voces et linguae ; item augurium quasi ' avigerium ', quod aves gerunt.

AUSPICIUM. Hinc videtur pendere Isid. (l. c.) : Dicta autem sunt auspicia quasi ' avium aspicia '. Nam paulo aliter Serv. Aen. 3, 374 : Dictum ab ave inspicienda, quasi ' avi-spicium '.

SPICIO. Cf. infra, s. v. Spicit (446,2) ; Spiciunt (466,14).

ADFECTARE. Cf. Serv. auct. Aen. 3, 670 Adfectare autem quidam (i. e. Festus ?) dicunt hoc esse : pronum animum habere ad faciendum quid occupandumque.

ARMILLUM. Hincine Gloss. Abol. AR 15 Armillum : vas vinarium ? Cum doctrina Festi et doctrina ps.-Placidi saepissime ad eundem fontem, scil. glossographos veteres, redeant, potest etiam Festus ea hic posuisse, quae ponit ps. Plac., Armillum : vas vinarium ; unde (Lucil. 767) « anus ad armillum ». Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 547, 13) : Armillum, quod est urceoli genus vinarii.

ARMO. Cf. infra, s. v. Tela (502, 7) ; Armita (4, 1) ; Arma (3, 24).

AERARIUS. Ipse Verrius (Festus quoque) aliter scripserat, ut puta : Aerarium populi Romani quod in aede Saturni est, etc. Hautsitne ex Festi sive hoc loco sive alio Schol. Isid. : Aedem Saturni a publica pecunia aerarium appellarunt quia pauperes adhuc Romani

Apricum locum, a sole apertum, a Graeco vocabulo φρίκη appellatur quasi ἀ-φρίκης id est sine horrore videlicet frigoris ; unde etiam putatur et *Africa* appellari. *Amoena* dicta sunt loca quae ad se amanda alliciant [id est trahant].

(Isid.) Amoena loca Varro dicta ait eo quod solum amorem praestant et ad se amanda adliciant. Verrius Flaccus quod sine munere sint nec quicquam his officia, quasi ' a-munia ', hoc est sine fructu, unde nullus fructus exsolvitur. Inde etiam nihil praestantes *immunes* vocantur. Aprica loca quae sole gaudent, quasi ἄνευ φρίκης, id est sine frigore ; sive quod sint aperto caelo. *Opaca* vero loca, quasi operto caelo, aprico contraria.

Adfecta femina vel in bonam partem dicitur velut honorata, <**ut a Plauto** (Rud. 418) « **item ut adfectam** »>, vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta <**aut mota animi**>.

Aquagium quasi ' aquae-agium ', id est aquae ductus, appellatur. *Aquaelicium* dicitur cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur, ut quondam [si creditur] *manali lapide* in Urbem ducto. *Aqua* dicitur a qua iuvamur.

Aqua et igni tam interdici solet damnatis quam accipiunt<ur> nuptae, videlicet quia hae duae res humanam vitam maxime continent. Itaque funus prosecuti redeuntes ignem supergradiebantur aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant *suffitionem*.

Axitiosi factiosi dicebantur cum plures una

---

aere utebantur ; et quod debebant aes alienum, quod possidebant aes suum dicebant ; unde et adhuc, quamvis mutatis speciebus, nomina tamen ipsa perseverant ? Cf. Varr. L. L. 5, 183 : Ab aere aerarium appellatum ; ibid. 181 : Quibus attributa erat pecunia ut militi reddant, tribuni aerarii dicti.

APRICA, AMOENA. Isidori locus (Etym. 14, 8, 33), quippe qui haec duo lemmata coniungat, manifestissime ex ipso Festo (saltem partim) sumptus est, non ex commentatoribus Vergilii (ad Aen. 5, 128 et 731 ; 6, 312 et 638), qui tamen ipsi ex Festo aut Verrio hauserunt. Verrius nomen Varronis intulerat, Festus Verrii.

Afr.] Africa, quod est calidior **Serv. auct.** (ad Aen. 5, 128), sine flatu et frigore **Isid. Diff.** (1, 42), et contra opacum condensum est et umbrosum, sicut et amoenum **Isid. Diff.** (cf. Fest. 200, 5, qui locus fortasse huc revocand. : Opaca vocantur umbrosa).

ADFECTA. Hinc Gloss. AA (=Abol.) Affecta : honorata, Affecta : in valetudinis periculum adducta aut mota animi in aliqua parte. Festum de adfecta femina disputasse neque Plautum citasse nolo credere ; nam ex versu illo Plautino tota pendet quaestio.

MANALI LAPIDE. Cf. infra, s. v. (115, 6).

AQUA. Aliter Varro L. L. 5, 122 : Aqua quod aequa summa (cf. Isid. Etym. 20, 3, 1 aqua generaliter vocata quod superficies eius aequalis sit ; hinc et aequora ; 13, 12, 1 ; 13, 20, 2). Et saepe Festus duo (vel etiam plura) etyma praebet e quibus unum (saepe quidem deterrimum) excerpit Paulus.

AQUA ET IGNI. cf. infra, s. v. Facem (77, 21). Cf. Varr. L. L. 5, 61 : Causa nascendi duplex, ignis et aqua, ; ideo ea nuptiis in limine adhibentur, etc.

SUFFITIONEM. Cf. infra, s. v. Exfir (69, 29 purgamentum ; unde adhuc manet suffitio).

AXITES. dii] Chaldaei **Birt** (Phil. Woch. 42, 333). Hinc Gloss. Philox. AX 3 Axites ἀποτελεσματικαί. Cf. Varr. L. L. 7, 66 : In Astraba « axitiosae annonam caram e vili concinnant viris » ; ideo in Sitellitergo idem ait « mulier est, uxorculavit, ego novi, scio axitiosa quam sit » ; Claudius scribit axitiosas demonstrari consupplicatrices, ab agendo

quid agerent facerentque. *Axit* autem dixisse antiquos pro egerit manifestum est ; unde *axites* mulieres sive viri dicebantur una agentes. **Plautus in Astraba (11) « axitiosae annonam caram e vili concinnant viris ». Consupplicatrices dicit>.**

<*Axilites*.. *axillae*, ut Varro dicit.. . *Alites* volatu auspicia facientes istae [putabantur] : buteo sanqualis inmusulus aquila vulturius.

Axamenta dicebantur carmina Saliaria quae a Saliis sacerdotibus componebantur in universos [h]om[i]nes composita .. in sacris Herculis . Nam in deos singulos versus ficti a nominibus eorum appellabantur, ut Ianuli <..>, Iunonii, Minervii.

Axis, quem Graeci ἄξονα dicunt, plures habet significationes. Nam et pars caeli septentrionalis, et stipes teres circa quem rota vertitur, et tabula sectilis axis appellatur.

Ador **vel adoreum** farris genus ' edor ' quondam appellatum ab edendo, vel quod aduratur ut fiat tostum ; unde in sacrificio mola salsa efficitur. *Adoriam* laudem sive gloriam dicebant quia gloriosum eum putabant esse qui farris copia abundaret. <.. *Adoriosus* gloriosus..>

(Plin.) Populum Romanum farre tantum ex frumento ccc annis usum Verrius tradit.

---

axitiosas ; ut ab una faciendo factiosae, sic ab una agendo axitiosae dictae. Cum Gloss. AA (= Abol.) ex Festo haec sumpserit, ' A[n]xitiosae : consolatrices dicit ', manifestum est Plautum a Festo citatum esse. Nimirum Verrius Ser. Clodium expilaverat.

AXIT. Cf. Non. 505, 27 : Axim egerim Pacuvius Periboea (298) « ut quae egi, ago vel axim verruncent bene ».

AXILITES. Antiquam vocabuli ' alites ' formam, nimirum in priscis libris auguralibus repertam (nam consonantes priscis temporibus non geminabantur), hic tractatam esse a Festo testatur ipse ordo lemmatum (cum Axitiosi praecedat, sequantur Axamenta, Axis), necnon Gloss. Philox. (nimirum ex Festo) AN 144 A[n]xilites : ὄρνιθες οἰωνοί (unde Gloss. Abba, Anxilites : aves, volucres ; Gloss. AA, Anxilites : aves auspicum).

AXILLAE. Cf. ad 23, 8, s. v. A[u]xilla. Hinc nimirum Gloss. Philox. AU 59 A[u]xíllae : μικρὰ πτερά, ὡς Βάρρων (unde Gloss. Ampl. I Auxillae : alae minores). Nam Festus alio loco scripsit, s. v. Oscines (214, 17) : Alites, quae alis ac volatu, ut buteo sanqualis aquila inmusulus vulturius. Cf. infra (519,5) Vexillum deminutivum est a velo.

ALITES. Paulum Diaconum satis fideliter Festum exscripsisse docet Serv. auct. Aen. I, 394 : Sane alites proprie dicuntur aves quae volatu auspicia faciunt, buteo sanqualis immussulus aquila vulturius. Huius doctrinae alias partes quas alphabetica dispositio separavit quaere s. vv. Buteo (29,12), Sanqualis (420,16), Inmusulus (101,1)

AXAMENTA. Cf. infra, s. v. Axare (7, 27 nominare). univ. omnes] cf. Löfstedt (Glott. 3, 173) ; et de re Serv. auct. in Geo. 1, 21. Hinc Gloss. Philox. AX un Axamenta : στίχοι ἐπι θυσιῶν Ἡρακλέους Ianuli Iunonii, <Ianuli> Minervii (cf. Macrob. 1, 9, 15 Ianum Iunonium) **Birt** (Phil. Woch. 42, 335). De aliis emendationibus cf. Mesk (ibid. 43, 143).

AXIS. Cum priore lemmate coniunge si Verrius ' axamenta ' universos omnes deos comprehendentia ad illum usum vocis ' axis ' revocat quem versus Saliaris testatur infra laudatus (24,6) : Axe adglomerati universi stantes.

ADOR. Hinc Gloss. Philox. AD 124 Adoriosus : ἔνδοξος, ὡς Πομπήϊος, Ador<ia> : νίκη, ὡς Πομπήιος, et fortasse AD 132 Ador[ia] : εἶδος σίτου : Abol. AD 5 Adorium : farris genus. Etiam Isid. Etym. 17, 3, 6, ni fallor (haec saltem) : Ador quondam appellatum ab edendo quia eo primo usi sunt homines, sive quia in sacrificio ipsius generis

Arma proprie dicuntur ab *armis*, id est humeris, dependentia, ut scutum gladius pugio sica ; ut ea quibus procul proeliamur *tela*.

Armita dicebatur virgo sacrificans cui lacinia togae in humerum erat reiecta. Legibus enim Laurentum sanctum est ne pomum ex alieno legatur « *in armum* », id est quod humeri onus sit.

Armentum id genus pecoris appellatur quod est idoneum ad opus armorum. Invenies tamen feminine *armentas* apud Ennium positum (Ann. 598.) :

<ipsius ad armentas eosdem>.

Album, quod nos dicimus, a Graeco quod est ἀλφόν est appellatum. Sabini tamen *alpum* dixerunt ; unde credi potest nomen *Alpium* a candore nivium vocitatum.

Albesia scuta dicebantur quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, usi sunt. Haec eadem *decumana* vocabantur quod essent amplissima, ut decumani fluctus.

Albiona (?) ager trans Tiberim dicitur a luco *Albionarum* (?) ; quo loco bos alba sacrificabatur.

Albula Tiberis fluvius dictus est ab albo aquae colore. *Tiberis* autem a Tiberi<n>o Silvio rege Albanorum quod is in eo extinctus est.

Ambo ex Graeco dictum videtur quod illi ἄμφω dicunt.

(Charis). Helenius Acron.. Verrium dicit errare qui putat hos ambo dici debere.

---

panis ad aras offerebatur ; unde et adorea sacrificia dicuntur. Isidori illud ' ad aras ' potest a prava lectione eius exemplaris, ut puta ' adaratur ', esse orta. Ex Plin. N. H. 18, 62 addidi Verrii verba quae huc fortasse sunt revocanda. mola salsa] cf. infra, s. v. Mola (124, 13).

ARMA. Hinc gl. decurtata Abol. AR 7 Arma : proprie dicuntur ab armis.

TELA. an <τηλόθεν, id est> procul (cf. infra, s. v., 502,4) ? Solent enim Graeca verba intercidere, Latina interpretamenta superesse (ut 6, 6).

ARMITA. virgo] sc. Vestalis. Cf. Dragendorff (Rhein. Mus. 51, 285). Hinc Gloss. Philox. AR 41 Armit [i]a : θυσιά <ζουσα>. Incertae originis est AR 37-38 Armites : ὁπλῖται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει, παράταξις ἐνόπλων. Corrige Thes. Lat. (Abstr. AR 38) Armitenens : armipotens.

ARMUS. Cf. supra, s. v. Armillum (2, 12).

ARMENTUM. Addiditne Festus etiam Varronianum etymon ? Cf. Varr. L. L. 5, 96 Armenta, quod boves ideo maxime parabant ut inde eligerent ad arandum ; inde ' arimenta ' dicta, postea I tertia littera extrita. Nam idem exhibet Isidorus (Etym. 12, 1, 8).

ALBUM. Cf. infra, s. v. Vitiligo (507, 15 in corpore hominis macula alba quam Graeci ἀλφόν vocant ; a quo nos album). Alb.] i. e. alba macula. Cf. 28, 14, s. v. Basiliscus. alpum *expectes* albuum. Cf. Conway (Ital. Dial. 309 A). Ex Glossario Abstrusa (non Abolita) pervenit (primitus ex scholio ad Verg. Ecl. 10, 23) gl. Abavus AL 44 Alpes : nives. Vera enim eius forma est (NI 27) Nives : Alpes. (Cf. Schol. Turonens. ad Verg. l. c. Nives vel hieme vel Alpes intellege).

ALBESIA. Suspicor Festum (Verrium saltem) de ea differentia disputasse de qua Varr. L. L. 8, 35 : Cum duae sint Albae, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses. Ab Ennio abiudicant, Lucilio addicunt docti, sed sine causa idonea, hemistichium fictum (1150)

decumana Albesia scuta.

DECUMANA. Cf. infra, s. v. Decumana Ova (62, 27 dicuntur, et decumani fluctus, quia sunt magna).

ALBULA. Cf. infra, s. v. Tiberis (503, 3 fluvius dictus a Tiberino rege Albanorum quod in eo cecidisset ; Tybris a Tybri rege Tuscorum). Hinc Gloss. AA (= Abol.) Albula : fluvius Italiae, id est Tiberis ; olim ab aqua sic nominabant (-natus ?).

AMBO. Charis] p. 119, 9 K.

Ambactus apud Ennium lingua Gallica servus appellatur (Ann. 605) « ambacti », id est servi coloni, « lixae ».

Am praepositio loquelaris significat circum ; unde supra servus *ambactus*, id est circumactus, dicitur.

Ambest <circumest> ita tertiae personae verbum est ut nullam aliam habeat declinationem.

Ambegni bos et verbix appellabantur cum ad eorum utraque latera agni in sacrificium ducebantur.

« *Ambidens* » sive *bidens* ovis appellabatur quae superioribus et inferioribus est dentibus.

« *Abemito* » significat demito vel auferto. *Emere* enim antiqui dicebant pro accipere.

Ambarvales hostiae appellabantur quae pro arvis a duobus Duodecim Fratribus sacrificabantur.

(Macrob.) Ambarvalis hostia, ut ait Pompeius Festus, quae rei divinae causa circum arva ducitur ab his qui pro frugibus faciunt.

Amburb[a]les hostiae dicebantur quae circum terminos urbis Romae ducebantur.

Ambustus circumustus.

Ambitus proprie dicitur circuitus aedificiorum patens in latitudinem pedes duos et semissem, in longitudinem idem quod aedificium ; sed et eodem vocabulo crimen avaritiae vel affectati honoris appellatur.

AMBACTUS. Hinc Gloss. Philox. AM 11 Ambactus : δοῦλος μισθωτός, ὡς Ἔννιος ; Gloss. AA (= Abol.) Ambactus : servus Gallice. Ambacti servi coloni lixae. Hanc glossam sic intellego : Ennianum est « ambacti, lixae » ; ambactus autem proprie dicitur servus coloni, sicut hodieque Cambrobritannice ' amaeth ', id est arator. Nam Ennium hanc ipsam formam ambacti (nom. plur. vel etiam gen. sing.) adhibuisse declarat Gloss. ps.-Placidi Amb<act>i : servi.

AMBEST. Hinc nimirum Gloss. AA (= Abol.) Ambest : circumest. Festus vix potuit illud ambest ad verbum sum referre (cf. Postgate, Class. Rev. 16, 111), nullo modo Verrius. declin.] i. e. non ' ambedit '.

AMBEGNI. Formae ' ambiegni ' favet cod. Varronis L. L. 7, 31 (ambiegna bos) ; ' ambigni ' codd. Fulgentii Serm. 6 (oves ambignas). Ex Fulgentio hauserunt Gloss. Vat. 1168 (ambignae oves), Gloss. Cas. 90 (abiegenae oves).

AMBIDENS. Suspicor Verrium sic scripsisse : Bidens, quasi ' ambidens '. Noli igitur credere illud ambidens verum esse Latini sermonis vocabulum.

BIDENS. Cf. infra, s. v. Bidental (30, 17), ubi diversum etymon profertur : Bidentes autem sunt oves duos dentes longiores ceteris habentes.

ABEMITO. Cum praecedentibus (et sequentibus) coniunge si verbum ' ambemo ' in initio lemmatis stetit, forma scilicet a Festo improbata. Hinc fortasse Gloss. Philox. AB 28 Abemit ab ea : accepit, ἔλαβεν. Triane illa verba citata erant a Festo ex vetere scriptore ?

EMERE. Cf. infra, s. v. (66, 21 quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro sumere).

AMBARVALES. Macrob.] 3, 5, 7. Licet Macrobiana ad hunc locum referre, cum Festus saepissime plura scripserit quam excerpsit Paulus. Licet ea ad alium locum, cum saepe bis vel etiam ter eandem rem Festus tractaverit.

AMBURBALES. Huic formae favent Servii codd. ad Ecl. 3, 77 : Amburbale vel amburbium dicitur sacrificium quod Urbem circuit et ambit victima. (Cf. infra, 16, 9 amburbium). Sicut Servius, nimirum Festus duo sacrificia ' ambarvale ' et ' amburbale ' una commentatione coniunxit.

AMBITUS. Cf. infra, s. v. (15, 20). Cf. Varr. L. L. 5, 22 : Ambitus circuitus ; ab eoque Duodecim Tabularum interpretes « ambitus parietis » circuitum esse describunt.

Adolescit a Graeco ἀλδήσκω, id est adcresco, venit. Unde fiunt adultus, adulescens ; *altare*, eo quod in illo ignis excrescit ; et *exoletus* qui excessit olescendi, id est crescendi, modum ; et *inolevit*, id est crevit. *Altaria* sunt (alii interpretantur ?) in quibus igne adoletur.

Aliuta (?) antiqui dicebant pro aliter, ex Graeco idallios (ἀλλοίως) transferentes. Hinc est illud in legibus Numae Pompili (15) : Si quisquam aliuta faxit, ipsos Iovi sacer esto.

Astu apud poetas astutia[m] significat, cuius origo ex Graeco [oppido] ἄστυ deducitur ; in quo qui conversati assidue sint, cauti atque acuti esse videantur. *Astutus* arte (astu) tutus.

Algeo ex Graeco ἀλγῶ ducitur, id est doleo ; ut sit frigus dolor quidam membrorum rigore coniectus.

Ast significat at, sed, autem.

Anus dicta est ab annorum multitudine, quoniam antiqui non geminabant consonantes ; vel quod iam sit sine sensu, quod Graece dicitur ἄνους.

Amussim regulariter ; tractum a regula ad quam aliquid exaequatur, quae amussis dicitur. Quidam amussim esse dicunt [non] tacite, quod *muttire* interdum dicitur loqui.

Adgretus (ag–), apud Ennium (Ann. 588) « adgretus fari » pro eo quod est adgressus ponitur ; quod verbum venit a Graeco ἐγείρομαι [surgo].

ADOLESCIT. Expectes in initio vocem a litteris AL– incipientem. An 'Αλδήσκω ? An Alesco ? Cf. Varr. ap. Censor. 14, 2 : (Varro putat..) adulescentes ab alescendo sic nominatos. Ecce diversa vocabula sub eodem lemmate, more Varronis in Ling. Lat., tractata neque adhuc per alphabeticam dispositionem disiecta. Sed Exoletus in suo proprio capitulo recurrit (70, 17 qui adolescere, id est crescere, desiit). Fortasse etiam Inolevit (apud Festum ; Paulus enim non conservavit). Cf. infra, s. v. Suboles (402,19) ; Indoles (94, 12). adoletur] an addend. <id est augetur> ? Cf. Serv. auct. Aen. 1, 704 (flammis adolere Penates) : Adolere proprie est augere ; in sacris autem κατ'εὐφημισμόν adolere per bonum omen dicitur ; nam in aris non adolentur aliqua sed cremantur et consumuntur.

ALTARIA. Cf. infra, s. v. (27, 1).

ALIUTA. Illud ' Aliutea ' in codice saec. xi. Ambrosiano repertum a Loewe (Prodr. 142) nihil est nisi prava transcriptio glossarum Ansil. AL 252-253 neque ullam causam praebet cur praeferas formam ' ali- utei ' (cf. ' aliubei ' id est alibi, in Lege Agr. [Corp. I 200]86) Cf. ita.

ASTU. Hincine Gloss. Ampl. II. (= Abol.) Astu : ingenio vel astutia ?

ALGEO. Nescio an per illud algu (abl. sing.) veterum poetarum a lemmate Astu ad lemma Algeo Verrius devenerit.

AST. cf. Klotz (Herm. 61, 33).

ANTIQUI NON GEMINABANT CONSONANTES. Cf. infra, 17, 22 ; 41, 21 ; 75,9 ; 222, 27 ; 244,2 ; 262, 18 ; 374,6 ; 484,7.

ANUS. mult.] quasi annosa **add. Isid.** (Etym. 11, 2, 28 anus dicitur sola mulier ; anus autem appellata a multis annis, quasi annosa. Nam si commune esset nomen, cur diceret Terentius [Eun. 357] : senem mulierem ?).

AMUSSIM. Hinc (ex prava lectione ' Amussi ') Gloss. Ab Abs. (=Abol.). Amusus : tacitus, non mutiens. Cf. infra, s. v. Examussim (70,21).

ADGRETUS. Res perobscura, quae tractatur etiam infra (68,14 Egretus et Adgretus) ; ubi vide ea quae dixi. Quam quidem sic explicare voluerim : Ennium in fine cuiusdam Annalium versus " adgrĕtŭs fari » scripsisse ; unde facta sit illa mira, et, ni fallor, unica forma quaesisse viros doctos ; ad titulum Accii fabulae Nyctegresia confugisse et ad Homericum

Agnus ex Graeco ἀμνός deducitur : quod nomen apud maiores communis erat generis, sicut et *lupus*, quod venit ex Graeco λύκος.

Aegrum ex Graeco ἄγριον appellatur : a quibusdam putatur a voce doloris appellari, quod est αἶ.

Annus ex Graeco venit, quem illi ἔνον dicunt ; et quod nos trimum, illi dicunt τριενον.

Alterum Sinnius ait idem significare quod apud Graecos ἕτερον. Quidam vero ex utroque esse compositum, ἄλλος et ἕτερος. Alter et pro non bono ponitur, ut in auguriis altera cum appellatur avis quae utique prospera non est ; sic *alter* nonnumquam pro adverso dicitur et malo.

Aliesis dies dicebatur apud Romanos obscenissimi ominis, ab Allia fluvio scilicet, ubi Romanus fusus a Gallis exercitus est. (Gell.) Verrius Flaccus in quarto de Verborum Significatu dies qui sunt postridie Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam dictos habitosque atros esse scribit. Urbe, inquit, a Gallis Senonibus recuperata, L. Atilius in senatu verba fecit Q. Sulpicium tribunum militum ad Alliam adversus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse ; tum exercitum populi Romani occidione occisum et post diem tertium eius diei Urbem praeter Capitolium captam esse ; compluresque alii senatores recordari sese dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res divina postridie Kalendas, Nonas, Idus a magistratu populi Romani facta esset, eius belli proximo deinceps proelio rem publicam male gestam esse. Tum senatus eam rem ad pontifices reiecit, ut ipsi quod videretur statuerent. Pontifices decreverunt nullum his diebus sacrificium recte futurum.

ἔγρετο ; ficticiam formam ' egretus ' ad explicandam veram formam adgretus adhibuisse. Quae tamen omnia cadant necesse est si ps.– Placidus, qui ipsa verba scriptorum veterum proferre solet, formam egretus revera profert in loco glossarii sui corrupto (Egretus : erectus, evigil, Expergito : velut somno ablato); quem alii aliter emendaverunt.

AGNUS fem., LUPUS fem. Cf. infra, 248, 6 ; 136, 16 ; 364, 7. Aliud etymon profertur infra s. v. (13, 15 ἀπὸ τοῦ ἁγνοῦ).

AEGRUM. Cf. gl. dubia Abol. (in serie Festina, ut vid.) AG 13 Aegrum : <a>nigrum (Atrum : nigrum **Goetz**). Potest Verrius a Graeca voce incepisse.

ANNUS. Sane videri potest ex Festo sumptus esse locus Isidori (Etym. 5, 36, 1) : Annus autem dictus quia mensibus in se recurrentibus volvitur ; unde et anulus, quasi annulus, id est circulus, quod in se redeat. Non habet doctrinam Varronis (L. L. 6, 8) : Tempus a bruma ad brumam dum sol redit vocatur annus, quod ut parvi circuli anuli, sic magni dicebantur circites ani, unde annus (cf. Isid. Nat. Rer. 6, 2). Venit tamen revera ex Servio ad Aen. 1, 47 et 269, sicut ea quae in Isidoro sequuntur ex Servio in Aen. 5, 85. Atei Capitoni doctrinam conservavit Macrobius (1, 14,5) : Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia veteres an pro circum ponere solebant, etc.

ALIESIS DIES Cf. 348, 26, s. v. Religiosus. Prisca forma exhibetur, nam in errore est Servius (ad Aen. 7, 717 infaustum interluit Allia nomen) : Sane ' Allia ' additum unum L propter metrum, ut ' relliquias ' ; Lucanus bene posuit (7, 633) « quas Aliae Clades » (*leg.* al–). Verrii verbis (ap. Gell. 5, 17) hunc commodum, si non verum locum concede. Cf. infra, s. vv. Nonarum Iduum Kalendarum Dies (186, 26) ; Religiosus (348, 26). Sunt qui ingenio coniecerint Verrium a praecedente lemmate sic pervenisse, ut puta : Alter pro non bono ; ergo non ' atri dies ' sed potius ' alteri dies ' ; qualis est dies Alliensis.

Allecti dicebantur apud Romanos qui propter inopiam <patriciorum> ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti. Nam *patres* dicuntur qui sunt patricii generis ; *conscripti*, qui in senatu sunt scriptis adnotati.

Altercatio iurgatio ; *alternatio* per vices successio.

Alma sancta, sive pulchra, vel alens ; ab alendo scilicet.

Altellus Romulus dicebatur, quasi altus in tellure, vel quod tellurem suam aleret ; sive quod aleretur telis ; vel quod a Tatio Sabinorum rege postulatus sit in conloquio pacis, et alternis vicibus audierit locutusque fuerit. Sicut enim fit diminutive a macro macellus, a vafro vafellus, ita ab alterno altellus. *Altus* ab alendo dictus ; alias ab altitudine altus.

Alterplicem duplicem. *Alterta* alterutra.

Alcedo dicebatur ab antiquis pro alcyone, ut pro Ganymede *Catamitus*, pro Nilo *Melo*.

Alica <**sine adspiratione**> dicitur quod alit corpus. *Alicariae* meretrices appellabantur in Campania solitae ante pistrina alicariorum versari quaestus gratia ; sicut hae quae ante stabula sedebant dicebantur *prostibula*. <.. **Plautus** (Poen. 266)>

ALLECTI. Inop.] inopiam patriciorum infra (304, 27). Cf. infra, s. v. Conscripti (36, 16) : s. v. Qui Patres Qui Conscripti (304, 25).

ALMA. scil. Venus (cf. pulchra) ? Hincine Gloss. Philox. AL 56 Alma : κλυτή, ἁγνή, ὡραία, θρέπτειρα?

ALTELLUS. Videlicet ex Festo hausit Gloss. Abba (= Abol.) Altellus : terra (–ae) nutritus, Al[ci]tellus : alte educatus (edoctus). Et gl. Philox. unde venit Gloss. Nom. Altellus : altus diminutive. Nam unus Verrius hoc nomen nobis conservavit. Sane placet ea interpretatio quae est in Gloss. Nom., quasi alumnulus (cum Reino) ; sed hoc glossarium saepissime latinograeci Glossarii Philoxeni verba male accepit. Cf. Herbig (Berl. Phil. Woch. 36, 1480).

ALTERPLICEM. Nimirum ex eodem veteris scriptoris loco prolatum ex quo ps.–Placidus Altriplicem (*var. lect.* ?) : duplicem, dolosum. Suspicor a gl. Philox. (male accepta) profectum illud quod ex fragmento Bernensi extraxit Loewe (Prodr. 160) Alterplex : alterna.

ALTERTA. Sicut dextera, dextra, sinistera, sinistra, ita altertera, altertra extitisse possunt ; nam syncopen ' alter(u)tra ' sibi habeat philologus Procrustes. Sed cur non etiam alterta (C. I. L. VI 9663,12), ut increbesco, praestigiae ?

ALCEDO. Infra (16, 28) etiam Alumento (pro Laumedonte). Quae Varro de halcyone disputat(L. L. 7, 88 haec enim avis nunc Graece dicitur ἀλκυών, nostri alcedo ; haec hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies Alcyonia appellant), ea etiam Festus aliquam partem hic (vel alibi) exhibuisse potest (cum citatione Plauti Cas. 26 vel Poen. 356) siquidem ex Festo hausit Gloss. AA (=Abol.) Alcedo : avis dicta <ἀλκυών> apud Graecos, quae in mari nidificat ; Gloss. Philox. TR 33 <Alcedo : >ἀλκυών ἀρχαίως, <Alcedonia : > tranquilla, γαλήνη.

CATAMITUS MELO. Cf. infra, 38, 22 ; 16, 29 ; 111, 24.

ALICA. Cf. Charis. 96, 9 : Alicam sine adspiratione dictam Verrius tradit ; et sic multi dixerunt, nisi quod Lucilius XV (496) « nemo est halicarius posterior te » cum adspiratione dixit ; Vel. Long. 68, 18 : Dicimus halicam et haliculam, cum ab alendo possit alica dici et aliculam existiment dictam quod alas nobis iniecta contineat.

ALICARIAE. Quis dubitat quin Festus et hic et infra (252, 14 Prosedas.. Prostibula) eum Plauti versum laudaverit quem alio loco (442,11) laudavit ? (Poen. 266) :

Prosedas, pistorum amicas, reliquias (reginas ?) alicarias.

Almities habitus almarum rerum.

Allus pollex **pedis**⌝ scandens proximum digitum ; quod velut insiluisse in alium videatur, quod Graece ἅλλεσθαι dicitur.

Alveolus tabula aleatoria.

Alvus venter feminae ab alendo dicta. Est enim generis feminini. <**Masculini..**>

Angor, id est animi vel corporis cruciatus, proprie a Graeco anchedellin (συνάγχη ?)⌝ id est strangulatione, dictus. Unde et faucium dolor *angina* vocatur.

Antigerio (–teg–) antiqui pro valde dixerunt.

Antehac Terentius pro antea ponit.

Anteurbana praedia Urbi propinqua.

Antarium bellum quod ante Urbem geritur.

<*An*>*axare* (anx–?) : nominare..

Antipagmenta (–tep–) valvarum ornamenta, quae antis adpinguntur, id est adfiguntur. *Antefixa* quae ex opere figulino tectis adfiguntur sub (super ?) stillicidio.

Aureax auriga. *Aureas* enim dicebant frenum, quod ad aures equorum religabatur ; *orias*, quo ora cohercebantur.

ALMITIES. Festum adiecisse crede ut puta ' apud veteres scriptores ', ' in precibus veterum ', et significationem vocabuli fusius tractasse, siquidem ex Festo hausit Gloss. Philox. AL 57, 59-60 Almities : αὔξησις ἀρχαίως. Almities : κάλλος, ἀνατροφή, ἀναγωγή. Potest tamen etiam ex Charisio (39, 24 : Almities almitiei εὐπρέπεια) hausisse Philoxenus.

ALLUS. Cf. infra, s. v. Hallus (91, 1 pollex pedis scandens super proximum). Hinc Gloss. Abba (=Abol.) Allux : pollex in pede.

ALVEOLUS. –lum **Paul.** (qui in hac re neglegentior esse solet ; cf. tamen 169,8).

ALVUS. Coniunge cum priore lemmate si credis Festo Isidorum usum in Differentiis (2. 68) : Alvus dictus eo quod in eum quasi in alveum humor cibo permixtus defluat. Cf. Serv. Geo. 2. 453. ‖ gen. fem.] De genere vocabuli si dixit Festus, exemplum masculini generis videlicet addidit. Cf. Non. 193, 22 : Alvus generis feminini.. masculino Accius in Annalibus (7) « ut quam fragilissimus alvos » et alius auctoritatis obscurae « Maia nemus retinens gravido concepit in alvo » ; Serv. Aen. 2, 51 : Plautus (Pseud. 823) masculino ait genere, quo non utimur.

ANGINA. Hincine Gloss. AA (=Abol.) Angina : συνάγχη, strangulatio ; Gloss. Philox. AN 50 Angina : συνάγχη, κύναγχος ?

ANTIGERIO. valde] adde « perquam, admodum », si venit ex Festo gl. AA (=Abol.) Antegerio : perquam, admodum. Cf. ps. –Plac. Antigerio : vel quem (i . e. aliquem ad modum vel inprimis. Cf. Quintil. Inst. 8, 3, 25 ; 1, 6, 40. Periit interpretatio in gl. Philox. (hinc sumpta ?) AN 92 Antigerio.

ANTEHAC. Terentius saepe, et Plautus, alii. ANTARIUM. Hinc Gloss. Cyrill. (=Philox. AN 83) Antarium bellum : ὁ πρὸ τῶν πυλῶν πόλεμος. Non est cur credamus Festum in errorem Servii aucti incidisse (ad Aen. 11, 156 ; Bellum antarium vocari solitum quod sit ante urbem, quasi ante aras).

ANAXARE. Axare **codd.** Ex Festo nimirum hausit Gloss. Philox. AN 7 Anaxant : ὀνομάζουσιν. Et ex Gloss. Philox. (ut puta Anaxati : ὀνομασθέντες) Gloss. Abba Anxati : vocati, nominati. Certius est igitur tert. plur. ind. et nom. plur. part. pass. Festum memoravisse quam infinitivum. Sed qua forma ? Ax– ? At vicina lemmata a litteris an– incipiunt. Anx– ? At illud axamenta (3, 12) potest nominationes, invocationes significare. Restat igitur composita, an-axo.

AUREAX. Ex Festo Gloss. Philox. AU 67 Aureax : solitarius ἱππαστής (unde Gloss. Abba Aureax : eques solitarius).

AUREAS. Cf. 24, 24, s. v. | dicebatur **Paul.** (qui solito more acc. cas. pro nom. duxerat). OREAS. Cf. 196, 36, s. v. Cf. Schol. Juv. 6, 345 dicebant.. auriga atque origa (cf. Arch Lat. Lex. 1, 290).

Auritus a magnis auribus dicitur, ut sunt asinorum et leporum ; alias ab audiendi facultate.

Aurum dictum quia praecipue custoditur ; Graece enim ὠρεῖν custodire dicitur, unde et *thesaurus*. Hippocrates medicus de nomine inventoris id dictum putat, quem vocitatum ait Aurion. Quidam ad similitudinem aurorae coloris nomen traxisse existimant ; nonnulli, quia mentes hominum avertat ; alii a Sabinis translatum putant, quod illi *ausum* dicebant.

Aurichalcum vel orichalcum quidam putant compositum ex aere et auro ; sive quod colorem habeat aureum. *Orichalcum* sane dicitur quia in montuosis locis invenitur ; mons etenim Graece ὄρος appellatur.

Acus dicitur qua sarcinatrix vel etiam ornatrix utitur. Paleae etiam quaedam de frumento *acus* dicuntur. Exercitus quoque instructio, quod ea pars militum vehementissima est ad hostem vulnerandum acumine telorum. Totum autem ex Graeco sermone trahitur, quoniam sarcire apud illos ἀκέσασθαι, dicitur.

Adsiduus dicitur qui in ea re quam frequenter agit quasi consedisse videatur. Alii assiduum locupletem, quasi multorum assium, dictum putarunt. Alii eum qui sumptu proprio militabat, ab asse dando vocatum aestimarunt (exist– ?).

Andruare, id est recurrere, a Graeco verbo ἀναδραμεῖν venit. Hinc et *drua* (?) vocata est. *Amtroare* (ant–) gratias referre. <**amtroato : exultato**>. *Truant* moventur. *Truam* quoque vocant quo permovent coquentes exta.

AURITUS. Vid ad Aurichalcum (infra). Cf. Gloss. Philox. AU 89 Auritus : ὠτοπετής, ὠτοπάροχος ὀξυακουσίλογος. Laudavitne Festus Plautum (ut infra, 188,9) ? Cf. Macrob. 6, 5, 6 : « Auritos lepores » non Maro primus usurpavit, sed Afranium sequitur qui in prologo ex persona Priapi ait « nam quod vulgo praedicant aurito me parente natum, non ita est ».

AURUM. Cf. 22, 5. thesaurum **Paul.** (suo more confundens casus vel scribendi notas). Hypsicrates **Scal.** (cf. Funaioli, p. 108). Diversae etymologiae, ab aura, favit Vergilius (cf. Serv. ad Aen. 6, 204).

AURICHALCUM. Fortasse cum priore lemmate coniungendum. Et certe quidem si eadem hic Festus tractavit quae infra (196, 27 auri, quod rustici orum . dicebant) ; etiam lemmata Aureax, Auritus (cf. ibid. ut auriculas, oriculas). De forma aurichalcum (quam solam Plautus novit) et doctiore forma ŏrichalcum (Vergilii, Horatii, etc.) vid. Thes. Ling. Lat.

ACUS. <Acies> exercitus **Scal.** (cf. Kretschmer, Glotta 6, 30). Alia etymologia infra est (23,6), s. v. Acies.

ANDRUARE. Trium huius vocis Saliorum formarum, andruare, antruare (amt–, –tro–), amptruare, prima (cf. Thurneysen, Kuhn Zeitschr. 32, 562, de ' quadrus ', ' triquetrus ') in Graeco veriloquio niti visa est, reliquae eandem varietâtem quam amtermini (ant–), ampterminі (16, 8) exhibent ; omnes nimirum in libris veteribus apparuerunt. Primam profert Nonius (165, 16), grammatico nescioquo usus, ex Lucilio (62) et Pacuvio (105) ; sed eosversus Festus cum memorat infra s. v. Redantruare (334, 19), tertiam formam scribit (et in lemmate, Redantruare, alteram). Ex hoc priore Festi loco hausit Gloss. Philox. (sed insipienter) AN 127 Antruare : σπηλεῦσαι(?). AN 128 Antrum : σπήλαιον), AN 43 'Andruare : ἀνδρίζεσθαι. Etiam Gloss. AA (= Abol.) Amtorbato quibus exultato (alii aliter emendaverunt) ; sed ex Fest. 334 Antruare : non (leg. motus ?) dare.‖ Antroare **Paul.** amtroato exultato addidi ex Gloss. AA (= Abol.) (ubi fort. –tro– ex –tru – erat correctum). Sed alio loco habet Gloss. AA (= Abol.) Redantruare : gratiam referre. Vide igitur

Acuped<ium> .. cui praecipuum erat in currendo acumen pedum.

Adrumavit rumorem fecit, sive conmurmuratus est. Quod verbum quidam a *rumine*, id est parte gutturis, putant deduci. ... *Conrumant* ..

Acieris securis aerea qua in sacrificiis utebantur flamines seu (?) pontifices. <**Plautus**..>

Aplustria navium (-is) ornamenta. Quae quia erant amplius quam essent necessaria usu etiam a(n)plustria dicebantur. **En-nius**..>.

Agina est quo inseritur scapus trutinae, id est in quo foramine trutina se vertit. Unde *aginatores* dicuntur qui parvo lucro moventur.

---

ne sic melius Festi locus adumbretur, ut puta : Amtroare (ant) dicitur a Saliis.. amtroato quibus exultato, unde apud Pacuvium redantruare gratiam (-as) referre. . antruant, quasi circum ' truant ', id est moventur, etc.

ACUPEDUM. Glossa perobscura : et quot homines, tot sententiae. Equidem duo haec mihi persuasa habeo, tum ps– Placidum ipsa verba veterum scriptorum proferre, tum hoc verbum semel modo repertum, et ad eundem locum et Festum et ps.– Placidum spectare. Testimonia igitur sic exhibeo : (1) ps. –Plac. Acupedum : velocitate pedum, acumine (agmine **codd**. Adde vel subaudi ' praeditum ') ; (2) Gloss. Cyrill. (Philox., ex hoc loco Festi) Acupedium : ὀξύποδ[ι]α ; (3) Paul. Acupedius dicebatur cui. etc. ; (4) Fest. (vel Festi codd. aliquot) Acupedium etc. Gloss. Serv. Gram. ex Gloss. Philox. sumptum esse, Gloss. Scal. Scaligeri coniecturam praebere vix est cur moneam. Illud tamen monendum, ps.–Placidum pro interpretationibus glossas marginales in suis veterum scriptorum libris adscriptas, et illas quidem saepe insipientes, saepius a veteribus glossographis traditas exhibere.

ADRUMAVIT. conrumant addidi (fortasse alieno loco) ex gl. decurtata Abol. (in serie Festina) COS Conrumant contio ubi vo... Ex Festo videlicet hausit Gloss. Cyrill. (Philox.) Adrumo, conrumo : φημίζω. Ex commentario Vergilii Gloss. Abstr. AD 85 Adrumavit : rumorem attulit. Utrum verbum conrumo (sed qua forma non constat) ps.– Placidus in vetere scriptore invenerit satis incertum est (cf. Thes. Gloss. s. v.).

RUMEN. Cf. infra, s. v. (332, 15).

ACIERIS. Ex Festo hausit Gloss. Philox. AC 27 Acceres : ἀξίνη ἱεροφάντου, ὡς Πλαῦτος Ex Gloss. Philox. vix venisse potest Gloss. Abba (cum Gloss. AA) Acerlis (vel Acersu) : securis quam flamines seu pontifices habebant. Immo glossa Abol. est et ex Festo excerpta, sed quantum mutata non liquet. flam. seu pont. **Gloss**. **Abol**. (ut vid.) : sacerdotes **Paul**.

APLUSTRIA. Duae glossae sunt in Gloss. Philox., AP 7 Aplustra : πτερὸν πλοίου, ὡς Ἔννιος. AP 32 Aplustra : ἄφλαστος καὶ τὸ ἄκρον τῆς πρώρας. Quarum illam esse Festinam, credo, hanc Iuvenalianam (cf. Schol. Iuv. 10. 136 aplustre] tabulatum ad decorandum superficium navis adpositum ; alii dicunt rostra navis ; ornamentum puppis ; ἄφλαστα) Ex Festo nimirum Gloss. Abol. AP 5 Aplustria : ornamenta navis.

AGINA. Hinc Gloss. Abol. AG 15 Agina : ictus (?) vel qua trutinae <pensio> perspicitur. Ex Schol. Verg., ni fallor, Gloss. Abstr. AG 14 Aginantes : explicantes (?). Ex Festo possunt venire glossae (aliquot, si non omnes) Glossarii Philox. AG 20. 28. 27 Aginat : διαπράσσεται, στρέφει, μηχανᾶται. Aginat : στραγγεύει. Aginare (-ri) : στραγγευεσθαι Earum ex ultima, ni fallor, Gloss. Aff. (cum Gloss. Ampl. II) Acinari : tricari, [in parvo morari. In script. vet. repperit ps. –Placidus aginam (acc. sing., cum glossa : scapum trutinae, quod eo mensura ponderis agatur), aginatorem (acc. sing., cum glossa : negotiatorem actus). Nescio unde Gloss. AA (quod glossarium complures Festinas glossas Glossarii Abol conservavit) Aginatus (-tor *Go* ².) : qui agit aliquid, id est negotiat, aut tricator est (em *codd.*), morator vacuus. Qua ex doctrina quantum Festus hoc loco exhibuerit vix ac ne vix quidem constat. Potest saltem illud aginari memoravisse.

Agonium dies appellabatur quo rex hostiam immolabat ; hostiam enim antiqui *agoniam* vocabant. ' Agonium ' etiam putabant deum dici praesidentem rebus agendis, *Agonalia* eius festivitatem. Sive quia ' agonos ' dicebant montes, Agonia sacrificia quae fiebant in monte ; hinc Romae mons Quirinalis *Egonus* (Ag– ?) et Collina porta *Egonensis* (Ag– ?). Agonium, id est ludum ; ob hoc dictum quia locus in quo ludi initio facti sunt fuerit sine angulo ; cuius festa Agonalia dicebantur.

Agea via in navi ; dicta quod in ea maxime quaeque res agi solet.

Agonias hostias putant ab agendo dictas.

Albogalerus (albus galerus ?) a galea nominatus. Est enim pilleum capitis quo Diales flamines, id est sacerdotes Iovis, utebantur. Fiebat enim ex hostia alba Iovi caesa, cui adfigebatur apex virgula oleagina.

Apluda est genus minutissimae paleae frumenti, sive panici <**sive mili**> ; de qua Naevius (Com. 117) : Non hercle apluda est hodie quam tu nequior. Sunt qui apludam sorbitionis liquidissimum putent genus, quod flatu deiciatur et quasi adplodatur.

Aridum proprie est quod naturalem humorem amisit. Dicitur autem per contrariam significationem quod inrigari desierit, nam ἀρδεύειν Graece inrigare est.

Aptus cum propria significatione intellegatur, poni tamen solet pro adepto, sicut [et] *apisci* pro adipisci.

Area proprie dicitur locus vacuus, quasi exaruerit et non possit quicquam generare.

AGONIUM. host.] cf. infra (9, 26), s. v. Agonias. Egon.] ut 304, 11 egonus **eod. Festi**. Et multa glossaria exhibent Egones : sacerdotes rustici (cf. Schol. Stat. Theb. 4, 463 : Agones.. victimatores). Hinc Gloss. Philox. AG 22-23 Agonalia et agonaria : θυσία, Agonia : ἱερεῖον ; Gloss. Abol. AG 14 Agonia : hostia. Cf. Varr. L. L. 6, 12 : Dies Agonales, per quos rex in Regia arietem immolat, dicti ab ' agon ? ', eo quod interrogatur a principe civitatis et princeps gregis immolatur ; 6, 14 : In libris Saliorum quorum cognomen Agonensium forsitan hic dies appelletur potius Agonia. Notissima est poetica disputatio de his vocabulis eleganter ab Ovidio facta (Fast. 1, 318). Quid igitur Festus scripsit ? Nescio ; sed discernere mihi videor quattuor etyma, a Festo nimirum suo quidque auctoris nomine ornata. Ea nomina Paulus more suo praetermisit ; ipsas sententias diversas obscurefecit.

AGEA. Addenda credo haec Isidori (Etym. 19, 2, 4) : Agea viae sunt, loca in navi per qua ad remiges hortator accedit ; de qua Ennius (Ann. 492) « multa foro ponet, et agea longa repletur » (*leg.* l. r. a. ?). Sed ex commentatione, ni fallor, Vergilii (ea tamen fortasse ex Verb. Signif.) hausit Gloss. Abstr. AE 26 A[e]geator : hortator. Ex Festo Gloss. Philox AG 2-3 Agea [r] : παραμένων (πορεία νεῶν vel παρ' Ἐννίῳ Scal.). Agea : πάροδος πλοίου. Etiam glossa (nisi Isidoriana est) Glossarii AA (= Abol.) Agea : via in navi longa (*leg.* loca ?) qua ad remiges hortatores solent ambulare. Potius tamen ex Gloss. Philox. emanavisse mihi videntur Gloss. Ampl. II Ageta (*pro* Ageia ?) : uta girum (*leg.* via in gyrum ?) navis ; Gloss. Aff. Agia : recurrens unda (ex illo ' uta ', ni fallor) ; Gloss. AA etc. Ageia : via navis in aqua dextra laevaque (illud ' in aqua ' additamentum crede).

AGONIAS. Hic locus fortasse supra reponendus s. v. Agonium.

ALBOGALERUS. Cf. Varr. Rer. Div. II (ap. Gell. 10, 15, 32) : Is (flamen Dialis) solum album habet galerum, vel quod Iovi immolata hostia albato fieri oporteat.

APLUDA. Ex Festo hausit Gloss. Abba (= Abol.) Ablunda (**scil.** abunda **corr.** apluda) panici et milii folliculus (–li).

AREA. Cum lemmate ARIDUM coniungendum monet Varr. LL. 5, 38 : Ubi frumenta secta ut terantur arescunt, area ; propter horum similitudinem in Urbe loca pura areae ; a quo potest etiam ara deum, etc.

Angulus a Graeco ἀγκύλον venit ; sive ab eo quod est ἐγγύς, id est prope, quod prope adducantur quae ex diverso coacta faciunt anguli formam.

Adfines in agris vicini ; sive consanguinitate coniuncti.

Anclare haurire, a Graeco descendit. Livius (trag. 30) : Florem anclabant Liberi ex carchesiis. *Anclabris mensa* ministeriis aptata divinis <**Naevius**..> Vasa quoque in ea, quibus sacerdotes utuntur, *anclabria* appellantur.

Ancunulentae feminae menstruo tempore appellantur ; unde trahitur *inquinamentum*.

Ancras convalles, vel arborum intervalla.

Arferia aqua quae inferis libabatur ; dicta a ferendo. Sive (*Arferial* ?) vas vini (–narium) quod sacris adhibebatur, <**quo vinum ad aras ferebant**>.

Adfatim dictum a copia fatendi, sive abundanter. Livius (com. 4) : Adfatim edi, bibi lusi. Terentius (?) ad fatim dixit pro eo quod est ad lassitudinem.

ANGULUS. adduc.] aduncantur **docti**. Aliter Varro L. L. 6, 41 : Ago.. hinc angiportum, quia nil potest agi ; hinc angulus quod in eo locus angustissimus cuius loci is angulus. Cf. Klotz (Arch. lat. Lex. 12,94).

ADFINES. Suspicor vocabulum a litteris an- incipiens prius tractatum, ut puta ' antifines ' (cf. antermini 16, 8) ; quamquam antiquitus, quod sciam, forma artines quidem in usu erat (cf. Prisc. gram. II 354, antiquissimi.. artines.. pro..adfines), non tamen ' antines ' (am). Ex Festo videlicet Gloss. Philox. AD 81-82. Adfinis : ὅμορος, προσγενής, ἀγχιτέρμων καὶ ὁ κατ' ἐπιγαμίαν συγγενής

ANCLARE-ANCLABRIS. Videor mihi in glossa corrupta iuncturam duorum lemmatum discernere. Gloss. AA (= Abol.). Anclare : haurire aut in aliquo loco [officio merentur] laborare. Nam credo illud ' officio mere ba>ntur ' glossam in Livii verbum anclabant (-cul)fuisse, et hoc loco discrimen, si quod est, inter anclare ' haurire ' et anculare ' ministrare ' (cf. 18, 17 ; 70, 18) tractatum. (Cf. infra, s. v. Escariae Mensae, 67, 28, Anclabris ea qua in sacrificando dis anclatur, quod est hauritur ministraturque). In Gloss. Philox. AN 31 Anglabres : τράπεζαι τρίγωνοι ὡς Νέβιος mihi videor talia Festi verba dispicere, ut puta : Alii ' anglabres ' eas vocitatas esse putant quasi quae tres angulos haberent. Sed quia res incertior, unum uerbum Naevius addidi. Qui mecum sentiunt plura addant. anclabria] –bra testatur, siquidem huc pertinet, Gloss. Philox. AN 90 Antelabra : εἴδη σκευῶν, ὡς καὶ βουτων (ex –τως). Cuius glossae finem alii alium ponunt, ὡς κιβωτόν, ὡς καὶ βουττίον (i. e. cupa), ὡς καὶ Βουτεων (i. e. Buteo.)

ANCUNULENTAE. Cf. 44, 11 s. v. Cunire (est stercus facere ; unde et inquinare).

ANCRAS. antras **Paul.** Ex eodem veteris scriptoris versu quo Verrius, credo, ps. –Placidus ancras (acc. plur.) protulit, cum eadem glossa ' convalles aut arborum intervalla ' ; (unde patet Festum eadem verba quae Paulus adhibuisse) ; ex alio angrae (nom. plur.), cum glossa ' intervalla arborum '. Ex Festo nimirum hauserunt Gloss. Philox. (cum Cyrill.) AN 24 Ancrae : ἄγκεα, αὐλῶνες. Ancr[i]a, convallis, φάραγξ. Etiam Gloss. AA (=Abol.) Ancrae : intervallum arborum vel spatium inter duos montes.

ARFERIA. Potest Verrius (Festus ?) a litteris ad incepisse, ut puta : Adfero antiquitus ' arfero ', etc. (cf. Prisc. gram. II 35,4). Ex Festo videlicet Gloss. Cyrill. (= Philox.) Adferial : ὕδωρ τὸ τοῖς νεκροῖς σπενδόμενον (unde insipienter, ut solet, Gloss. Nom. Adferial : aqua qua mortuus lavatur). Etiam Gloss. Abba (Abol) Arferia : vas vinarium cum quo vinum ad aras ferebant. Si igitur illud adferial (arf) verum est, crede duo vocabula Festum tractavisse, Paulum confudisse : Arferia (aqua), Arferial(e) vel Adf– (vas).

ADFATIM. Ter.] Vide infra, ad 330, 19, s. v. R–.

Ammenta (adm–) quibus, ut mitti possint, vinciuntur iacula ; sive solearum lora. Ex Graeco quod est ἄμματα sic appellata ; vel quia aptantes ea ad mentum trahant.

Adtegrare est vinum in sacrificiis augere. *Integrare* enim et adtegrare minus factum est in statum redigere.

Adtritum et *tritum* ex Graeco descendit, quia illi vestem tritam τρίβωνας appellant.

Adtestata dicebantur fulgora quae iterato fiebant : videlicet significationem priorum adtestantia.

Adtubernalis habitator continuae tabernae. Quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse testimonio sunt exterae gentes, quae adhuc tabulatis habitant aedificiis. Unde etiam tecta castrensia, quamvis pellibus contegantur, *tabernacula* tamen dicuntur.

Attae appellantur qui propter vitium crurum aut pedum <primis> plantis insistunt et attingunt terram magis quam ambulant. Quod cognomen Quintio poetae adhaesit.

Attam pro reverentia seni cuilibet dicimus, quasi eum avi nomine appellemus.

Adagia ad agendum apta.

AMMENTA. solearum lora] Cf. Plin. N. H. 34, 31. Hincine Gloss. Abol. AM 5 Amentum : ligamentum hastae ; Gloss. Philox. AM 37 Ammentum : ἅμμα λόγχης, λῶρόν ἐστιν ὅθεν κατέχεται ἡ λόγχη ? Cf. Isid. Etym. 18, 7, 6 : Amentum vinculum est iaculorum hastilium qui mediis hastis aptatur ; et inde amentum quod media hasta religatur ut iaculetur.

ADTEGRARE. At integrare est integrum reddere, et integer est intactus. Neque (quo omnia solvas) adintegrare antiquitus extitisse videtur. Rem igitur quomodo explicem haereo.

ADTESTATA. Cf. Senec. Nat. 2, 49, 2 : nomina fulgurum quae a Caecinna ponuntur.. peremptalia, quibus tolluntur priorum fulminum minae, adtestata, quae prioribus consentiunt, etc. Cf. Thulin (Arch. lat. Lex. 14, 389). Alias de fulguribus glossas quaere s. vv. Dium (66, 15) ; Peremptalia (236, 18 ; 284, 12) ; Postula<to>ria, Pestifera (284, 9-11) ; Pestiferum (230, 14) ; Provorsum (254, 1). Renovativum (366, 5).

ADTUBERNALIS. –tib– **codd.** Cf. Gloss. Philox. AT 29 Attubernalis : καπηλογείτων. Cf. 34, 4 s. v., Contubernales. De re cf. Serv. auct. ad Aen. 2, 464 : Olim sane domus de tabulis fiebant ; unde hodieque in aedificiis surgentibus primum et secundum tabulatum dicimus. TABERNACULA. Cf. infra, s. v. (490,19).

ATTAE. Ex Festo, credo, Gloss. Philox. AT 27 Atta : ὁ τοῖς ποσὶν ἀρχόμενος περιπατεῖν ; Gloss. Ampl. II (=Abol.) Atta : qui primis plantis ambulat. Contra glossa Horatiana (ad Epp. 2, 1, 79) mihi videtur Gloss. Cyrill. (=Philox.) Atta : ὁ ἄκροις τοῖς δακτύλοις ἐπιβαίνων. Sed res incerta. Tamen ausus sum illud ' primis ' addere, quod Philoxeno quasi , primus ' apparuit.

ATTAM. Cf. infra, s. v. Atavus (13,1 quia atta est avi, id est pater ut pueri usurpare solent).

ADAGIA. Cf. Donatus (ad Eun. 428) : Et dicta et proverbia et adagiones, quod rem agant, facetis hominibus adscribuntur (nisi revera glossa Festina se insinuavit). Aliter Varro (L. L. 7, 31) : Apud Valerium Soranum " vetus adagio est, O Publi Scipio " ; quod verbum usque adeo evanuit ut Graecum pro eo positum magis sit apertum : nam id est quod παροιμίαν vocant Graeci.. adagio est littera commutata ambagio, dicta ab eo quod ambit orationem neque in aliqua una re consistit sola. Ps.– Placidus profert (ex vetere scriptore nescioquo) adagione (abl. sing.) cum glossa ' proverbio '. Ex Gloss. Philox. AD 11, 12, 102, Adagium : προοίμιον, Adagiones ; προοίμια, Adagio : παροιμία. haud scio an iure colligere possis Festum etiam de forma adagio, –onis mentionem fecisse.

Adasia ovis vetula recenti partu.

Abrogare infirmare.

Ad aut proprie personam significat, ut : Eo ad Pompeium ; aut locum, ut : Eat ad theatrum. *Apud* mutuam loci et personae coniunctionem demonstrat, ut cum dicimus : Ceno apud amicum. *At* differentiam rerum significat, ut cum dicimus : Scipio est bellator, at Marcus Cato orator.

Addicere est proprie idem dicere et adprobare dicendo. Alias addicere damnare est.

Aedis domicilium in edito positum <**aut**> simplex atque unius aditus. Sive ideo aedis dicitur quod in eo aevum degatur, quod Graece αἰών vocatur. Itaque *aedificare* cum sit proprie aedem facere, ponitur tamen καταχρηστικῶς in omni genere constructionis.

Aedituus aedis sacrae tuitor, id est curam agens. *Aeditimus* ' aedis intimus '.

Aedilis initio dictus est magistratus quia aedium non tantum sacrarum, sed etiam privatarum curam gerebat. Postea hoc nomen et ad magistratus (?) translatum est. Dictus est autem aedilis quod facilis ad eum plebi aditus esset. Sed et *aedilatus* (-litas ?) dicebatur eadem dignitas, sicut pontificatus, magistratus.

Atrium proprie est genus aedificii [ante aedem] continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia descendit. Dictum autem atrium vel quia id genus aedificii Atriae primum in Etruria sit institutum, vel quod a terra oriatur, quasi ' aterrium '.

Avus patris matrisque pater ; dictus a Graeco vocabulo quod est apud eos πάππος, mutatis quibusdam litteris. Alii volunt quod ex ea voce appelletur quod apud eosdem Graecos αὖος (?) appellatur significatque magnum, quoniam veluti magnus pater sit avus. Alii putant avum dictum esse quia ad duos attineat, quasi ' adduum ', vel quia ad patrem sit additus. *Abavus* dicitur quia abest ab avo et est avus avi. *Atavus*, quia *atta* est avi ; id est pater, ut pueri usurpare solent. *Avunculus* matris meae frater, traxit appellationem ab eo quod aeque tertius a me ut avus est, sed non eiusdem iuris ; ideoque vocabuli facta deminutio est. Sive avunculus appellatur quod avi locum optineat et proximitate tueatur sororis filiam. *Amita* patris mei soror, quia similiter

---

ADASIA. Ex Festo Gloss. AA (=Abol.) Adasia : ovis maior (*leg.* maior natu ?) quae peperit. Ex glossa deperdita Glossarii Philox., ni fallor, venit Gloss. Ab Abs. Adasia : ovis maior natu. Etiam Gloss. Nom. (insipienter) Adasa : pro senectute sterilis.

ABROGARE. A verbo adrogare incepisse aut Festum aut saltem Verrium crede. Composita quaere s. vv. Derogare (61, 2 detrahere est), Exrogare (72, 2), Obrogare (203,3.) (Quae omnia (vel pleraque) uno in loco olim stetisse crede et alphabetica dispositione esse longe disiecta.

AD, APUD, AT. eo ad Pompeium] Pompei Festi verba, non Verrii.

AEDIS. Aliter Varro L. L. 5, 160 : Aedis ab aditu, quod plano pede adibant : itaque ex aedibus efferri indictivo funere praeco etiam eos dicit qui ex tabernis efferuntur, et omnes in censu villas dedicamus aedes.

AEDITUUS, AEDITIMUS. Cf. Varr. ap. Gell. 12, 10, 4 ; Varr. R. R. 1, 2, 1 ; L. L. 7, 12 etc. Et vide infra ad Meditullium (110, 28).

AEDILIS. Cf. Varr. L. L. 5, 81 : Aedilis qui aedis sacras et privatas procuraret.

ATRIUM. Cf. Serv. auct. ad Aen. 1, 726 : Alii dicunt Atriam Etruriae civitatem fuisse, quae domos amplis vestibulis habebat ; quae cum Romani imitarentur atria appellaverunt ; Varr. L. L. 5, 161 : Atrium appellatum ab Atriatibus Tuscis ; illinc enim exemplum sumptum.

tertia a me sit atque avia, videri potest dicta ex eo quod ab antiquioribus ' avita ' sit vocitata. Sive amita dicta est quia a patre meo amata est. Nam plus sorores a fratribus quam fratres diligi solent, videlicet propter dissimilitudinem personarum, quae ideo minus habent dissensionis quo minus aemulationis.

Avillus agnus recentis partus. *Agnus* dicitur ἀπὸ τοῦ ἁγνοῦ, quod significat castum, eo quod sit hostia pura et immolationi apta.

Avere nihil aliud est quam cupere. Argumento est avidum et aviditate[m], ex quibus praecipua cupiditas intellegitur ; cum significet et gaudere. <.. « **aventibus** » >.

Adscripti dicebantur qui in colonias nomina dedissent ut essent coloni. *Adsciscere* est adiungere vel adsumere. *Adscripticii* vel, uti quidam, <*ad*>*scripti*<*vi*> dicebantur qui supplendis legionibus adscribebantur. Hos et *accensos* dicebant, quod ad legionum censum essent adscripti. Quidam *velatos*, quia vestiti inermes sequerentur exercitum. Nonnulli *ferentarios*, quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent quae in hostes iacerent. Alii *rorarios*, quod id genus hominum, antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicaret.

Auctarium (–tua– ?) dicebant antiqui quod

AVILLUS. Ex Festo Gloss. Abba (=Abol.) Avillus : agnus recens natus.

AGNUS. Aliter supra, s. v. (6, 7 ex Graeco ἀμνός deducitur).

AVERE. Cf. Gloss. Abol. (AV 16 Aventes : cupientes vel gaudentes). Quae glossa, Festina sine dubio (nam quis alius avere pro gaudere habet ?), monet ne ' audere ' legamus obsecuti Glossario Aff. (=Abol.) Aventibus : <g>aud[i]entibus. Ex salutatione ave, Graece χαῖρε,, facile itur ad illud avere gaudere.

ADSCRIPTI. Vel uti] *vel* veluti. Cum toto loco cf. Varr. L. L. 7, 56-58 ; In Menaechmis (183) " idem istuc aliis ascriptivis fieri ad legionem solet " ; ascriptivi dicti quod olim ascribebantur inermes armatis militibus qui succederent, siquis eorum deperisset : in Trinummo (455) " nam illum tibi ferentarium esse amicum inventum intellego " ; ferentarium a ferendo, id est inane ac sine fructu, aut quod ferentarii equites hi dicti qui ea modo habebant arma quae ferrentur, ut iaculum ; huiuscemodi equites pictos vidi in Aesculapii aede vetere et Ferentarios ascriptos : in Frivolaria (fr. iv) " ubi rorarii estis ? adsunt. ubi sunt accensi ? ecce » ; rorarii dicti ab rore qui bellum committebant, ideo quod ante rorat quam pluit : accensos ministratores Cato (p. 81, 14 Jord.) esse scribit ; potest id ab arbitrio, nam <ab censione> id est ab arbitrio eius cuius minister ; Vit. Pop. Rom. III ap. Non. s. v. Accensi, s. v. Rorarii, s. v. Legionum (520,7 ; 553,6 ; 57,5) : I quidem ascriptivi, cum erant adtributi decurionibus et centurionibus qui eorum habent numerum, accensi vocabantur ; eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant fundis et lapidibus, his armis quae ferrentur, non quae tenerentur, .. rorarii appellati quod imbribus fere primum rorare incipit ; .. tum appellatus est dilectus et ab electione legio ; ab hac supervacaneorum consuetudine adscribuntur. Cf. infra, s. vv. Accensi (17,1 dicebantur qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur, dicti ita quia ad censum adiciebantur), Velati (506,23), Ferentarii (75,14 ; 83,2 ; 506, 25). Rorarios (323,8). Et ex uno exemplo disce quomodo eadem doctrina per diversas libri partes secundum alphabeticam dispositionem disiecta sit. Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 30).

AUCTARIUM. Videlicet ab illo ' adiciebatur ' vel vocabulo a litteris ad– (vel ar–, antiqua forma) incipiente, ut puta ' adiectus ' (cf. epitheca Plaut. Trin. 1025), inceperat Verrius. Gloss. Philox. AB 31. Auctuarium : ἐπίμετρον. In Plaut. Merc. 490 (auctarium adicito vel

super mensuram vel pondus iustum adiciebatur, ut *cumulus* vocatur in modio. *Auctum* vocabatur spatium circi quod super definitum modum victoriae adiungitur.

Argennon (ἀργεννόν) (?) argentum percandidum.

Arbiter dicitur iudex quod totius rei habeat arbitrium et facultatem.

Amicinus utris pediculus ex quo vinum defunditur.

Arbosem pro arbore antiqui dicebant, et *robosem* pro robore.

Arbitrium dicitur sententia quae ab arbitro statuitur. *Arbitrarium* cum adhuc res apud arbitrum geritur.

Amicitiae vocabulum ab amore deducitur, quamvis interdum vituperandus sit amor. Ab antiquis autem *ameci* et *amecae* per E litteram efferebantur.

Adpromissor est qui quod suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit.

Adversus aut contrarium significat aut idem quod erga.

Arcere est continere. Unde et *arcus* in aedificiis dictus est quia se ipse continet. Alii dicunt arcum dictum esse ab opere arrigendo in altitudinem.

Arcera genus plaustri est modici quo homo gestari possit.

Argeos vocabant scirpeas effigies quae per virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim.

---

mille nummum plus quam posset) utraque forma, auctarium et auctuarium, metro et manuscriptis conveniat (auctarium **P**, auctorarium **A**).

CUMULUS. Cf. Epiphanius de Mensuris 6 : Satus modius est cumulatus, ita ut modio adiectus quartae suae mensurae cumulus quinta cum sui parte superare ceteros faciat. Unde usitatum illud ' cumulus accedit '.

AUCTUM. Anglice ' handicap '.

AMICINUS. Ex Charisio potest venire Gloss. Philox. AM 31 Amicinus : ἀσκοῦ στόμα· Cf. Gloss. Cyrill. Ἀσκοῦ στόμα : hic amicinus. amicinum **et** pediculum **Paul.** (solito suo errore).

ARBOSEM. Cf. 280, 9, s..v. Properiem. Vergilius, antiquitatis amans, formam arbos (nom. sing.) semper adhibet, arbor numquam.

ARBITRIUM. In promptu est hoc lemma et Amicinus inter se transponere.

AMICITIAE. amecus] C. I. L. IV 3152 [a] ?, XIII 3430 ?

ADPROMISSOR. Cf. Landgraf ad Cic. Rosc. Amer. 9, 26.

ADVERSUS. In prisco sermone arvorsus.

ARCERE. Cf. infra, s. v. (prohibere est.. et pro eo quod est continet ponitur) ; s. v. Noverca (180, 4 arcendae familiae gratia, id est coercendae).

ARCERA. arcirma **codd.** Ex Festo per Gloss. Abol. potest venire Gloss. Abba Arcera : plaustrum. Sed potest ex glossa illa Festina deperdita venire Glossarii Philox. unde Gloss. Nom. Arcera : plaustrum, vehiculum lignorum. Similiter Gloss. AA Arcida (-cera) : vehiculum. Cf. Varr. L. L. 5, 140 : Arcera, quae etiam in Duodecim Tabulis appellatur ; quod ex tabulis vehiculum erat factum ut arca, arcera dictum. Coniunge igitur hoc lemma cum praecedente (cf. infra, 15, 4 arca, in qua quae clausa sunt tuto manent ; cuius ipsius origo ab arcendo pendet).

ARGEOS. Hoc quoque lemma cum superioribus coniunge. Cf. infra, s. v. Sexagenarios De Ponte (452, 11 latebras autem eius quibus arcuerit senem, id est cohibuerit et celaverit, sanctitate dignas esse visas, ideoque Arcaea appellata). Hincine Gloss. Philox. AR 23 Arg e i [arra] : ἀφιδρύματα (unde, ni fallor, Gloss. Abba Arg e i : simulacra) ?

Arcere prohibere est. Similiter *abarcet* prohibet. *Porcet* quoque dictum ab antiquis quasi porro arcet. Et pro eo quod est continet ponitur ; unde *coercere* continere dicimus. Trahitur autem hoc verbum a Graecorum magistratu quem illi ἀρχήν vocant, in cuius potestate est vel cogere vel prohibere.

Arcani sermonis significatio trahitur sive ab *arce* quae tutissima pars est Urbis ; sive a genere sacrificii quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari ut ne litteris quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur ; sive ab *arca*, in qua quae clausa sunt tuto manent, cuius ipsius origo ab arcendo pendet.

Arculum appellabant circulum quem capiti inponebant ad sustinenda commodius vasa quae ad sacra publica capite portabantur. *Arculus* [putabatur esse] deus qui tutelam gereret arcarum. *Arculata* dicebantur circuli qui ex farina in sacrificiis fiebant.

Arciva dicebatur avis quae in auspiciis vetabat aliquid fieri. <..**arcivus** ?.>

Asseres dicti quod assideant parieti trabibusque.

Assaratum apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis ex vino et sanguine temperatum quod Latini prisci sanguinem *as*[*s*]*er* vocarent.

ABARCET, COERCET. Hinc Gloss. AA (=Abol.) Abarcet : prohibet, vetat, Coercet : prohibet, vetat Coercet : castigat, continet, cruciat. Cf. infra, s. v. Abercet (24,4 prohibet).

PORCET. Cf. infra, s. v. Porcae (244,7 sulci.. dicti quod porcent, id est prohibent aquam frumentis nocere).

ARCANI, ARCE, ARCA. Hoc lemma cum praecedente ut iungamus suadet illud Varronis (L. L. 5, 151) : Arx ab arcendo, quod is locus munitissimus Urbis, a quo facillime possit hostis prohiberi ; (5, 121) : Arca quod arcebantur fures ab ea clausa. Et vide ne ex Festo hauserint Gloss. AA (=Abol.) Arx : summa pars civitatis, dicta quod altitudine sua hostis prohibeat, id est Capitolium ; Isid. Etym. 15, 2, 32 : Arces sunt partes urbis excelsae atque munitae, nam quaecumque tutissima urbium sunt ab arcendo hostem arces vocantur, unde et arcus et arca (cf. ibid. 18, 9, 5 Arcus vocatus eo quod arceat adversarium ; inde et arces dicuntur, a quibus arcentur hostes, etc. ; 20, 9, 2) ; Isid. Diff. 1, 9 : Arcanum vero ab arca vel ab arcendo, eo quod ab eo omnes arceantur, id est prohibeantur ; inde et arces dicuntur a quibus arceantur hostes ; inde et arca, eo quod arceat furem ; inde et arcus, eo quod arceat adversarium.

Urbis] i. e. Romae, ut scribatur suadet tum Gloss. AA : 'id est Capitolium', tum ea quae Paulus adicit de Capitolinis sacris. auguribus] Cf. infra, s. v. Auguraculum (17,14).

ARCULUM. Et caesticillum (vide infra, s. v., 39,4). Certe ex Festo hausit Gloss. AA (= Abol.) Arculus : circulus quem in capite habent quae gerunt vasa. Minus certe Gloss. Ab Abs. Arculus : circulus, quod ubique arceat. Cf. Serv. auct. ad Aen. 4, 137 : flaminicam habere praecipitur, etc. Qui locus Verrianus esse potest ; saltem illud 'quae' glossae AA indicio est Festum de flaminica etiam dixisse. Cf. 101,5 Inarculum. ARCULATA circ.] Cf. Varr. L. L. 5, 106 (de libis) : Circuli, quod mixta farina et caseo et aqua circuitum aequabiliter fundebant.

ARCIVA. arcula **Paul.** Hoc lemma (cum praecedente ARCULUM-ARCULUS-ARCULATA) ut cum lemmatis Arcere (prohibere), Arcani coniungamus suadet Isid. Etym. 20, 9, 2 : Arca dicta quod arceat visum atque prohibeat ; hinc et arcivum ; hinc et arcanum, id est secretum unde ceteri arcentur. Qui nimirum ea ex Festo excerpsit. Ex Festo Gloss. AA (=Abol.) Arciva : avis vetans : Gloss. Cyrill. (=Philox) Arcivus : κωλυτικός. Cf. infra, s. v. Admissivae Aves (20,1).

ASER. Hinc Gloss. Philox. AS 29 Asaer : αἷμα ; Gloss. AA Ascer : sanguis, cruor.

Ambices regulae quae transversae asseribus et tegulis interponuntur.

Antes sunt extremi ordines vinearum. Unde etiam nomen trahunt *antae* quae sunt latera ostiorum.

Ambitus proprie dicitur inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus. Ex quo etiam honoris ambitus dici coeptus est, a circumeundo supplicandoque. *Ambitio* est ipsa actio ambientis.

Amnis proprie dicitur a circumeundo; quoniam *am* ex Graeca praepositione sumptum quae est ἀμφί significat circum, et *nare* fluere.

Ambiguum est quod in ambas agi partes animo potest. Huiusmodi apud Graecos ἀμφίβολα dicuntur.

Ambrones fuerunt gens quaedam Gallica qui subita inundatione maris cum amisissent sedes suas, rapinis et praedationibus se suosque alere coeperunt. Eos et Cimbros Teotonosque C. Marius delevit.

AMBICES, nimirum ' ambi-iectae ' (velut obices, etc.) Hinc, ni fallor, Gloss. AA (=Abol.) Abices : lateres vel summitates laterum. (Vide infra.)

ANTES. ANTAE. Cum alii dicant antes esse nil nisi ordines (vitium, equitum), cur Verrius extremos esse ordines dicit? Qui quidem potest vocabulum ad praepositionem am- revocasse et ita per hoc lemma ex Ambices ad Ambitus devenisse. Sed aliam viam monstrat Servius ad Geo. 2, 427 (ubi legit ' effectus extremos ') : Antes alii extremos vinearum ordines accipiunt, alii macerias quibus vineta cluduntur.. dicuntur autem antes a lapidibus eminentioribus qui interponuntur ad materiem sustentandam ; nam proprie antes sunt eminentes lapides vel columnae ultimae quibus fabrica sustinetur, et appellantur antes ἀπὸ τοῦ ἀντιστήκειν, ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere, qui ante stant. Locus enim Servianus suspicionem movet amb[r]ices et antes fere idem valuisse, quasi ' regulas ' quibus fabrica sustinetur. Vide igitur ne sub uno lemmate Verrius tractaverit Asseres (unde divagatur ad Asseratum), Ambices ' summitates laterum ', Antas, Antes. Etiam Nonius, adnotatione marginali ad Geo. 2, 417 usus, coniungit, itidem ut Verrius, antes et antas (30, 4) : Antes sunt quadraturae, unde et antae dictae sunt quadrae columnae. Ex Festo, ni fallor, Gloss. Abol. AN 4 Antae : regimen parietum ; Gloss. Cyrill. (= Philox.) Anta : ἐξοχὴ ξύλου ἢ βάσεως.

AMBITUS. Cf. 5, 6. Ex Festo, credo, Isid. Etym. 15, 16, 12 : Ambitus inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus (quae tamen sequuntur, ' et ab ambulando dictus ' Isidori, non Festi, esse videntur ; nam Festus hic et in sequentibus versibus de praepositione am- vel amb- vel ambe- ' circum ' dicit). Unde patet hanc loci Festini partem a Paulo plene exscriptam esse.

AMNIS. Alibi (53, 4 ; 296, 26 ; 446, 11) memoratur antiquos hanc amnem dixisse. Hincine Gloss. Abav. (=Abol.) AM 34 Amnis : fluvii circuitus ?

Cum toto loco (et vicinitate) cf. Varr. L. L. 5, 27 sqq. : Flumen : quod fluit continue ; amnis : id flumen quod circuit aliquod, nam ab ambitu amnis ; ab hoc qui circum Aternum habitant Amiternini appellati ; ab eo qui populum candidatus circumit, ambit, et qui aliter facit indagabili ex ambitu causam dicit ; itaque Tiberis amnis, quod ambit Martium campum et Urbem ; oppidum Interamna dictum quod inter amnis est constitutum ; item Antemnae, quod ante amnis qua Anio influit in Tiberim, quod bello male acceptum consenuit.

NARE. Cf. 166, 32, s. v.

AMBRONES. In vetere scriptore nescioquo invenit ps.-Placidus ambronem (acc. sing) cum glossa ' perditae improbitatis, a gente Gallorum qui cum Cimbris Teutonisque grassantes periere '. Suspicor Verrium gentis nomen quasi ' amb-errones ', i. e. qui circum errant, interpretatum esse. Cf. infra, s. v. Cimbri (37,29).

Ex quo tractum est ut turpis vitae homines ambrones dicerentur.

Antiae muliebres capilli demissi in frontem. Appellati ex Graeco videntur. Quod enim nos contra, illi ἀντίον dicunt.

Amneses appellantur urbes sitae prope amnem, ut a mari *maritimae*. Unde *Interamna*[*e*] et *Antemnae* dictae sunt quod inter amnes sint positae vel ante se habeant amnes.

Amptermini qui circa terminos provinciae manent. Unde *amiciri, amburbium, ambarvalia, amplexus* dicta sunt.

Angiportus iter compendiarium in oppido ; eo quod sit angustus portus [id est aditus in portum]. *Angeronae* deae sacra a Romanis instituta sunt cum angina omne genus animalium consumeretur ; cuius festa *Angeronalia* dicebantur.

(Macrob.) Verrius Flaccus Angeron[i]am dici ait quod angores ac sollicitudines animorum propitiata depellat.

Actus modo significant in comoediis et tragoediis certa spatia canticorum. Modo iter inter vicinos quattuor pedum latum. Modo in geometrica minorem partem

---

ANTIAE. dimissi codd. De glossis cf. Pirie (Class. Quart. 19, 195). Nemo vocabulum ad praepositionem am ' circum ' revocavit, nisi forte, id quod suspicor, Verrius.

AMNESES. Prisca forma (pro ' amnenses ') et sermoni veterum legum idonea.

De Interamna et Antemnis confer ea quae supra (ad Amnis) ex Varrone protuli. Adde Serv. ad Aen. 7. 631 : Antemnae dictae sunt quod eas amnis praeterfluit, quasi ante amnem positae (quae verba Isidorus Etym. 19, 2, 7 ridicule de antennis navium usurpat).

AMPTERMINI (Cf. 19, 16 Amsegetes). Catonianum illud tractatur ' amterminum (gen. plur.) oratorum '. Cf. Macrob. 1, 14, 5 : hinc et Ateius Capito annum a circuitu temporis putat dictum, quia veteres an pro circum ponere solebant, ut Cato in Originibus : « oratorum amterminum » ; id est circum terminum, et ambire dicitur pro circumire, Ex Festo hausisse videtur Gloss. Philox. (cum Cyrill.) AM 43 Amterminus : ὅμορος, <ῷ> διχόθεν ὅρος. Sicut igitur infra dixit Festus (18,10 Anceps significare videtur id quod ex utraque parte caput habeat), itidem hic dixit, ut puta : quod ex utraque parte terminos habent>. Etiam (quam glossam doleo corruptam esse) Gloss. AA (= Abol.) Amsterminio : confidentia. Quam si sic emendas Amterminia : confinia, ea duo verba supra adde. AMICIRI. Cf. ad 26, 4 Amiculum. AMBURBIUM, AMBARVALIA. Cf. 5, 1-4, s. v. Ambarvales.

ANGIPORTUS. Cf. Donat. ad Adel. 578 : Angiportum, id est angusta et curva via, quasi ' anguiportus ', ut Angitia et Anguitia ; alii quod inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos, nam domos vel portus vel in ulas veteres dixerunt. Aliter Varro L. L. 6, 41 : hinc (ab ago) dicimus angiportum, qua nihil potest agi. Sic tamen lego L. L. 5, 145 : quod exitum non habet et pervium non est, angiportum ; si id angustum, ab a<n>gendo et portu. Ex Festo hausit Gloss. AA (= Abol.) Angiporto : portu sive vico angusto. Crede igitur hic Festum abl (?) sing. alicunde citavisse.

ANGERONAE. Hinc nimirum Gloss. Philox. AN 37 (Verrii sententia praelata) Angeronia : ἡ θεὸς τῆς βουλῆς καὶ καιρῶν Cf. Macrob. 1, 10, 7 Duodecimo vero (Kal. Ian) feriae sunt divae Angeroniae, cui pontifices in sacello Volupiae sacrum faciunt ; quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait quod angores ac sollicitudines animorum propitiata depellat : Masurius adicit simulacrum huius deae ore obligato atque signato in ara Volupiae propterea collocatum quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant perveniant patientiae beneficio ad maximam voluptatem : Iulius Modestus ideo sacrificari huic deae dicit quod populus Romanus morbo, qui angina dicitur, praemisso voto sit liberatus. || Angeronalia]. Cf. Varr. L. L. 6, 23 Angeronalia ab Angerona, cui sacrificium fit in curia Acculeia et cuius feriae publicae is dies.

ACTUS. Cf. infra, s. v. Agere (21, 13). Ps.– Placidus ex vetere scriptore protulit actum

iugeri, id est centum viginti pedum. Modo motum corporis, ut histrionum et saltatorum, qui etiam ex hoc ipso *actuosi* dicuntur.

Auxiliares dicuntur in bello socii Romanorum exterarum nationum ; dicti ex Graeco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus rerum crescentium actionem.

Ausoniam appellavit Auson (–nus ?), Ulixis et Calypsus filius, eam primum partem Italiae in qua sunt urbes Beneventum et Cales ; deinde paulatim tota quoque Italia quae Appennino finitur dicta est Ausonia ab eodem duce ; a quo urbem etiam conditam *Auruncam* ferunt.

Alumento pro Laumedonte a veteribus Romanis necdum adsuetis Graecae linguae dictum est. Sic *Melo* pro Nilo, *Catamitus* pro Ganymede, *Alphius* pro Alpheo dicebatur.

Accensi dicebantur qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur ; dicti ita quia ad censum adiciebantur.

Acerra ara quae ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Alii dicunt arculam esse turariam, scilicet ubi tus reponebant.

Apex, qui est sacerdotum insigne, dictus est ab eo quod comprehendere antiqui vinculo *apere* dicebant. Unde *aptus* is qui convenienter alicui iunctus est.

Atanuvium (att–, –nuium) est poculi fictilis genus quo in sacrificiis utebantur sacerdotes Romani.

---

acc. sing.) sic in margine definitum ; iter vicinale quatuor pedes latum qua iumenta agi possunt. Cf. Varr. L. L. 5, 34 : Ut ager quo agi poterat, sic qua agi actus, etc., Plin. N. H. 18, 9. iugerum vocabatur quod uno iugo bovum in die exarari posset ; actus, in quo boves agerentur cum aratro uno impetu iusto ; hic erat CXX pedum duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat.

AUXILIARES. Cf. Varr. L. L. 5, 90 : Auxilium appellatum ab auctu, cum accesserant ei qui adiumento essent alienigenae.

AUSONIAM. Auson vel Auxon codd. : Auson vel Ausonus schol. Verg. Ex Festo hausit Gloss. Abol. AU 1 Ausonia : Italia, dicta ab Ausonio Ulixis et Calypsus filio. Etiam fortasse Serv. auct. Aen. 3, 171 (Ausonias) : Ausonia ab Ausone (vel –no) Ulixis et Calypsus filio ; et primo pars postea omnis Italia nominata.

ALUMENTO. Mira forma et paene incredibilis, nisi quidem in picto eam pariete ab Etrusco adscriptam pictore credimus. Melo] Cf. 111, 24, s. v. Catamitus] Cf. 38, 22, s. v. Alphius] Suspicor huc translatum ex alio loco ubi de –ēus pro –εως (quasi antiquitus –ius) disputatum esset (v. g. 18, 5 Argea).

ACCENSI. Vide supra ad Adscripticii (13, 23).

ACERRA. Cic. Leg. 2, 60 : Secundum XII Tab. ; ne sumptuosa respersio, ne longae coronae nec acerrae. Ad quem locum spectare videtur prior pars glossae Paulinae ; in litteris non valet nisi altera, scilicet de cultu deorum (Thes. Ling. Lat. s. v.).

APEX. Cf. Serv. auct. ad Aen. 10, 271 : Dicitur autem apex virga quae in summo pilleo flaminum lana circumdata et filo conligata erat, unde etiam flamines vocabantur ; hoc item nomen a veteribus tractum est, apere enim veteres ritu flaminum adligare dicebant, unde apicem dictum volunt.

Apere]. Enn. Ann. 499 : Tonsillas apiunt — configunt litus — aduncas. aptus] Cf. Serv. auct. ad Geo. 3, 168 : Aptos, unitos aut conexos ; est enim api adiungi. Cf. supra, s. v. (10,8).

ATANUVIUM. athanuvium vel athanuium vel atanuvium codd. Ad incertam formam determinandam haec etiam habes : Gloss. Philox. (ex Festo videlicet) AT 28. Atnanulus : ποτήριον ἱερέως σκεῦος, κειμήλιον (unde Gloss. Ab Abs. Atanulu : genus vasis) ; Nigid. (ap.

Atroces appellantur ex Graeco, quia illi ἄτρωκτα appellant quae cruda sunt. Sive atrox dicitur ab eo quod nihil timeat ; τρέσαι enim Graeci dicunt timere.

Auguraculum appellabant antiqui quam nos arcem dicimus, quod ibi augures publice (–ci ?) auspicarentur.

Arseverse averte ignem significat. Tuscorum enim lingua arse averte, verse ignem constat appellari. Unde Afranius ait (415) : Inscribat aliquis arseverse in ostio.

Aborigines appellati sunt quod errantes convenerint in agrum qui nunc est populi Romani. Fuit enim gens antiquissima Italiae.

Ab oloes (-ois) dicebant pro ab illis. Antiqui enim litteram non geminabant.

Aventinus mons intra Urbem dictus est quod ibi rex Albanorum Aventinus bello fuerit extinctus atque sepultus.

(Isid. Schol.) Aventinus mons dicitur a quodam rege sic nominato ibique sepulto.

Adorare apud antiquos significabat agere ; unde et legati *oratores* dicuntur quia mandata populi agunt.

Non. 40, 15) itaque aere (ex re in codd. : aereum On.) Saliaribus adtanus tintinat, id est sonat ; Acta Lud. Saec. August. 107 et 132 ad atallam fuerunt (sequuntur nomina) ; Gloss. Philox. AT 6 Atena : εἶδος ποτηρίου ὀστραχ<ίν>ου ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται. Memento antiquos non geminasse consonantes.

ATROCES ἄτρωκτα Scal. (quae nondum matura esui) : atrocia codd. Ex grammatico nescioquo hausit Nonius (76, 3) Atrox : crudum ; Naevius Belli Poenici lib. III (41) : simul atrocia porricerent exta ministratores (et ex eodem, ni fallor, eius grammatici loco unde Naevianum illud s. v. Auspicavi, 468, 30). Quem versum Verrius saltem hic exhibuerat vix tamen Festus, si ex Festo hausit Isid. Diff. 1, 141 Atrox : crudelis, hoc est crudus neque suavis. Vide ne tota illa interpretatio (atrocia : cruda, quasi ἄτρωκτα) ficticia sit et in Naevianum versum explicandum a glossographo (Graeco ?) inventa.

AUGURACULUM. arcem]. Cf. supra s. v. Arcani (14, 30).

ARSEVERSE. in ost. ar. **codd**. Ps-Placidus (nimirum in suo codice Afranii) insipientem glossam invenit ' proverbium '.

ABORIGINES. err.] i. e quasi ' Aberrigines '. Cf. 328, 10, s. v. Romam ; Aur. Vict. 4, 2 Alii volunt eos quod errando illo venerint primo ' Aberrigines ', post.. Aborigines cognominatos. Ex Festo potest emanasse truncata glossa Abol. AB 12 Aborigines : convenae originis obliti. Habes igitur alterum etymon a Festo prolatum.

AB OLOES. litt. non gem.] Cf. ad 5, 26.

AVENTINUS. Lemma Aborigines cum lemmate Aventinus coniungendum monet Serv. in Aen. 7, 657 : Aventinus mons urbis Romae est quem constat ab avibus esse nominatum quae de Tiberi ascendentes illic sedebant.. quidam etiam rex Aboriginum, Aventinus nomine, illic et occisus et sepultus est, sicut etiam Albanorum rex Aventinus, cui successit Procas ; Varro tamen dicit in Gente Populi Romani Sabinos a Romulo susceptos istum accepisse montem, quem ab Avente, fluvio provinciae suae, Aventinum appellaverunt ; constat ergo varias has opiniones postea secutas, nam a principio Aventinus est dictus ab avibus vel a rege Aboriginum. Non tamen Varr., L. L. 5, 43 ; Aventinum aliquot de causis dicunt : Naevius ab avibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aves ; alii ab rege Aventino Albano quod <ibi> sit sepultus ; alii Aventinum ab adventu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum.

ADORARE agere] scil. causam. Cf. 218, 6 Orare ; 196, 25. Cf. etiam 158, 32 (Nec) : ut in XII (Tab.) est.. « si adorat furto, quod nec manifestum erit ». Ps. -Placidus protulit ex vetere scriptore participium adorans (nom. sing.) cum glossa ' alloquens '. (Cf. Serv. aut

Armilustrium festum erat apud Romanos quo res divinas armati faciebant ac, dum sacrificarent, tubis canebant.

Adeo duas habet significationes. Nam cum prima acuta effertur, idem significat quod accedo, cum dicimus : Adeo praetorem. Cum autem secunda, idem quod usque eo ; non quidem secundum rationem, quia ad praepositio accusativis accommodata est, sed vetusta quidem (quadam) loquendi consuetudine.

Argea loca Romae appellantur quod in his sepulti essent quidam Argivorum illustres viri.

Asparagus herba dicta quod in aspero virgulto nascatur.

Adsidelae mensae vocantur ad quas sedentes flamines sacra faciunt.

Anceps significare videtur id quod ex utraque parte caput habeat, ut secures bipennes. Sed magis a capiendo, quod ex utraque parte aeque captatur, appellatum est.

Ancus appellatur qui aduncum brachium habet, et exporrigi non potest.

Ancillae dictae ab Anco Martio rege quod in bello magnum feminarum numerum ceperit. Sive ideo sic appellantur quod antiqui *anculare* dicebant pro ministrare ; ex quo di quoque ac deae [feruntur coli quibus nomina sunt] *Anculi* et *Anculae* <.. *anculator*>.

Ancaesa dicta sunt ab antiquis vasa quae caelata appellamus, quod circumcaedendo talia fiunt. Ipsum quoque *caelare* verbum ab eadem causa est dictum, D littera cum L permutata.

Aen. 10, 677 veteres.. adorare adloqui dicebant ; nam ideo et adorea laus bellica quod omnes eum cum gratulatione adloquebantur qui in bello fortiter fecit).

ARMILUSTRIUM. Ad locum eiusdem nominis (in Aventino monte) spectat Gloss. Aff. (= Abol.) Armilustrium : quod armis locus lustretur. Crede igitur Festum sic scripsisse ut Varr. L. L. 6, 22 : Armilustrium ab eo quod in Armilustrio armati sacra faciunt, nisi locus potius dictus ab his ; sed quod de his prius (5, 153), id ab ludendo aut lustro, id est quod circumibant ludentes ancilibus armati. Cf. infra, s. v. Tubilustria (480, 25).

ARGEA. Cf. infra, s. v. Sexagenarios De Ponte (450,36). Cf. Varr. L. L. 5, 45 : Reliqua Urbis loca olim discreta cum Argeorum sacraria septem et viginti in (quattuor) partes Urbis sunt disposita : Argeos dictos putant a principibus qui cum Hercule Argivo venerunt Romam et in Saturnia subsederunt.

ASPARAGUS. Ex Festo, puto, Gloss. Abba (= Abol.) Asparagus : quia virgas habet asperas ; Isid. Etym. 17, 10, 19 Asparagus, quod spinosa et aspera sit frutex eius ex qua gignitur. Scripsit igitur Festus quemadmodum Varr. L. L. 5, 104 : Asparagi, quod ex asperis virgultis leguntur et ipsi scapi asperi sunt, non leves ; nisi Graecum, illic quoque enim dicitur ἀσπάραγος.

ANCUS. Hincine Gloss. Philox. AN 32 Ancus : mancus, κυλλός, λορδός ? Cf. Lib. de Praen. 4 : Ancum praenomen Varro e Sabinis translatum putat ; Valerius Antias scribit, quod cubitum vitiosum habuerit, qui Graece vocatur ἀγκών.

ANCILLAE. anculare] de verbis anculare, i. e. ministrare, et anclare, i. e. haurire, vid. ad 10, 16. Hinc nimirum Gloss. Philox. AU 7 Anclator : ὑπηρέτης (unde, sed res obscura, Gloss. Nom. Anciator : minister fidelis et occulta sciens).

ANCAESA. Verbum vetus ancido, i. e. circumcido, alibi (et fortasse hic, a Verrio utique) in etymologia nominis ancile memorari solet. Cf. Varr. L. L. 7, 43 : Apud Ennium « mensas constituit idemque ancilia », dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte, ut Thracum, incisa.

D litt. cum L] cf. infra, cf., s. vv. Melicae Gallinae (111, 21), Medius fidius (133, 3), Odefacit (188, 13), Seliquastra (460,2).

Aerosam appellaverunt antiqui insulam Cyprum quod in ea plurimum aeris nascatur.

Aenesi dicti sunt comites Aeneae.

Aenatores cornicines dicuntur, id est cornu canentes.

Aenariam appellavere locum ubi Aeneas classem a Troia veniens appulit.
(Isid. Schol.) Aenaria quod ibi Aeneas classem appulerit appellata.

Audacia ab avide, id est cupide, agendo est dicta.

Aceratum lutum cum paleis mixtum.

Aclassis (?) tunica ab humeris non consuta.

Arillator, qui etiam *coccio* appellatur, dictus videtur a voce Graeca quae est αἶρε, id est tolle, quia sequitur merces ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. [Lucellum diminutivum est a lucro.]

Artitus bonis instructus artibus.

Arni caput agni caput.

Arsineum (–nŏēum ?) ornamentum capitis muliebris.

Artus ex Graeco appellantur, quos illi ἄρθρα

AEROSAM. Hinc nimirum Gloss. Cyrill. (=Philox.) Aerosus : πολύχαλκος. antiqui] an Naevius (unde Verg. Aen 1, 622 genitor tum Belus opimam vastabat Cyprum)? an Ennius?

AENESI, scil. –sii. dicti sunt] a Naevio?

AENATORES. Ex Festo Gloss. Abol. AE 10 Aenatores : cornicines, qui cum cornibus cantant. Ex Scholio Verg. Gloss. Abstr. AE 25 Aeneatores : tubicines. Suspicor hoc lemma post Aenariam transponendum esse.

AENARIAM. Quae nunc 'Ischia'. Cf. Serv. auct. Aen. 9, 712 : Hanc (scil. Prochytam) Naevius in primo Belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse dicit ; sed Inarime nunc Aenaria dicitur ; Plin. N. H. 3, 82 : Prochyta non ab Aeneae nutrice, sed quia profusa ab Aenaria erat ; Aenaria a statione navium Aeneae, Homero Inarime dicta.

AUDACIA. Ad Plaut. Capt. 287 (avaritiam ipsius atque audaciam) monui hunc versum non a Verrio hic memoratum esse.

ACERATUM. Cf. infra, 203, 8 (lutum aceratum paleis mixtum). Et vide ad Gallam Bibere (85, 8).

ACLASSIS –ss– **vel** –s– **codd.** Cf. infra, s. v. Calasis (44, 28 tunicae genus). Hinc Gloss. Philox. AC 67 Aclassi : λώματε (vel Aclassis : λώματα). Festusne igitur abl. casum (ex scriptore nescioquo) exhibuit?

ARILLATOR. Hinc Gloss. AA (=Abol.) Arillator : mercator ; Gloss. Philox. AR 117 Arillator : μεταβόλος ἀρχαίως (unde Gloss. Abav. AR 32 Arillator : cocio, μεταβόλος) ; AR 90 Arillator : ἐφετης (?), βωμοφόρος (!), πραγματευτής. Plenius igitur de vocabulo Festus disputasse videtur. Cf. Gell. 16, 7, 12 : Item in Necyomantia cocionem pervulgate dicit Laberius quem veteres arillatorem dixerunt. Ex scriptore vetere nescioquo profert ps–Placidus arilla<tore> cum glossa 'coccione, panniculario'. Ergo ār– ; cf. βωμοφόρος (quasi ex 'ara' et 'lator'), αἶρε.

ARTITUS. Ex Festo nimirum Gloss. Philox. AR 55 Artitus : πάντεχνος, δαίδαλος. Et ex eodem fortasse veteris scriptoris versu quo Festus ps. –Placidus profert Artitus (nom sing.), cum glossa 'artibus edoctus'?

ARNI CAPUT. arni c. **vel** arne (=–nae) c. **codd.** : arnicaput (**uno verbo**) **docti.** Nol quaeso huc Gloss. Philox. AR 91 (Arina : μήτηρ, κατὰ Βάρρωνα) revocare, sed mecum corrige Amma μητ, etc. Voxne erat Luciliana 'qui verbis Graeca Latinis miscuit'?

ARSINOEUM. Hinc Gloss. Philox. AR 53 Arsin<e>um : διάκριμα. Sed illud Ἀρσινόειον (cf. 320, 21 arsineum) vix potest διάκριμα, i. e. discrimen, significare.

ARTUS. Ex Festo (si recte emendavi) Gloss. Abol. AR 16 Artus : proprie iunctus (iuventus **codd.**), ἄρθρα (Arta **codd.**), membra.

dicunt. Sive artus dicti quod membra membris artentur.

Arquites (–cut– ?) arcu proeliantes, qui nunc dicuntur sagittarii.

Arvilla arvina, id est pinguedo corporis.

Artifices dicti quod scientiam suam per artus exercent. Sive quod apte opera inter se artent ; qua ex causa etiam et *artes* sunt appellatae.

Arytaenam sive *art a enam* vas ab auriendo sic appellabant.

Amsegetes dicuntur quorum ager viam tangit. *Amites* perticae aucupales. ‘ *Ampendices* ’ dicebantur ab antiquis quod circumpenderent ; quos nunc *appendices* appellamus.

Ablegmina partes extarum (–tor–) quae dis immolabant.

Ambulacra ambulationes.

Amian (ἀμίαν) genus piscis <**Lucilius memorat** (1304) : **Sumere te atque amian**>.

Ameria : urbs in Umbria, ab Amiro sic appellata.

(Schol. Isid.) Ameria urbs Umbriae dicta <ab> Amiro conditore qui eo loco ex Corsa (?) profectus est ; *Pupulonium* (Po–) Populonus condidit, Amiri [s] frater ; *Sicidium* (?) Syllus condidit, Amiri et Populonii frater ; *Perusiam* condidit Aulisces, qui Romulo adversus Sabinos auxilium tulit ; urbem

---

ARQUITES. Hinc Gloss. Philox. AR 114 Arcutes : τοξόται. Ex Festo videtur provenisse Gloss. Abol. AR 28 Arci[s]tes : sagittarius (–rios). Quae glossa quo evaserit audi et ride. Nam in Angliam transvecta ab Aldhelmo, glossarum illo acerrimo indagatore, in epistulam ad Eahfridum sic est inculcata : utpote belliger in meditullio campi **arcister**.

ARVILLA. –rb– **codd.**

ARTIFICES. Sanius Varr. L. L. 5, 93 : Ab arte artifex dicitur.

ARYTAENAM (ἀρύταιναν.). art.] ut calfactus ex calefactus. haur- **codd**. Gloss. Philox. AT 6 Atena (leg. Artaena ? leg. Atana ?) : εἶδος ποτηρίου ὀστρακ<ίν> ου ᾧ οἱ πρυτάνεις ἐν ταῖς θυσίαις χρῶνται. Charis. 118, 29 profert ex Lucilio (17) : arutaenaeque, inquit, aquales (cf. Marx ad loc.)

AMSEGETES. Cf. supra (16,8) Amtermini. Unum vocabulum potius quam duo. Cf. Charis. 231, 11 (De praepositionibus Palaemon ita definit..) am, amfines, amsegetes, ambio, amplector ; 230, 13 (De praepositione, ut ait Cominianus) sunt accusativi casus ad.. am, am segetes.

AMITES. Ex Festo Gloss. Abol. (cf. AA) AM4. Amites : perticae aucupales in quibus retia suspenduntur. Haec quattuor ultima verba, nisi glossa corruptior esset, in textu adderem. In nostris codicibus glossarii ‘ perticae ’ in , fustes ’ transiit.

AMPENDICES. Suspicor ficticiam esse formam etymologiae causa positam. Hinc Gloss. Cyrill. (=Philox.) Appendix : κλάδος δένδρων περικεχυμένος (unde Gloss. Nom. Apendix : ramus ligni). De ramis igitur dixit Festus.

ABLEGMINA. quae] Itaque ablegmina ipsa non immolabantur.

AMBULACRA. Hincine Gloss. Abol. AM10 Ambulacrum : spatium ambulandi ? Ambulacrum dicit Plautus, ambulationem Cicero, etc. (vid. Thes. Lat.).

AMIAN. Cf. Varr. L. L. 7, 47 Apud Lucilium.. « sumere te atque amian », piscium nomina sunt eorumque in Graecia origo. Quoniam acc. casum et illum quidem Graeca forma exhibet Paulus, iure meo colligo Festum Lucilii versum citavisse.

AMERIA. Plin. N. H. 3, 114 Ameriam supra scriptam Cato ante Persei bellum conditam annis DCCCCLXIII prodit.

Vetus condidit Vetulus, *Vulsinium* Vulsus, Bolaterris (*Volaterras*) Volatrus : hi tres fratres fuerunt, filii *Rasenna* regis ex Etruria ; habuerunt autem et alios novem fratres, id est Pacidum, Falsum, Cortisum. Lusum, Persam, Trasonium. Beiolum, Apeleium, Tragum, qui omnes urbes singulas condiderunt, easque a suis nominibus appellaverunt.

Adsipire et *praesipire* dicebant antiqui [a sapiendo], sicut nos quoque [modo] dicimus ab aequo iniquum, ab quaerendo inquirere.

Admissivae aves dicebantur ab auguribus quae consulentem iuberent.

Adulari est compositum ex accedendo et allu<d>endo.

Addubanum dubium.

Adulter et *adultera* dicuntur quod et ille ad alteram et haec ad alterum se conferunt.

Aquilum colorem fuscum et subnigrum <dixit **Lucilius** (1110)...>. A quo *aquila* dicta esse videtur, quamvis eam ab acute volando dictam volunt. Aquilus autem color ab aqua est nominatus. Nam cum antiqui duos omnino naturales nossent, id est album et nigrum, intervenerit autem is quoque qui ita neutri similis est ut tamen ab utroque proprietatem trahat, potissimum ab aqua eum denominarunt, cuius incertus est color. *Aquilo* ventus a vehementissimo volatu ad instar aquilae appellatur.

Anquirere est circumquirere.

Andron locus domicilii appellatur angustior longitudine in quo viri plurimi morabantur, ut *gynaeceum* a mulieribus.

Apud et *penes* in hoc differunt quod alterum personam cum loco significat, alterum personam et dominium ac potestatem, quod trahitur a penitus.

Anxur vocabatur quae nunc Tarracina dicitur ; Vulscae gentis, sicut ait Ennius (Ann. 162) ; Vulsculus perdidit Anxur.

ADSIPIRE. (Cf. 54, 22 Consiptum, apud Ennium : 56, 13). Cum hoc lemma et hic et infra (post lemma Apud) in codicibus appareat, uter ei locus proprius sit omnino non constat. –ere **codd.** persipere **vel** prae–**codd. infra** | a sap. (**immo** saep.) **om. codd. hic** || sic **codd. infra** || modo (id est nunc) . **om. codd. infra**.

ADMISSIVAE. Cf. supra, s. v. Arciva Avis (15, 12).

ADDUBANUM. Cf. 59, 1 (Dubat dubitat).

ADULTER. Cf. infra, s. v. Cumulter (44, 1 significat cum altero). Hinc Aug. Serm. 51, 22 : Non eat ille ad alteram et illa ad alterum, unde appellatum est adulterium quasi ' ad alterum '

AQUILUM (Cf. 24, 18 Aquilius). Ex Festo videlicet Gloss. Philox. AQ 22 Aquilum : μελανόν, ὡς Λουκίλλιος ; Gloss. Abol. AQ 1-2. Aquilum : fuscum, subnigrum, Aquilo : ventus. Quibus usus testimoniis Festum restituere incepi. Aquilus color est fuscus et subniger a quo **Paul.** Ex commentatione Vergilii emanasse potest Gloss. Ansil. (Abstr.) Aquilo corpore : nigro corpore (Plaut. Poen. 1112). Quo in scriptore vetere reppererit ps–Placidus suum ' di aquili ' (nom. plur.) non liquet, sed in margine adscripta sunt : dii inferi, aquilos antiqui nigros dicebant (unde Gloss. Ampl. II Di aquili : manes inferi). Alluditne Vergilius cum dicit (Aen. 5, 2) fluctusque atros Aquilone secabat ?

AQUILA. Cf. Serv. auct. ad Aen. 1, 394 : Aquila propter aquilum colorem, qui ater est volando] videndo **Hildebrand.** Cf. Isid. Etym. 12, 7, 10 : Aquila ab acumine oculorum vocata.

APUD. Cf. 11, 27, s. v.

ANXUR. Cf. Plin. N. H. 3, 59 Tarracina oppidum lingua Volscorum Anxur dictum.

Aquarioli dicebantur mulierum inpudicarum sordidi adseculae.

Aquipenser genus piscis.

Apellinem ' antiqui dicebant pro Apollinem. *Aperta* idem Apollo vocabatur quia patente cortina responsa ab eo dentur.

Abdituri abortivi.

Ape apud antiquos dicebatur prohibe, compesce.

Apua genus minimi pisciculi.

Abs praepositio a Graeco deducitur ; significat autem retractationem in partem posteriorem.

Apollinares ludos [hoc est in laude Apollinis] populus laureatus spectabat, stipe data pro cuiusque copia.

Apiculus filum quo flamines velatum apicem gerunt.

Abacti magistratus (tu ?) dicebantur qui coacti deposuerant imperium. *Agere* modo significat ante se pellere [id est minare], Virgilius (Ecl. 9, 24) « et potum pastas age » : modo significat iurgari, ut dicimus ' agit cum eo furti ' : modo rependere, ut cum dicimus ' gratias ago ' : modo verbis indicare, ut cum dicimus ' causam ago ' : quin etiam si accessit gestus et vultus quidam decor, ut cum scaenici agere dicuntur.

Abitionem antiqui dicebant mortem.

(Gloss. Fest.) *Abzet* : extincta est vel mortua. Lucilius in XXII (581) « primum Pacilius tesorophylax pater abzet ».

AQUARIOLI. Hincine Gloss. Abol. OV4 Aquariolus : puer lenonis sic dicitur ; Gloss. Philox. BA 14 Bacario (aquariolus) : πορνοδιάκονος ?

AQUIPENSER. Hincine Gloss. Philox AQ3 Aquipenser εἶδος ἰχθύος ? Cf. Macrob. 3, 16, 1 : Nec accipenser quem maria prodigis nutriunt illius saeculi delicias evasit, et ut liqueat secundo Punico bello celebre nomen huius piscis fuisse, accipite ut meminerit eius Plautus in fabula quae inscribitur Bacaria, etc. Cf. Cf. Lucil. 1240 acupensere cum decimano.

APELLINEM. Ex Macrobio (1, 7, 15 Apollinem apellentem mala intellegas, quem Athenenses ἀλεξίκακον appellant) discere videmur fictam etymologiae causa esse formam.

APE (Cf. 17, 7 apere, comprehendere vinculo). Ex Festo Gloss. Philox. AP60 Ape : κώλυσον. (Quae glossa praecedit, Ape : παρά, hue dubitanter revoco, ut puta Ape : κώλυσον, παρὰ Νεβίῳ Obscurum autem est quod bis exhibet Gloss. Philox. AP 58, 63, Apet : ἀποσοβεῖ (*leg.* Apit ?, *leg.* Ape ?). Etiam id quod habet glossarium minimae auctoritatis, Gloss. Cass. 90, Apere : abigere, a se movere (*leg.* Apse abigere ?). Neque tamen negari potest tot in testimoniis aliquid indicii subesse extitisse olim verbum apĕre ' arcere ', ' prohibere '.

APUA. Cf. Plin. N. H. 31, 95 : Apuam nostri, ἀφύην Graeci vocant quoniam is pisciculus e pluvia nascatur. Ex eodem nimirum versu (Lucili ?) quo Verrius ps.-Placidus profert illud apua (nom. sing.), cui glossa adscripta erat ' piscis minutus '.

ABS. Graeco] ἄψ. Cf. Vel. Long. 61, 5 : Quaeritur utrum per P an per B et S debeat scribi., quoniam et Graeci pronuntiaverunt Ψ litteram constare ἐκ τοῦ Π καὶ Σ ; sed qui originem verborum propriam respiciunt per B scribunt.

APICULUS. -lum **Paul.** (sed cf. ad 14,8 Amicinus). Cf. supra, s. v. Apex (17,6).

ABACTI. Ex scholione Vergiano Gloss. Abstr. AB 3 Abactus : ab actu remotus (cf. Isid. Etym. 10, 20) ?

AGERE. minare] Francogallice ' mèner ' (ut infra, 23, 18 ; 98,1). Cf. Varr. L. L. 6, 41 : Incipiam hinc primum quod dicitur ago : actio ab agitatu facta ; hinc dicimus ' agit gestu[m] tragoedus ' et ' agitantur quadrigae ', hinc ' agitur pecus pastum ', etc.

ABITIO. Suspicor Verrium ante de illo ' abire magistratu ' dixisse.

ABZET. abiit (Osce). Praecessisse credo versum Atellanae fabulae in quo de muliere

Abgregare est a grege ducere : *adgregare* ad gregem ducere ; *segregare* ex pluribus (–imis ?) gregibus partes seducere ; unde et *egregius* dicitur e grege lectus. Quorum verborum frequens usus non mirum si ex pecoribus pendet, cum apud antiquos opes et patrimonia ex his praecipue constiterint, ut adhuc etiam *pecunias* et *peculia* dicimus.

Acetare dicebant quod nunc dicimus agitare.

Au<c>tumnum quidam dictum existimant quod tunc maxime augeantur hominum opes coactis agrorum fructibus.

Agedum significat age modo. Est enim adhortantis sermo.

Aulas antiqui dicebant quas nos dicimus ollas, quia nullam litteram geminabant. Itaque *aulicocia* exta quae in ollis coquebantur dicebant, id est elixa.

Avidus a non videndo propter nimiam cupiditatem appellatur. Sicut *amens* qui mentem suam non habet.

Aureliam familiam ex Sabinis oriundam a Sole dictam putant, quod ei publice a populo Romano datus sit locus in quo sacra faceret Soli. Qui ex hoc *Auseli* dicebantur, ut *Valesii*, *Papisii* pro eo quod est Valerii, Papirii.

---

verbum usurpatum erat ; quoniam Luciliana prae ceteris excerpta sunt ab Italo illo docto cui has Glossas Festinas (Vat. lat. 1469) acceptas referimus. Nempe Pacilius Osce loqui solitus est ; cuius loquendi deliciarum humaniter et suaviter meminit dominus. tesorofilax **codd.** Cf. etiam infra, s. v. Abisse (24, 16).

ABGREGARE. Cf. 70, 25 Exgregiae ; 232 29 Peculatus ; 290, 34 Peculium. Ecce iterum coniunctam sub uno lemmate doctrinam neque adhuc alphabetica dispositione dispersam. Pertractata haec, v. g. a Cicerone (Rep. 2, 16 multaeque dictione ovium et boum, quod tunc erat res in pecore et locorum possessionibus ; ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur) ; a Varrone (L. L. 5, 92 pecuniosus a pecunia magna, pecunia a pecu ; a pastoribus enim horum vocabulorum origo), etc.

ACETARE. C pro G (cf. 222, 9 ; 254, 15).

AUTUMNUM. Varronis sententiam in L. L., quae interciderat in archetypo codice (L. L. 6, 9-10 tertium ab aestu aestas, hinc aestivum, nisi forte a Graeco αἴθεσθαι ; quartum autumnus *** ab sole) haud scio an recuperemus ex Isid. Etym. 5, 35, 4-5 (Aestas dicitur ab aestu, id est a calore.. autumnus a tempestate vocatus quando et folia arborum cadunt et omnia maturescunt), quasi ' ubi sol omnia augeat et matura reddat '. Utrum ex Donato in Verg. an ex Festo hauserit Isidorus non liquet.

AGEDUM. Debetne post lemma Acetare collocari ? Hincine Gloss. Cyrill. (=Philox) Agedum : ἄγε δή ?

AULAS. Hinc Gloss. Abol. AU 31 Aullas : quas ollas dicimus || aulicocia] De forma cf. Act. Arv. 1, 21 exta aulicocta reddidit ; Varr. L. L. 5, 104 quod<ad> exta ollicoqua solet addi. De re cf. Varr. L. L. 5, 98 ; Liv. 41, 15,2 ; Plaut. Rud. 135 ; Gloss. Philox EX 188 Extar : olla ubi exta coquebantur. Cf. infra. s. v. Auxilla (23,8 olla parvula) ; Insipere Far in Olam (93,17) || null litt. gemin.] cf. ad 5, 26.

AVIDUS. (Cf. 13, 17s. v. Avere). Ps. –Placidus videtur in scriptore vetere formam avideo (1 sing) repperisse, cum glossa ' cupio '. Cuius formae mentio si hic praecesserat, magis in promptu erat haec etymologia. Cf. Gloss. Cyrill. (=Philox.) Avideo : ἀπληστεύομαι

AMENS. Cf. 150, 6 Hincine Gloss. Abol. AM6 Amens : qui mentem non habet ? Cf. Varr. L. L. 6, 44 ; Amens qui a mente sua discedit

AURELIAM (Cf. 230, 21). Pervulgata fuit huius nominis etymologia temporibus Quintiliani (Inst. 11, 2, 31).

AUSELII, VALESII, PAPISII. Cf. 323, 5 etc.

Aemiliam gentem appellatam dicunt a Mamerco, Pythagorae philosophi filio, cui propter unicam humanitatem cognomen fuerit Aemylos. Alii quod ab Ascanio descendat, qui duos habuerit filios, Iulum et Aemylon.

Aerumnulas Plautus (inc. 11) refert furcillas quibus religatas sarcinas viatores gerebant. Quarum usum quia Gaius Marius rettulit *muli Mariani* postea appellabantur. Itaque *aerumnae* labores onerosos significant. Sive a Graeco sermone deducuntur: nam αἴρειν Graece Latine tollere dicitur.

Aemidum tumidum.

Aequidiale apud antiquos dictum est quod nunc dicimus aequinoctiale, quia nox diei potius quam dies nocti adnumerari debet. Graeci quoque in hoc consentiunt ἰσημερίαν, id est aequidiale, dicentes.

Aeruscare aera undique, id est pecunias, colligere.

Aequilavium significat ex toto dimidium. Dictum a lavatione lanae, quae dicitur aequilavio redire cum dimidium decidit sordibus.

Aeg <*a*>*eum* mare appellatur ut (quod) crebrae in eo sint insulae, ut procul aspicientibus species caprarum videatur. Sive quod in eo Aege Amazonum regina perierit. Sive quod in eo Aegeus pater Thesei se praecipitaverit.

Aestimata poena ab antiquis ab aere dicta est, qui eam aestimaverunt aere, ovem decus[s]is, bovem centusis [hoc est decem vel centum assibus].

Alucinatio erratio.

AEMILIAM. Cf. Plut. Aem. 2, 1 ; Num. 8, 11 ; Rom. 2.

AERUMNAE. Erant qui scriberent er- : cf. Charis. 98, 12 : Erumnam Ennius ait per E solum scribi posse quod mentem eruat, et per A quod maerorem nutriat. Nego tamen huc referendum esse versum Lucilii 964 (cf. Class. Quart. 7, 117).

MUL. MAR. Cf. 134, 6, s. v.

AEMIDUM. Hinc Gloss. Philox. AE 13 Aemidus : πεφυσημένος (unde Gloss. Ab Abs Aemidus : tumidus, sufflatus ; Gloss. Nom Aemidus : inflatus).

AEQUIDIALE. Ex Festo fortasse Glosss. Philox. (cum Cyrill.) AE 26 Aequidialis : ἰσημερινός (unde Gloss. Nom. Aequidialis : aequinoctium).

AERUSCARE. Adderem 'ut Livius', nisi corruptior glossa esset glossarii Philox. (ex Festo nimirum sumpta) AR 64 Aroscit : πλανᾶται ὡς Λίβιος. Quo ex scriptore (Livio, et in eodem versu, puto) protulerit ps.-Placidus participium aeruscans (nom. sing., ut vid.) cum glossa (ut vid.) 'aes minutum accurate contrahens' non liquet ; illud tamen liquet vocem eam de mendici erratione usurpatam ; et Leo (sed satis temere) affirmat Livium de Iro mendico in Odyssia dixisse (Od. 18, 18 ἀλήτης). Ad partes vocat Buecheler etiam Lydum (Mens. 4,110 ἐρρουσκάλους Ῥωμαῖοι τοὺς ἀλήτας καὶ πλανωμένους καλοῦσιν. οἱ δὲ ἰδιῶται ἐρρούλλους αὐτοὺς ἐξ ἀγνοίας λέγουσιν

AEQUILAVIUM. Hincine Gloss. Ab Abs. (= Abol. ? Philox. ?) Aequilatium : aequatio ?

AEGAEUM -eum codd. Cf. Varr. L. L. 7, 22 : Pacui « liqui in Aegeo fretu ».. Aegeum dictum ab insulis, quod in eo mari scopuli in pelago vocantur ab similitudine caprarum aeges.

AESTIMATA POENA. Cf. 220, 27 ; 270,4 ; s. v. Multam Maximam (129.14).

ALUCINATIO. Cf. 66,19, s. v. Elucum. Cf. Gell. 16, 12 Cloatius Verus in libris quos inscripsit Verborum a Graecis Tractorum.. errare, inquit, dictum est ἀπὸ τοῦ ἔρρειν .. item alucinari factum scripsit ex eo quod dicitur Graece ἀλύειν, unde elucum quoque esse dictum putat, A littera in E versa, etc. Ex alio Gellii loco (iam deperdito) Nonius (121,20) Haluci-

« *Adigas* » dare cogas.

Acies, acumen, acus et *acuere* dicuntur ab ἀκόνη, quam Latine dicimus cotem.

Auxilla olla parvula. (Axillae alae parvulae ?).

Amputata, id est circumputata, dicuntur ab eo quod antiqui *putum* pro puro dicebant. Unde deducuntur *pudor* et *pudicus*.

Appia via et aqua ab Appio Claudio est appellata.

Ariminum a nomine fluminis propinqui est dictum.

Animula urbs parvarum opum fuit in Apulia. <Plaut. Mil. (647) :

post Ephesi sum natus, non enim in Apulis ; non sum Animulā>.

Arca deminutivum facit *arculam* et *arcellam* ; ut a porco porculum et porcellum, a mamma mammulam et mamillam.

Alebria bene alentia.

Agasones equos agentes [id est minantes].

Arcubii qui excubabant in arce.

Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant quod antiqui umeros cum brachiis *armos* vocabant. Unde *arma* ab his dependentia sunt vocata.

Abalienatus dicitur quem quis a se removerit. *Alienatus*, quia alienus est factus.

---

nari : aberrare et non consistere atque dissolvi et obstupefieri atque tardari honeste veteres dixerunt, ut est : Et assiduo oscitantem vidit atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis alucinationes.

ADIGAS (scil. iusiurandum). Corrige Thes. Ling. Lat. I, 678,60.

ACIES. acus] Aliter 8, 23, s. v. Acus.

AUXILLA. Quae in textu dedi sunt sane Pauli ; aliena tamen a Festo, si iure Thurneysen (Thes. Lat. s. v. aula) nomen aula (aulla, ōlla) diminutive ab alvus vocabulo ductum dicit. Quocum equidem sentio suspicatus ea quae supra (3, 10) s. v. Axilites adieci, hic revera esse collocanda, et malam lectionem ' Auxillae alae parvulae ' vetustiores aliquot Festi codices invasisse. Audi tamen alteram partem. Nam Heraeus mutat λύτρα in χύτρα in Gloss. Philox. AU 117 Auxilium (**leg.** –illa ?) : ἱρέων λύτρα ἢ συμμαχία.

AMPUTATA. Cf. 96, 18 Imputatum ; 240, 9 Putum. Quae omnia ad eundem fontem revocare vult Reitzenstein (Verrianische Forschungen 33).

ANIMULA. Illud ' parvarum opum ' latrat ut Plautinum versum adiciam.

ARCULA. Hinc Gloss. Philox. (si recte sic emendo ope Glossarii Cyrill.) AR 102, 129 Arca, Arcla, Arcula : κιβωτός, λάρναξ. Arcella : κιβώτιον Cf. Diomed. 326, 6 : Arca, arcula, arcella, arcellula ; Varr. L. L. 9, 74 : Lectus et lectulus, arca et arcula. Sed cur hae diminutivae formae praeferantur non possum divinare, nisi scripsit Festus <non ' arclam ' sed> arculam.

ALEBRIA. Cum Gloss. Nom. (quod ex Gloss. Philox. haurire solet) duas glossas exhibeat (Alerius : bonus alumnus. Alero : nutrimentum), credo Gloss. Philox. duas prius exhibuisse et illas quidem ex Festo haustas. Nunc una solum superest, AL 18 Alerius : εὔτροφος θρεμβος γροφευς (*leg.* Alebris : εὔτροφος, θρεπτὸς ἢ τροφεύς ?). Alteram, quae periit, credo fuisse Alebre : ? (unde Gloss. Abba Alebre : pulchrum, bene educatum ; Gloss. Ampl. I Alebre : alimentum ; Gloss. Ampl. II Alebre : quod bene a quibus alitur).

AGASONES. minantes] cf. 21, 13, s. v. Agere.

ARCUBII. Quasi ' ar(ci) –cubii'.

ARMILLAS. armos, arma] cf. 3, 24 s. v. Arma.

ABALIENATUS. Differentia igitur exponitur inter Alienatum, i. e. alienum factum, et Abalienatum, i. e. alienum factum et a se remotum.

Adserere manum est admovere. Quo ea quoque quae in terra[m] demittuntur *seri* dicuntur. Unde etiam *serae* appellantur, quia foribus admotae opponuntur defixae postibus quemadmodum ea quae terrae inserunt.

Arvum dicimus agrum needum satum.

Apica dicitur ovis quae ventrem glabrum habet.

Ae syllabam antiqui Graeca consuetudine per AI scribebant, ut aulai, Musai.

Au<ct>ata saepe aucta.

Abercet prohibet[ur].

Advosem adversarium, hostem.

" *Axe adglomerati universi stantes* ", id est cohortibus aut legionibus.

† *Aerumaeruma* utensilia ampliora.

Afvolunt (?) avolant.

Astasent (?) statuerunt (?).

" *Ambiaxioque circumeuntes* ", catervatim.

Apor (?) apud

Anosio (?) anno.

Anticum veteres etiam pro ianua posuere.

ADSERERE. Cf. 460, 17 s. v. Sertorem. Cf. Varr. L. L. 6, 64 : Quod dicimus disserit item translaticio aeque ex agris verbo ; nam ut olitor disserit in areas sui cuiusque generis res, sic in oratione qui facit, disertus.. hinc adserere manum, in libertatem cum prendimus ; sic augures dicunt, etc.

SERAE. Cf. infra, s. v. Reserari (354, 29).

ARVUM. Cf. Varr. R. R. 1, 29, 1 : Arvum, quod aratum needum satum est. Cf. 460, 22 Seges.

APICA. Cf. Varr. R. R. 2, 2, 3. Noli huc referre pravam in glossariis lectionem Apiciosus (pro Alapiciosus ; cf. Gr. ἀλωπεκία) : calvus.

AE. aulai] Vergilianum versum dicit, siquidem primus Vergilius vocem aula in sermonem poeticum induxit. Musai] Enniusne usurpaverat ? Nam Catonianam formam esse non affirmat Pompeius 297,30 : Diaeresis est ' Albai Longai ' (Enn. Ann. 33) pro eo quod est Albae Longae, ut est illud apud Vergilium (Aen. 9, 26) ' dives pictai vestis et auri ', (Aen. 3, 354) ' aulai medio libabant pocula Bacchi ' ; una syllaba in duas divisa est ; lege Verrium Flaccum et Catonem ; ita enim scribebant maiores nostri, ' aulai '.. sic et ' Musai '.

ABERCET. Cf. ad 14, 24 Abarcet.

ADVOSEM. Ex Festo nimirum Gloss. Philox. AD 7 Advoses : ἐναντίοι. Tria haec lemmata arctius coniungenda videntur : Advoses (id est hostes : quasi ' adversarii '), Axe adglomerati universi stantes (id est cohortibus aut legionibus instructi ; scilicet Romani), Ambiaxioque circumeuntes (id est catervatim). Sed et cetera vicina ex Carm. Saliari provenerunt. Sicut ex participio sanatus Sanates nomen evasit, ita ex advorsus (-vers-) advorses (-os-, vel -oss- ; cf. prosus prosa oratio et prorsus).

AXE, etc. Versus Saturnius ? an universim ?

AERUMA. An Aeruma <sunt>ut. ampl. ? (cf. ad 26,1).

AFVOLUNT. aevolunt *vel* aeuoluunt codd.

ASTASENT. Expectes Astasint (i. e. -assint) steterint. Cf. Whatmough (Class. Quart. 17, 202).

AMBIAXIOQUE, etc. versus Saturnius ? ambia- *vel* amba-, que *vel* quae *codd.*

APOR. Cf. Mar. Victor 9, 17 : Sed nos nunc et adventum et apud per D potius quam per R scribamus, arventum et apur, et linguam per L potius quam per D, etc.

ANOSIO. am- *codd.* *An* anasio ?

ANTICUM. Cf. 244,1 infr. Posticum. Antiquum *codd.* etiam] Scripseratne Verrius ut

Aestimias aestimationibus (–nes ?).

Abisse pro adisse dicebant.

Abambulantes abscedentes.

Aquilius praenomen (?) ab *aquilo* colore, id est nigro, est dictum.

Antiquare est in morem pristinum reducere.

Attinge pro attingam posuere.

Appellitavisse appellasse.

Alteras ponebant pro eo quod est adverbium alias.

Argutum iri (ire ?) in discrimen vocari.

Aureas dicebant frenos quibus equorum aures rediguntur (religantur).

Audacias pluraliter Cato dixit.

" *Ausis* " audeas.

Audax deminutivum facit *audaculus*.

Arvocitat saepe advocat.

Annaria lex dicebatur ab antiquis ea qua finiuntur anni magistratus capiendi.

Aliorsum et *illorsum* sicut introrsum dixit Cato.

Abietaria negotia dicebantur quam materi<ari>am nunc dicimus ; videlicet ab abietibus coemendis.

Aletudo corporis pinguedo.

Aeribus pluraliter ab aere, id est aeramento, Cato dixit (orat. frag. 64, 2) : <Aeribus equestribus de duobus milibus a cc>.

" *Adduis* " addideris.

Aristophorus vas in quo prandium fertur, ut discus.

Adlicit est perducit aliquem in rem ; dictum

---

puta : sicut nos posticum, veteres etiam anticum, etc. ? ianua] omnia (om̄a) *codd.*: *an* meridie ?, *an* antea ? (cf. ad 7, 24).

AESTIMIAS. *Vix* –aes. Ex Festo Gloss. Abba (=Abol.) Aestimiae (–am) : aestimationes.

ABISSE. Ut puta ' abisse Graeciam ' (cf. abisse Athenas), ' abisse aedes suas ' (cf. abisse domum), ' abisse agros longinquos ' (cf. abisse rus). || adisse] obisse *docti* (cf. ad 21,19 Abitionem : mortem). Ceterum cf. adimo pro ' abimo ' ; nisi mavis credere Verrium (et Festum) de obisse (non ' abisse') pro adisse mentionem fecisse.

ABAMBULANTES. Aliena videtur gl. Philox. AB 5. Abambulo (Ob–?) : κατ' ἰδίαν περιπατῶ. Cf. s. v. Obambulare (203,1).

AQUILIUS. aquilo col.] Cf. 20,7 Aquilus Color.

ANTIQUARE. Cf. ps. –Plac. Antiquare : quae ante in augures sunt, alii antiquare ad statum revocare (glossa nondum sanata). Ex Festo, credo, Gloss. AA (=Abol.) Antiquare : veterem (scil. legem), id est ut fuerit, videre antiquam esse, vel notare. Quae glossa (si recte intellego illud antiquam pro ' laudabilem ') monere videtur etiam Festum de illo quod est antiquior, i. e. laudabilior, dixisse (cf. ad 24, 14).

ATTINGE. Cf. 63, 18 Dice. De Catoniana illa futuri ind. forma –e (–es, –et) pro –am (–es, –et) cf. Quint. 1, 7, 23 ; 9, 4, 39. Catoni hanc et sequentes glossas attribuere licet.

APPELLITAVISSE. App. <saepe> app. **Thewr.**

ALTERAS. Cato usurpavit (inc. libr. frag. 1).

AUREAS. (Cf. 8, 5, s. v. Aureax, ubi ' religa– ').

ARVOCITAT. Ut Cato etiam arvectum, arvehant.

ANNARIA LEX. Scil. ut Lex Villia Annalis.

ABIETARIA NEGOTIA. Similiter maritima negotia (Plaut. Trin. 331).

ALETUDO. Hincine Gloss. Cyrill. (=Philox.) Aletudo : τροφή ?

ADDUIS. –es Paul. (vix cum addideris fut perf.) Cf. infra, s. v. Duis (58,17... pro dederis) ; s. v. Produit (254,17 porro dederit .. alias prodiderit). Ex Festo (adduis), ni fallor, Gloss. Philox. AD 111 Adduo : προστιθῶ.

ARISTOPHORUS. –rum *Paul.* (cf. ad 14, 8, s. v. Amicinum).

ADLICIT. frust.] i. e. frustratorem (subiect., non obiect.). Cf. infra, s. v. Lacit (104, 16 inducit in fraudem ; inde est allicere et lacessere ; inde lactat, illectat, oblectat, delectat) ;

a verbo *lacit*, id est decipit. Hinc descendit *inlicere* et *oblectare*, id est frustrantem inducere.

Abnutare saepe abnuere. 'Plautus (Capt. 611)'.

Aliae rei dixit Plautus pro eo quod est ali rei (Mil. 802).

Adfabrum fabrefactum.

Ali modi pro alius modi.

Aeneolo quod ex aere fit dicimus. *Aenulum* vas ex aere parvum.

Ad exitam aetatem ad ultimam aetatem.

Amatio ab amore denominatum.

Anginam vinariam habere dicuntur qui vino suffocantur.

Adulterina signa dicuntur alienis anulis facta.

" *Arabice ole* " id est ex odoribus Arabicis.

Ausculari dicebant antiqui pro *osculari*, quod est os cum ore conferre.

Adaxint (Plaut. Aul. 50) adegerint.

Argus oculeus (Plaut. Aul. 555). Argus nomen est hominis qui fuisse fingitur oculis plenus.

Amasso amavero.

Amiculum genus [est] vestimenti, a circumiectu dictum.

Audititavi (Plaut. Stich. 167) saepè audivi.

Adlibescit (Plaut. Mil. 1004) libere incipit [hoc est lividum fieri].

(103, 25 decipiendo inducit ; lax etenim fraus est). Ex adnotatione Plauti (Asin. 221 in lex ? Bacch. 1151 inlicere ? Bacch. 792 tenus ?) credo Nonium (6, 15) sumpsisse citationem Naevii Lycurg. (26) inlīcite, quod vix est imperativum verbi ' inlĭcire ' (4 Coniug., non 3) sed potius verbi ' inlīcire ' (i. e. liciis ornare). Et intellege, ālis inlī i.e ' velut in Aen. 4,121. Vide meum libellum (Nonius Marcellus Dictionary, Oxon 1921). Et vide infra ad Inlex (100, 15).

ALIAE. ali] Solet Festus –i pro –ii scribere. Ali rei.. aliae rei **codd.**

ADFABRUM. Cf. Gloss. Cyrill. (– Philox.) Adfaber : ἐντεχνής (unde Gloss. Nom. Affaber : magister).

ALII.' ali ' forma Festina est, non Plautina (cf. supra ad Aliae).

AENEOLO. Abl. (dat.) casus igitur erat in Plautino versu. Sed hoc lemma obscurius. Hinc fortasse Gloss. EE (= Abol.) Aenulum : ' cetil ' (Anglosax. ; Anglice ' kettle ').

AD EXITAM. Eundem Plauti versum potest citavisse ps. –Placidus Exitam : finitam, exactam. || exitam] Ut ' subitus ' et (si recte conieci) ' peritissimus '(ab eo quod est pereo) Plaut. Aul. 723.

AMATIO. Vox Plautina (cf. Thes. Ling. Lat.). Ex grammatico nescioquo hausit hanc vocem Nonius (70, 22) cum citatione Plautini versus (Rud. 1204). || Amutio **codd.**

ADULTERINA. Cf. Plaut. Bacch. 266 (adulterinus symbolus).

ARABICE. Ole **vel** oles **codd.** Cf. Plaut. Cornic. fr. vii face[re] olant aedes Arabice.

AUSCULARI. Ita saepe in Plauti codicibus. Ps. –Placidus citat ; ausculatus '. || osculari] Cf. Varr. L. L. 6, 76 : Oro ab ore.. et osculum dictum.

ADAXINT. Ex grammatico nescioquo hausit Nonius (75,3) : Adaxint : adigant, Plautus Aulularia (50) " Utinam me divi adaxint ad suspendium ».

ARGUS OC. Plaut. Aul. 555 : Argus.. qui oculeus totus fuit.

AMASSO. Plaut. Cas. 1001. Vide infra ad Casinam (53, 19).

AMICULUM. Gen. vest. *vel* gen. est vest. **codd.** circumiectu] (Cf. 16, p, s. v. Amtermini). Cf. Varr. L. L. 5, 132 : Amictui dictum quod amiectum est, id est circumiectum.

AUDITITAVI. Audivitavi **codd.** : **correxi** (Class. Quart. 7, 5) Plaut. Stich. 167 : Audititavi saepe hoc volgo dicier (auditavi **vel** aut divi **codd. Plaut.**) Collocandumne hoc lemma post lemma Auctor ?

ADLIBESCIT. Adlibescit libere **vel** adliv– liv– codd.

Atticissat Attice loquitur. Plautus (Men. 12) " Non Atticissat, sed Sicilicissat ", id est Sicule loquitur.

Atritus (Plaut. Poen. 1290) atri coloris.

Aegyptinos Aethiopas **Plautus dicit** (Poen. 1291).

Advelitatio (?) iactatio quaedam verborum, figurata ab hastis velitaribus. *Velites* dicuntur expediti milites, quasi vol<it>antes.

Auctor communis erat generis apud antiquos.

Adnictat saepe et leviter oculo adnuit. Naevius in Tarentilla (76) : Alii adnutat, alii adnictat, alium <h>amat, alium tenet.

Atriplexus herba quae nunc atriplex dicitur.

Adoptaticius ex adoptato filio natus.

Aleonem aleatorem <**dicit**> Naevius (com. 118) : Pessimorum pessime, audax, ganeo, lustro, aleo. *Aditiculum*, parvum aditum.

Atra bilis ab atro, id est animi, vitio dicta. Est enim *atrum* nigrum, id est a candore remotum.

ATTICISSAT. sed Sicilicissat] Ita in optimo codice utriusque familiae, et certe in archetypo. Noli igitur errorem aliquot scribarum ' sed sicilissat ' in ullo numero habere. Plauti tamen codices habent (P, A n. l.) ' verum Sicilicissitat ', sicut nimirum Plautus scripserat. Potest igitur Paulus Plautina verba deformasse ; potest ipse Verrius neglegentius citasse.

ATRITUS. –tas **codd.** Plaut. Poen. 1290 : Ita replebo <eam> atritate, atritior multo ut siet Quam Aegyptini qui cortinam ludis per circum ferunt (atritior **A**, atrior **P**).

ADVELITATIO. (Cf. 507, 1, s. v. Velitatio). Si Plaut. Rud. 525 (equidem me ad velitationem exerceo) tractaverat Verrius, corrigas licet errorem Pauli sic puta ' Ad velitationem : Iactatio quaedam verborum (dicitur), etc. Potest tamen Verrius legisse « advelitatione '. Velites] Cf. Isid. Eym. 18, 57 : Velites autem nuncupatos sive a volitatione, sive a civitate Etruscorum quae Veles vocabatur ; 9, 3, 43.

AUCTOR. Cf. Serv. ad Aen. 12, 159 (auctor ego audendi) : hic et haec auctor, sed tunc cum ab auctoritate descendit, ut hoc loco ; cum autem venit ab eo quod est augeo et auctrix facit, ut si dicas ' auctor divitiarum ' vel ' auctrix patrimonii ' || Plaut. Stich. 129 : At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores sumus.

ADNICTAT. Oc. adn.] Cf. Gloss. Abol. (AN 8) Annuit oculo : oculo ostendit. Credo locum Festinum plenius exscriptum ab Isidoro (Etym. 1, 26, 2) : Naevius (Ennius Isid.) de quadam impudica :

Quási in choro pila lúdens datim dat sése et communém facit ;
álii adnutat, álii adnictat, álium hamat, aliúm tenet (al. ten. al. adnu., cett. om **Isid.**)
álibi manus est óccupata, álii pervellít pedem,
álii spectandúm dat anulum, á labris alium ínvocat (dat an. sp. **Isid.**)
cum álio cantat, áttamen aliís dat digito lítteras.

Adnictare (inf. praes.) repperit ps. –Placidus in scriptore vetere nescioquo, cum glossa ' adridere ', ' invitare '. Et Plautus teste (nec spernendo) Fulgentio tert. plur. nictant usurpavit (Mil. 93) : Itaque hic meretrices, labiis dum nictant ei (eum **codd.**), maiorem partem videas valgis saviis. Cf. infra, s. v. Nictare (182, 30).

ATRIPLEXUM. Ex Graeco quod est ἀτράφαξυς. –um **Paul.** (sed cf. ad 14,8 Amicinus).

ADOPTATICIUS. (Cf. Thes. Ling. Lat.) Illud Adoptarius glossarii a Scaligero congesti aut repperit Scaliger aut, quod est veri similius, ex depravata lectione vocabuli Festini refinxit in glossario deperdito : Adopt. : puer ex adoptato natus.

ALEONEM. dicit **addidi** (per compendium in Festi codice scriptum ?). Nisi quidem in alio versu Naevius acc. casum usurpaverat. (Cf. ad Anctos).

ADITICULUM. Iterum acc. cas. **An** Adyt. p. adyt. ?

ATRA BILIS. Atrabilis – dictus **Paul.** Ita distinxi ut non ' atrum ' sed ' atrum vitium ' μελαγχολία sit. || a cand.] Quasi a–trum ?

Anctos excruciatos.

Anatem dicebant morbum annuum (id est vetularum), sicut *senium* morbum senum.

Altaria ab altitudine sunt dicta, quod antiqui dis superis in aedificiis a terra exaltatis sacra faciebant, dis terrestribus in terra, dis infernalibus in effossa terra.

Assa dicebantur cantus tibiarum.

Aves ab adventu earum dicuntur, quod inde veniant unde non quis suspicetur.

Agolum pastorale baculum quo pecudes aguntur.

Abortum gravidae mulieris dicitur quod non sit tempestive ortum.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. AA — Abol.) *Abiugassere* : abiugare, dissolvere. *Abiugat* : dissociat, a iugo removet, non convenit.

(Gloss. Abol. AD 6) *Adiugat* : coniungit.

(Gloss. AA) *Adescit* : aderit, praesens erit.

(Gloss. Abol. AG 8) *Agrippa* : qui in pedes nascitur.

ANCTOS. Eundem casum exhibuit Festus ; nam ex Festo hausit Gloss. Philox. AN 40-41 Anctos : ἀναγκασθέντας. Ancti : ἀγχόμενοι. Item ex Festo ni fallor, Gloss. Aff. (— Abol.) Ancti : excruciati.

ANATEM. Cf. infra, in parte ii., s. v. Anet. Ex Festo nimirum Gloss. Philox. AN 19 Anas : γῆρας κατ' ὀργὴν θεῶν. Sed vix constat de Gloss. Aff. Anatum : miserum (**leg.** Anatem : miseriam ?, **leg.** Anetum : miserum ?). Abl. casum anate ex scriptore vetere protulit ps. Placidus cum glossa ' sollicitudine, cura ' . Senium] cf. 454, 30, s. v.

ALTARIA. Haud scio an sic explenda sit illa manca glossa quam ex Festo hausisse videtur Gloss. Abol. AL 13. Alteria : arae in altitudinem instructae divinorum (dis superis faciendorum gratia ?). Quibus praemittenda haec (nempe ex Festo) addit Gloss. AA. (— Abol.) Altaria : arae dictae ab altitudine. Eiusdem etymologiae plura exempla congessit Thes. Lat. Aliam approbavit Festus supra (5, 11). Cf. Serv. auct. Ecl. 5, 66 : Varro diis superis altaria, terrestribus aras, inferis focos dicari adfirmat.

ASSA. Id est : Assa (scil. cantica) dic. can. tib. (scil. sine voce humana). Vix : Assa (scil voce) dic. (i. e. canebantur) can. tib.

AGOLUM. –ul– **Nettleship**.

ABIUGASSERE. abiugare **Goetz** : abnegare **codd**. Ex Festo Gloss. Philox. AB 40 Abiugassere : ἀποζεῦξαι (unde Gloss. Abba Abiugassere : disiungere). Ps. –Placidus repperit eandem formam, fortasse in eodem versu, cum glossa ' abiungere abducere '?

ABIUGAT. dissociat **AA** : dissolvit **Abol**. Ex Festo videlicet Gloss. Philox AB 44 Abiugat : ἀπολύει. Nonius (73, 20) citat Pacuv. Med. 222 « Quae res te a stabulis abiugat ? Certum est loqui », cum glossa ' separat alienat '. Obscura sunt Gloss. Philox. AB 45 Abiugus (–ges ?) θυσίαι ζωγοαι (ἄζυγεῖς ?) ; Gloss. Abba (= Philox. ?) Abiuga : a iugo semota vel dissociata. Cf. infra, s. v. Iuges (92, 22 eiusdem iugi pares ; unde et coniuges et seiuges).

ADIUGAT. Nonius ex grammatico nescioquo duas huius formae citationes, Pacuv. 93 et 195, sumpsit, cum glossa ' adiungit '. Ps. –Placidus repperit inf. praes. adiugare, cum glossa ' adiungere adducere '.

ADESCIT. Hanc formam (tert. pers.) exhibuit Festus, nam ex Festo hausit Gloss. Philox. AD 32 Adescit : κολλᾶται (male intellexerat ' aderet ' quasi ' adhaeret ' !). Cf. infra, s. v. Escit (68, 1) ; s. v. Superescit (394,6).

AGRIPPA. Cf. Gloss. Philox. (ex Festo ?) AG 25 Agrippa : ὁ ἐπὶ πόδας γεννηθείς. Et ex Signif. Verb. potest haurire Nonius (557, 1) : Agrippae qui cum labore matris eduntur,

(Gloss. AA) *Altiboans* : altisonans ; hic autem deus est qui ex alto sonat.

(Gloss. AA) *Anet* : anus est : sed ab hoc *anitas* : senectus.

(Gloss. AA) *Anticipassit* : ante ceperit et prius prehenderit, ante fecerit.

? (Gloss. Abol. AP 2 cum Gloss. AA) *Apage sis* : abscede, sic sanus sis. Apage : proverbiale, vox aversantis illa adversus quae dicit.

(Gloss. AA) *Aptra* : folia vitea. <Titinius..>.

? (Schol. Isid. ; Gloss. Fest.) *Apulia* a perditione nominata — apolia (ἀπώλεια) enim Graece perditio dicitur — eo quod ibi sol calore nimio perdit virentia quaeque. [Sed et sol Apollo ex hac perditione vocatus est.] [Apulia] Gignit animal lepori simile quod prosperum κατ' ἀντίφρασιν dicitur ; quodcumque enim animal tetigerit praeter hominem ilico moritur. Hoc et subitellus (–telus ?) dicitur vel quia (quod ?) subito perimit vel quia celer est. [Nam nimium currit] Fertur etiam tres pedes habere ; nam quartus brevis est et usque ad terram non pertingens (–git ?).

(Gloss. Philox. AR 38 et 37) *Armites* : παράταξις ἐνόπλων, ὁπλῖται οἱ ἐν ἐσχάτῃ τάξει.

(Gloss. Philox. AS 21) *Astraba* : σανίς, ὑποπόδιον.

B

I. Ex Paulo Diacono.

Bona, id est substantia rerum, dicta sunt quod digna sint bonis.

---

hoc est per pedes contra naturam, non per caput ; quasi ab aegro partu. Ex scriptore vetere nescioquo profert ps.-Placidus acc. plur. Agrippas, cum hac glossa ' qui pedibus editiore capite pariuntur ' Vide Thes. ling. Lat. s. v.

ALTIBOANS. hic] citaverat igitur poetam (Ennium ?) Festus. Cf. Gloss. Abba Altiboans : in alto ex alto sonans. Eandem formam, cum eadem glossa ' altisonans ', repperit ps.-Placidus, nimirum in eodem versu, sed glossator perverse addiderat haec : Ut Vergilius « reboantque silvae cicadas » (cf. Geo., 3, 223 ; Ecl. 2, 13). Ex gl. deperdita Philoxeni hausit Gloss. Nom. Altiboans : alte clamans.

ANET. anec es **vel** anes **cod1**. Cf. Gloss. Philox. AN 27 et 14 Anet : γηράσκει, γηρᾷ. anitas] Infra exhibent Anitas : senectus **codd**. Cf. Gloss. Philox. AN 8 Anitas : γερουσία. Citavitne Festus Plaut. Merc. 755 « verum hercle anet » ? Cf. supra, s. v. Anatem (26, 24).

ANITAS. Ps.-Placidus hoc vocabulum alicunde protulit.

APAGE SIS. Quale Ciceronianum illud ' capsis ' (Orat. 154), tale potest fuisse id quod ps.-Placidus ex vetere scriptore protulit : apax<is> te, cum glossa ' duc te (tu **codd.**), ἀπὸ τοῦ ἄπαγε dictum '.

APTRA. Ex Festo Gloss. Philox. AP 8 Aptra : ἀμπελόφυλλα, ὡς Τιτίννιος. Sed utrum ex Philox. an ex Abol. hauserit Gloss. AA non satis constat

APULIA. Sed.. Ap.] **om. Gl. Fest.** sub.] –telus **Gl. Fest.** quia] quod **Gl. Fest.** nam ni. curr.] **om. Gl. Fest.** pert.] –git **Gl. Fest.** Cf. infra, s. v. Daunia (60, 15).

ARMITES. Cf. Gloss. AA (=Abol. ? Philox ?) Armicis (–tes) : armati[s].

ASTRABA. i. e. ἀστράβη. Ex Philoxeno Gloss. Ab Abs. (Astraba : tabella ubi pedes requiescunt). Cf. Prob. ad Verg. Ecl. praef. : Sunt autem astrabae vehicula dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι ; quo titulo et Plautus fabulam inscripsit, in qua mulieres in eiusmodi vehiculis inducit. Cf. Goetz (Ind. Ien. aest. 1893, p. iii).

Bombizatio est sonus apium ab ipso sonitu dictus, ut *mugitus* boum *hinnitus* equorum. *Bombus* sonus tumidus. *Boatus* vox plena. *Boare*, id est clamare, a Graeco descendit. *Boarium forum* Romae dicebatur quod ibi boves venderentur. *Bocas* genus piscis a *boando* id est vocem emittendo, appellatur (-ant). *Barri* elephanti (-tes ?) dicuntur, sicut oves dicimus *balare*, utque a sono ipso vocis. .. *Barrus*.. *Luca bos*..

Ballaenam beluam marinam. Ipsam dicunt esse *pistricem*, ipsam esse et *cetum*.

BOMBIZATIO. Et bombitio et bombilatio et bombinatio etc. traduntur pro apium sono, v. g. in triviali glossario (C. G. L. V 493,22) saeculi undecimi Bombitio : sonus apium. Nimirum ex Festo Gloss. Abol. BO 3 Bombus : sonus tumidus ; Gloss Philox. BO 24 Bomvis (-mbus ?) : βομβος. Nexum huius lemmatis cum sequentibus indicare videtur Varro L. L. 7, 103 : Multa ab animalium vocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura ; perspicua, ut Ennii (Ann. 584) « animus cum pectore latrat » ; Plauti (inc. in) « gannit odiosus omni totae familiae » ; Caecilii (249) « tantam rem dibalare ut pro ...ulo habuerit ». Lucilii (261) « haec, inquam, rudet ex rostris atque heiulitabit » ; eiusdem (1275) « quantum hinnitum atque equitatum » : minus aperta, ut Porcii ab lupo « volitare ...ulantis » ; Ennii a vitulo (inc. 7) « tibicina maximo labore mugit » ; eiusdem a bove (Ann. 585) « clamore bo[v]antes » ; eiusdem a leone (Ann. 586) « pausam fecere fremendi » ; eiusdem ab haedo (Ann. 531) « clamor ad caelum volvendus per aethera vagit », etc. Unde apparet etiam Verrium (cum Festo) Varronianam verbi boo etymologiam, scilicet ab eo quod est bos, tetigisse, sic puta : Etiam boare, id est clamare, a sonitu boum secundum quosdam auctores, secundum alios a Graeco quod est βοᾶν descendit. Pleniorem Verrii doctrinam, ni fallor, conservavit Serv. ad. Geo. 3. 223 (reboant) : Est autem Graecum verbum, nam apud Latinos nullum verbum est quod ante O finalem O habeat, excepto ' inchoo ' ; quod tamen maiores aliter scribebant, etc. (cf. infra ad 34, 26 Cohum et Verr. frag. 7). Cf. Sacerdos 491,3 : Quod Plautus (Amph. 232) posuit ' boo Graece posuit, βοῶ βοᾷς, unde derivatur reboo, nam Latinum verbum O ante O habens nusquam repperi.

BOARE : Nimirum ex Festo Gloss. Abol. BO 5 Boatus : vox plena sive mugitus boum.

BOARIUM FORUM. Hinc, ni fallor, Gloss. Leid. 67 E (=Abol.) Forum Boarium : ubi boves venduntur. Cf. Varr. L. L. 5, 146.

BOCAS. (Gr. βῶξ, βόαξ). Cf. Isid. Etym. 12, 6, 9 : Bocas dicunt esse boves marinos, quasi ' boacas '. Ex Festone Gloss. Cyrill. (=Philox.) Bocae : βῶκες οἱ ἰχθύες ?

BARRIRE. Cf. infra, s. v. Barritus (28, 16). Hinc Gloss. Abol. BA 6 Barrit elephans cum vocem emittit ; Gloss. Philox. BA 43 Barrit : τρίζει ἐλέφας, βοᾷ. Hinc etiam, ni fallor, Gloss. Cyrill. (=Philox.) Barrus, bos Luca : ἐλέφας ; Gloss. AA (=Abol. ?= Philox. ?) Barrus, Luca bos : elephas ; Gloss. Abba <Boves Lucae> : boves Lucaniae, elephanti.

Vide igitur ne Verrius (cum Festo) sic fere disputaverit : Sicut boare, Varrone iudice, sonus ...t boum, barrire .. unde barrus nomen elephantis <apud Indos.. barrit elephas, boat bos> : elephas a maioribus nostris Luca bos appellabatur <quasi bos Lucana>, etc. Cf. Isid. Etym., 12, 2, 14 : Apud Indos autem a voce barro vocatur elephantus, unde et vox eius barritus ... dentes ebur. De Luca bove cf. Varr. L. L. 7, 39 (Lucanam bovem quod putabant).

BALLAENA. Cf. infra, s. v. (28, 6). Si ex Festo hausit Gloss. Philox. BA 6, 20 Ballo : ...ρίον θαλάσσιον. Ballaena : φάλαινα, vide ne Festus hic eam etymologiam tractaverit ...tam et Isidorus (Etym. 12, 6, 7 : Ballenae autem sunt inmensae magnitudinis bestiae, ab emittendo et fundendo aquas vocatae ; ceteris enim bestiis maris altius iaciunt ...das ; βάλλειν enim Graece emittere dicitur. Cete dicta, etc.) et Martyrius (173, 1) : Ut ...ta ballaena quasi ballo (βάλλων ?).

Bacchanalia dicebantur Bacchi festa.

Basilica a basileo, hoc est rege, est (?) dicta. *Basilicum* regale.

Bovinatur conviciatur. <.. Bovinatores..> (Gloss. Abol. BO2) « *Bovinator tricosus* » (Lucil. 417) : insidiosus.

Bova <sive *natrix*> serpens est aquatilis quem Graeci ὕδρον vocant, a qua icti obturgescunt. Crurum quoque tumor viae labore collectus bova appellatur.

Batus (βάτος) : genus herbae.

Bac<a>rionem dicebant genus vasis longioris manubri, hoc alii *trullam* appellant. *Bacar* vas vinarium simile bac<a>rioni..

Barathrum Graeci appellant locum praecipitem unde emergi non possit ; dictum ab eo quod est βαθύς.

Ballaenae nomen a Graeco descendit (hanc illi φάλλαιναν dicunt) antiqua consuetudine qua πυρρόν *burrum*, πύξον *buxum* dicebant. *Burrum* dicebant antiqui quod nunc dicimus rufum ; unde rustici *burram* appellant buculam quae rostrum habet rufam. Pari modo rubens cibo ac potione ex prandio burrus appellatur.

BASILICA. Cf. Isid. Etym. 15,4, 11 : Basilicae prius vocabantur regum habitacula ; unde et nomen habent, nam βασιλεύς rex et basilicae regiae habitationes, etc. ||est dicta **vel** dicta est **codd.** : **an** dicta (scil. sunt) ? Nam potest Festus non basilicam, sed basilicum Plauti (Epid. 232) tractavisse.

BOVINATUR. Glossographorum veterum, ni fallor, duas glossas hic coniunxit Festus. Nam ps.- Placidus, qui ab eis totus pendet, repperit inf. modum bovinari cum glossa ' conviciari, clamare ' ; repperit ni, fallor, etiam (nempe in versu Luciliano) nom. sing. bovinator tricosus cum glossa (revera adiectivi, non nominis) ' inconstans '. Et Gellius suo more profert (11, 7, 9) versum Lucilianum :

si tricosus bovinatorque ore inprobus duro,

interpretatus bovinatorem quasi tergiversatorem. Eum locum Gellii excerpsit Nonius (79, 27) : Bovinatores, quos nunc malitiosos et tergiversatores dicimus, etc. Similiterque Vergilii scholiasta ille (Donatus, ni fallor) unde sumpsit Gloss. Abstr. BO7 Bovinatores : inconstantes. Verius Verrium (et Festum) rem perspexisse docet gl. Philox. BO28 (ex hoc loco Festi, scil. ex adnotatione marginali, collecta) Bovinatores : θορυβοποιοί, θρῦλον ποιοῦντες ἢ ταραχήν (scil. quasi mugientes boves). Hoc filo usus per labyrinthum lexicorum hodiernorum evades.

BOVA. Cf. Ps. –Plac. Bova : vehemens rubor, interdum genus serpentis. Nimirum ps. –Placidus eam formam (nom. sing.) in eo versu repperit quem Festus infra (s. v. Tama 494,2) citat (Lucil. 1195) : Inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxit. Quem versum etiam hic citavisse Festus potest. Ex Festo nimirum hauserunt Gloss. Abba (= Abol.) Boa : rubor vehemens, Boa : serpens mirae magnitudinis et tumor in crure suffuso sanguine ; Gloss. Philox. BO25 Boa : ὁ τοὺς πόδας φλεγμαίνων, BO 18 Bova : νόσος βοῶν NA 28 Natrix, bova : ἰχθύος εἶδος. (Ex Philox. provenit Gloss. Nom. Boa : tumor pedum prae itinere).

BATUS. Eam formam (nom. sing.), sed Graece scriptam, profert e scriptore vetere nescioquo (Lucilio ?) ps. –Placidus, et illam quidem eadem glossa marginali instructam, Batos : herbae genus.

BACARIONEM. Ex Festo videlicet Gloss. EE (= Abol.) Bacario : urceoli genus. De Gloss. Philox. BA 14 Bacario : πορνοδιάκονος cf. ad 20, 24 Aquarioli).

BACAR. Cf. ad 32, 20 Bucar.

BALLAENAE. Cf. ad 28,6 s. v.

BURRUM. Cf. infra, s. v. Burranica Potio (33,4 a rufo colore, quem burrum vocant).

Basiliscus appellatur genus serpentis, vel quod in capite album habeat instar diadematis, vel quod reliqua serpentium genera vim eius fugiant.

Barritus appellatur clamor exercitus, videlicet quod eo genere barbari utantur.

Breve a Graeco descendit quod est βραχύ.

Bruttiani dicebantur qui officia servilia magistratibus praestabant, eo quod hi primum se Hannibali tradiderant et cum eo perseveraverant usque dum recederet de Italia.

Bruma a brevitate dierum dicta.

Brutum antiqui gravem dicebant,

Bracchium nos, Graeci dicebant βραχίον. Quod deducitur a βραχύ, id est breve, eo quod ab umeris ad manus breviores sit quam a coxis plantae.

Brassica a praesecando est dicta.

Bruttianae parmae dicebantur scuta quibus Bruttiani sunt usi.

Bubinare est menstruo mulierum sanguine inquinari. Lucilius (1186): " haec ", inquit, " inbubinet, at contra te inbulbitat ". *Inbulbitare* est puerili stercore inquinare: dictum ex bulbo, quod Graeci appellant βόλβιτον.

Bucerum pecus de bubus dicimus. *buceriae*... Lucr. (2, 661)..>

Cic. Orat. 160 : Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum ; (trag. 332) « vi patefecerunt Bruges », non Phryges ; ipsius antiqui declarant libri.

BASILISCUS. album] i. e. albam maculam. Cf. supra, s. v. (4, 8).

BARRITUS. Barbaricum **Paul.** : **an** barritum ? Cf. Schol. Stat. Theb. 4, 394 (ululatum) quod Amazones cum finitimis bellare dicuntur, quorum ululatus barritus, id est ' barbarus ritus ' ; Amm. 26, 7, 17 terrifico fremitu quem barbari dicunt barritum.

BREVE. Cf. infra (28, 25).

BRUTTIANI (cf. Gell. 10, 3, 19). -uti **Paul.** Hinc Gloss. Philox. BR 7 Bruttiani : οἱ δουλικὰς τάξεις χρεωστοῦντες. Etiamne BR 10 Bruttiani : περίπολοι ? Cf. 29, 1 Bruttianae Parmae.

BRUMA. Vulgata illa apud antiquos etymologia ; v. g. Varr. L. L. 6, 8 : Dicta bruma quod brevissimus tunc dies est ; Macrob. 1, 21, 15 : Brumam a brevitate dierum cognominaverunt, id est βραχὺ ἦμαρ. Potes hoc lemma post lemma Breve si credis ex Festo hausisse Isidorum (Etym. 5, 35, 6) : Unde et hoc tempus bruma dicitur, quasi βραχύς, id est brevis.

BRUTUM. Cf. infra, s. v. Obbrutuit (201, 29 a bruto, quod antiqui pro gravi, interdum pro stupido dixerunt). Cf. Porph. Hor. C. 1, 34, 9 : Bruti graves et tardi dicuntur. E Festone Gloss. AA (= Abol.) Brutus : .. gravis ? Multus est in nominibus propriis Festus (i. e. Verrius, qui hic famam M. Iunii illius vindicat).

BRACCHIUM. -achi- **codd.** brachion **codd.** brev. res] ergo βράχιον legend. ? sit vel sint **codd.**

BRASSICA. Cf. Varr. L. L. 5, 104 : Brassica ut ' praesica ', quod ex eius scapo minutatim praesecatur ; asparagi, etc. (cf., 18, 7).

BRUTTIANAE. Cf. 28, 19 Bruttiani ; 274,23. –uti –vel –uci– **codd.** –uti– **vel** –uci –**codd.**

BUBINARE. inbub.] scil. reddit te bubinantem. Hinc Gloss. AA (= Abol.) Bubinare : sanguine inquinari mulieri (s) menstruo. Ex veteribus scriptoribus et hanc ipsam formam (infin. praes. act.) et nomen unde est derivata protulit ps.-Placidus (1 Bubinare : sanguine inquinari ; bubinarium autem est sanguis qui mulieribus menstruus venit 2). Bubino (abl. sing.) : menstruo, id est fluore sanguinis.

BUCERUM. Hinc Gloss. Philox. BU 9 Bucerum : γέννημα βοός. Et ni fallor, Gloss. Abol. BU 6 Buceriae : armenta. Cf. Non. 80, 27 : Buceriae boum greges, Lucretius lib. II (661) lanigerae pecudes ..buceriaeque greges.

Bustum proprie dicitur locus in quo mortuus est combustus et sepultus, diciturque bustum quasi ' bene-ustum'. Ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo *ustrina* vocatur. Sed modo busta sepulcra appellamus.

Buteo genus avis qui ex eo se alit quod accipitri eripuerit. Vastitatisque esse causam his locis quae intraverit, ut bubo, a quo etiam appellatur buteo.

Bucina quam nos appellamus, Graeci βυκάνην a similitudine soni dicunt.

Bulimum (βούλιμον) Graeci magnam famem dicunt, adsueti magnis et amplis rebus praeponere βου, a magnitudine scilicet bovis. Hinc est quod grandes pueros βούπαιδας appellant et mariscam ficum βούσυκον.

Bubeum (?) est genus quoddam vini.

Bucephalus vocatus est equus Alexandri regis propter quandam bubuli capitis similitudinem.

Benna lingua Gallica genus vehiculi appellatur. Unde vocantur *conbennones* in eadem benna sedentes.

Besem appellatum esse quod bis triens sit ! quamvis dura compositio fiat besis ex triente. Besis VIII sunt unciae, triens IIII.

Bellum a beluis dicitur, quia beluarum sit perniciosa dissensio.

Barium urbem Italiae appellarunt conditores eius expulsi ex insula Barra, quae

---

BUSTUM. Cf. 456, 27 Sepulchrum. Hausitne ex Festo Gloss. Vat. 1469 Ustrina : locus ubi comburuntur corpora vel ubi porci ustulantur ? Etiamne Serv. auct. ad Aen. 11, 201 : Bustum dicitur in quo mortuus combustus est, ossaque eius ibi iuxta sunt sepulta ; alii dicunt, ubi homo combustus est, nisi ibidem humatus fuerit, non esse ibi bustum sed ustrinum ? Hoc lemma etiam in Festo vicinum lemmati Buteo fuisse colligas licet ex Gloss. Philox. BU18 Bustum : τάφος, μνῆμα, πυρά, βουτιο (i. e. buteo).

BUTEO. Cf. ad 3, 10 Alites. Hinc nimirum Gloss. Philox. BU 27 Buteo : ὀρνέου εἶδος bubo] Hausitne e Festo Isid. Etym. 12, 7, 39 : Bubo a sono vocis compositum nomen habet ? Cf. Varr. L. L. 5, 75 : Ab suis vocibus, ut haec.. bubo.. aliis de causis appellatae, ut noctua, etc. (cf. 178, 29 Noctua).

BUCINA. Cf. Varr. L. L. 6, 75 : Nec sine canendo tibicines dicti.. etiam bucinator a vocis similitudine et cantu dictus. Hausitne e Festo (male intellecto) Isid. Etym. 18, 4, 1 Bucina.. dicta a voce, quasi ' vocina ' ?

BULIMUM. -mam **codd.** Hinc Gloss. Abol. BU 8 Bulimus : fames magna. Cf. Varr. R. R. 2, 5, 4 : Ab his (bubus) dici pleraque magna, ut βούσυκον, βούπαιδα, βούλιμον, βοῶπιν uvam quoque bumammam.

BUBEUM (?) Byblinum **docti**. Expectes aut bumammeum aut bumasteum, saltem si hoc lemma cum praecedente coniunctum est.

BENNA. In suo Pauli codice formam combenniones legisse videtur Mico diaconus S. Richarii (saec. IX°).

BESEM. Aliter Varro L. L. 5, 172 ‖ VIII **scripsi** (cf. Gloss. Cyrill. Ὀκταούγκιον : bessem) novem **Paul.** ‖ IIII **scripsi** : tres **Paul.**

BELLUM. Aliter 58, 20 (Duellum bellum, videlicet quod duabus partibus, etc.). Quam etymologiam etiam hic tetigisse Verrium (et Festum ?) vicinitas lemmatis Besem monet.

BARIUM. Intervallum idcirco nullum signavi quia hic, ni fallor, duo quae infra sunt lemmata, Beluatus, Beneventum, Festus (saltem Verrius) posuerat. Festum fideliter descriptum esse a Paulo docet Schol. Isid. ex Festi codice haustum : Barrium urb. It. con ..Brund. appellaverunt. Cf. Reitzenstein (Herm. 20, 534).

non longe est a Brundisio. *Brundisium* quidam poetae brevitatis causa *Brendam* dixerunt (appellaverunt).

Beneficiari dicebantur milites qui vacabant muneris (–re) beneficio. E contrario *munifices* vocabantur qui non vacabant, sed munus reipublicae faciebant.

Benignus proprie dicitur is qui bonis et dignis largitur. Est [autem] compositum ex bono et gignendo.

Bellona dicebatur dea bellorum. Ante cuius templum erat columella quae *Bellica* vocabatur, super quam hastam iaciebant cum bellum indicebatur.

Bidental dicebant [quoddam] templum <extra portam Capenam> quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur. *Bidentes* autem sunt oves duos dentes longiores ceteris habentes.

Bisaeta porca (bisaetus porcus ?) dicitur cuius a cervice saetae bifariam dividuntur cum iam esse incipit maior sex mensium.

Bignae (?) geminae dicuntur quia bis una die natae sunt. *Bigenera* dicuntur animalia ex diverso genere nata, ut *leopardalis* ex leone et panthera, *cicur* ex apro et scrofa domestica, *muli* ex equo et asina (equa et asino ?).

Billis apud Afros appellatur semen humanum humi profusum.

Blaterare est stulte et praecupide loqui, quod a Graeco βλάξ originem ducit. Sed et camelos cum voces edunt blaterare dicimus. <.. *blatit*..> *balatrones* [et].

BENEFICIARI. i. e. –rii. Benefictari **vel** –fact– **codd.** || **vel** muneri<bu>s.

BENIGNUS. Obscuravit Paulus Festi sententiam, sive huius modi erat ' Benignus secundum quosdam propr.', etc., sive ' secundum quosdam est compositum ', etc.

BELLICA COLUMNA. Cf. ps–. Placidus Bellicam columnam : ante aedem Bellonae, quae Pyrrhi temporibus constituta dicitur ut exeuntes in bellum superiacerent eam hasta, velut in conspectu hostis essent. Pleniorem historiam videtur Varro confecisse (Cf. Serv. auct. ad Aen. 9, 52).

BIDENTAL. Hinc Gloss. Abol. BI 4 Bidental : extra portam Capenam.

BIDENTES. Cf. infra s. vv. Bovem Bidentem (31,21), Duidens (58,19) ; ' Ambidens '(4, 28 sive bidens ovis appellabatur quae superioribus et inferioribus est dentibus).

BISAETA. Hinc Gloss. Philox. BI 53 Bisaetus : χοῖρος ἐξαμηνιαῖος. Masculinum genus habes etiam infra, Dissulcus Porcus (63, 29 dicitur cum in cervice saetas dividit).

BIGENERA. Hincine Gloss. Abol. BI 14 Bigener : de duobus generibus natus ? Etiamne Isid. Etym. 12, 1, 61 : In animantibus bigenera dicuntur quae ex diversis nascuntur, ut mulus ex equa et asino, burdo ex equo et asina, hybridae ex apris et porcis, tityrus ex ove et hirco, musmo ex capra et ariete ? | leopardalis] Cf. camelopardalis Varr. L. L. 5, 100. || cicur] Hincine Gloss. AA (= Abol.) Cicurem : suem, porcum ? | muli] Cf. Varr. R. R. 1, 1 : Ex aqua et asino fit mulus, contra ex equo et asina hinnus.

BLATERARE. –atte –**codd.** –atte– **vel** –ate– **codd.** Cf. infra, s. v. Deblaterare (63, 13 est stulte loqui ; nam Graeci βλάκκας stultos appellant). Hinc, ni fallor, variae glossae Abol., Blax : stultus, unde blatterat stulte loquitur, Blattit : perstupide loquitur, Blatere : stupide et sine causa loqui. | blatit] Hanc tert. pers. in versu (eodem credo) scriptoris veteris repperit ps. –Placidus cum glossa ' praecupide loquitur '. Verbum esse tert. coniugationis monent codices Gellii 4, 1, 4. Primam pers. esse blato (non ' blatio ') indicat nomen blato, –onis quod fortasse ex hoc loco Festi sumptum) habet Gloss. Philox. BL 9 Blato : ματαιολόγος. Hinc quoque nimirum BL 1 Blaterat : ματαιολογεῖ | balatrones] Cf. ps. –Acr. in Hor. S. 1, 2, 2 : Balatrones.. qui idem et blaterones dicti.

Blat<t>eas (?) ballas (bu– ?) luti ex itineribus aut quod de calciamentorum soleis eraditur appellabant.

Bilbit factum est a similitudine sonitus qui fit in vase. Naevius (com. 124) " bilbit amphora " inquit.

Bibliotheca (βιβλιοθήκη ?) et apud Graecos et apud nos tam librorum magnus per se numerus quam locus ipse in quo libri conlocati sunt appellatur.

Blitum genus holeris a saporis stupore appellatum esse ex Graeco, putatur quod ab [h]is βλάξ dicatur stultus.

Bardus stultus a tarditate ingenii appellatur. Caecilius (250) : Nimis audacem nimisque bardum barbarum. Trahitur autem a Graeco, quod illi βαρδύς dicunt. *Bardus* Gallice cantor appellatur qui virorum fortium laudes canit ; a gente Bardorum de quibus Lucanus (1,449) : Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Belu<a>tus bestiae similis.

BLATTEAS. Hucine redit Gloss. Philox. BL 6 Blatte[l]a (vel Blattia) : θρόμβος αἵματος τῶν κογχυλίων ?

BILBIT. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) BI 96 Bilbit : adumbratio vocis aquae scaturientis ; Gloss. Philox. BI 13, 25 Bilbit : ἐπισκιασμὸς φωνῆς, βομβύζει.

BIBLIOTHECA. –cae codd.

BLITUM. Graeco] scil. βλίτον. Cf. Non. 80, 23 ; Blitea inutilis, a blito,herba nullius usus, Plautus in Truculento (854) « blitea et lutea est meretrix ». Laberius in Tusca (92) « bipedem bliteam beluam ». Ex scholio Vergiliano, sed ex eadem origine (De Verb. Signif. ?) fortasse hausto, emanavit Gloss. Abstr. BI 6 Blitea : stulta. [[βλάξ] cf. supra, s. v. Blaterare 30, 27 (est stulte.. loqui quod a Graeco βλάξ originem ducit).

BARDUS. Nonius quidem, dum Plautum ipse evolvit, hanc vocem offendit (Pers. 169 bardā) et de ea disputat, adnotatione marginali in suo exemplari posita usus (10,3). Sed priorem disputationis partem vix ex marginali adnotatione sumpsit, immo ex uberiore fonte (De Verb. Signif. ?) : Bardum est vi propria ingenio tardum ; nam Graeci βαρδεῖς tardos dicebant, Homerus Iliados XXIII (530) βάρδιστοι μὲν γάρ οἱ ἔσαν καλλίτριχες ἵπποι, Ἥκιστος δ' ἦν αὐτὸς ἐλαυνέμεν ἅρμ' ἐν ἀγῶνι. Ps. –Placidus repperit –haud scio an in eodem Caecilii versu quem Festus citat –bardum (acc. sing.) cum hac adnotatione ' hebetem stolidum bretendum (leg. βραδύν).

a gente – Bardi] dele, si credis ea a Paulo esse adiecta. Equidem non modo ea verba sed totum de bardo, i. e. cantore, disputationem Festo malim imputare, quasi quae ex ipsis Lucani versibus extiterit :

> Vos quoque, qui fortes animas belloque peremptas.
> Laudibus in longum vates dimittitis aevum, Plurima, etc.

Neque tamen Verrio ipsi notitia ex Gallicis Iulii Caesaris bellis allata de bardis Gallorum denegari potest.

BELUATUS. Hoc lemma cum sequente sequebatur olim, ni fallor, 30,4 (Bellum a beluis dicitur etc.)et huc translatum est quia etiam beluatus stultum significat. Sane illud ' Belutus ' etiam in eo Festi codice fuisse potest unde hausit Gloss. Philox. BE 14. Beluius θηρίου ὅμοιος. Nisi quidem Beluinus recte correctum est a librariis, et veram vocabuli e Festo sumpti formam conservavit Gloss. Nom. (e Gloss. Philox. descriptum) Beluatus bestiis similis. Venit quidem in mentem Plautinus versus; Pseud. 147 « beluata tapetia » in quo tamen beluata non ' bestiis similia ' sed ' beluarum figuris ornata ' significat. Neque Plautinum illud belliata (Rud. 463) hanc significationem ullo modo admittit ; vix ac ne vix quidem illud belliatula (Cas. 854). Atqui potest fieri ut, dum alterutrius versus lectionem tractat, definire illud beluatus necesse habuerit grammaticus aliquis.

Beneventum colonia cum deduceretur appellari coeptum est melioris ominis causa. Namque eam urbem antea Graeci incolentes Μαλόεντον appellarunt (vocabant). (Gloss. Abol. BO7) Beneventum dicta quasi bene inventa vel bene habens, id est fertili terra seu opulentissima.

Bulgas Galli sacculos scorteos appellant.

Bovem bidentem a dentium numero dicunt appellari.

" *Bellicrepam saltationem* " dicebant quando cum armis saltabant. Quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse cum a ludis Sabinorum virgines rapuit. <.. **Pyrricham dicimus** >.

Bilingues Bruttaces Ennius (Ann. 496) dixit quod Brutti et Osce et Graece loqui soliti ‹sint›. Sunt autem Italiae populi vicini Lucanis.

" *Bitienses* " dicuntur qui peregrinantur assidue.

Baiulos dicebant antiqui quos nunc dicimus operarios. Unde adhuc *baiulari* dicitur.

" *Blandicella verba* " blanda per deminutionem sunt dicta.

Bellarium (?) et *bellaria* res bellis aptas appellabant. *Bellitudinem*, sicut magnitudinem. Verrius dixit.

Boiae, id est genus vinculorum, tam ligneae quam ferreae dicuntur.

Botulus genus farciminis propter conexionem a bolis sic appellatur.

BENEVENTUM. Cf. 458, 36, s. v. Segesta. antea] Cf. 174, 32, s. v. Numerius. Schol. Isid. eadem habet verba quae Paulus sed in ' vocabant ' (non ' appellarunt ') desinit. Partem igitur fideliter scripsit Paulus ; partem alteram Gloss Abol. conservavit.

BULGAS. Eandem fere interpretationem adscriptam repperit ps–.Placidus formae bulga (nom. sing.) in scriptoris veteris codice adscriptam, Bulga : saccus scorteus.

BIDENTEM. Cf. ad 30, 17, s. v. Bidental.

BELLICREPAM. Hinc Gloss. AA (Abol). Bellicrepa saltatio : quam pyrrica dicimus.

BILINGUES. Ennium dixisse « Bruttace bilingui » et Ennianam dictionem a Lucilio repetitam (1124 Bruttace bilingui) docet Porphyrio ad Hor. Sat. 1, 10, 30. Denique Lucilium secutus Horatius (l. c.) « Canusini more bilinguis ».

BITIENSES. dicuntur] Nempe a comoedo (Ennio ?, Plauto ?) ad Bithynienses alludente.

BAIULOS. antiqui] sed Cicero verbum novit (v. g. Parad. 23 baioli atque operarii) ; noverunt ecclesiastici scriptores, etc. (Cf. Thes. Lat.). Vide igitur ne Paulus verba Festi immutaverit. Si lemma Plautinum est, spectat ad Poen. 1301.

BLANDICELLA. Ex Festi codice, ni fallor, Gloss. Vat. 1469 Blandicella verba : diminutive.

BELLARIA. Anglice ' sweets to the sweet '. Cf. Varr. ap. Gell. 13, 11, 6-7. Citavitne Festus Plaut. Truc. 780 ?

BELLITUDINEM. dixit] scil. dum de bellariis disputat ? Verriana igitur vox, non Plautina ?

BOIAE. Proprie ligneae, si vere dicit Isid. Etym. 5, 27, 12 : Boia est torques damnatorum, quasi iugum in bove, ex genere vinculorum. (Ea fortasse sunt ex Festo hausta). Utrum ligneae an ferreae apud Plautum (Asin. 550 ; Capt. 888) omnino non constat.

BOTULUS. Gell. 16 7, 11 : Atque item in mimo qui Saturnalia inscriptus est botulum pro farcimine (Laberius) appellat et hominem levennam pro levi ; item in Necyomantia cocionem pervulgate dicit quem veteres arillatorem dixerunt (?Cf. supra, 19, 1, Arillator, qui etiam coccio appellatur). Etiam Plautum vocem usurpasse crede : siquidem haec lemmata sunt Plautina.

Blennos stultos esse Plautus indicat, qui ait (Bacch. 1088) : Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.

Binominis cui geminum est nomen ; ut Numa Pompilius, Tullus Hostilius.

Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes exceptis Graecis. Unde Plautus (Mil. 211) Naevium poetam Latinum barbarum dixit. [Fortasse et ob hoc noster apostolus (Paul. ad Rom. 1, 14) Graecis ac barbaris se debitorem esse fatetur.]

Bellule apud Plautum diminutivum adverbium est a bene, quod facit *belle* et bellule.

Burranicum genus vasis. *Bacar* similiter genus est vasis.

Buttubatta Naevius (Plautus) pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis.

Bulla aurea insigne erat puerorum praetextatorum. Quae dependebat eis a pectore ut significaretur eam aetatem alterius regendam consilio (dicta est autem bulla a Graeco sermone βουλή, quod consilium dicitur Latine), vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est pectus, in quo naturale manet consilium.

Boicus ager dicitur qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem est in Gallia citra Alpes, quae Togata dicitur. In quibus sunt Mediolanenses.

Burranica potio appellatur lacte mixtum sapa ; a rufo colore quem *burrum* vocant.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. AA) *Batioca* : patera.

(Schol. Isid.) *Bovianum* dictum est

BLENNOS. (Gr. βλεννός Cf. Marx ad Lucil. 1063). Ex commentatione Vergilii (ex Signif. Verb. hausta ?) hausit Gloss. Abstr. BE 16 Blennones : putidi, hircosi (–cones ?). Sed ex Festo potest hausisse. Eodem fortasse potius quam ad Festum (per Gloss. Abol.) revocabis Gloss. Ampl. II et Aff. Blenni : putidi, taetri.

BINOMINIS. Cf. Serv. ad Aen. 6, 383 (gaudet cognomine terra) : Facit autem hic et haec cognominis, nam in Plauto lectum est cum una de Bacchidibus diceret « illa mea cognominis fuit ». Cf. infra, s. v. Cognomines (35, 14).

BARBARI. Cf. 512, 23 « in barbaria ». (Plaut. frag. 72) est in Italia.

BURRANICUM. Cf. 33,4 Burranica Potio. BACAR. Cf. 28,3 Bacar. Bu –**codd. hoc loco.** Ex Festo nimirum Gloss. Philox. BA 7 Bauar (**leg.** Bacar) : : εἶδος ἀγγείου Fortasse etiam Gloss. Ampl. II, Aff. (=Abol.) Bacarium : vas aquarium.

BUTTUBATTA. –uttu– **vel** –utu– **codd.** Charis. 242, 10 (ex Varr. Lat. Serm. V ?) : Butubatta ; hoc Plautus pro nihilo et pro nugis posuit, ut in Glossis Veterum ; buttutti : fluctus (sc. sonus), quidam (sc. dicunt) sonus vocis effeminatior, ut esse in sacris Anagninorum vocum veterum interpretes scribunt.

BULLA. Cf. 430,7. βουλή] Varroniana etymologia est. Cf. Plutarch. Quaest. Rom 101.

BOICUS AGER. in quibus] i. e. quorum praecipuum oppidum est Mediolanum (ut in Gloss. Abba Liguria : provincia Italiae in qua est Mediolanum).

BURRANICA. Cf. 32, 20 Burranicum || burrum] Cf. 28, 9, s. v.

BATIOCA. Graece βατιάκη. Sed –oc– (non –ac–) confirmant codd. Plauti Stich. 694 « scaphiis cantharis batioc[h]is ». Et hanc forman (nom. vel abl. sing.) repperit ps. –Placidus in vetere scriptore cum glossa ' patera argenti ad sacrificandum '. Hucine pertinet gl Cyrill. (= Philox.) Batiola : ποτήριον φιαλοειδές (unde Gloss. Nom. Batiola : calix latus, non angustus) ? Cf. Martyrius gram. 167,9 : Quae nusquam nisi in diversis cottidianis glossematibus repperi, batiola : ποτήριον, etc. ; Nonius 505, 16 : Batiola Plautus Colace (53) « batiolam auream octo pondo habebat ; accipere noluit ».

BOVIANUM. De Bovillis loquitur Nonius 122,5 : Hillas intestina veteres esse dixerunt :

quod Sabelli, cum sedes quaererent, bovem secuti sunt eo proposito ut ibi oppidum conderent ubi ille requievisset. Igitur a bove Bovianum est appellatum.

C

I. Ex Paulo Diacono.

Corona cum videatur a choro dici, caret **tamen aspiratione. Sive coronae dicuntur** quod honorent eos quibus inponuntur.

Coturnix appellatur a sono vocis.

Cornua Liberi patris simulacro adiciuntur [quem] inventorem ‹is› vini [dicunt], eo quod homines nimio vino truces fiunt.

Corgo apud antiquos pro adverbio, quod est, **profecto, ponebatur.**

Corbitae dicuntur naves onerariae, quod in malo earum summo pro signo corbes **solerent suspendi.**

Colurna hastilia ex corno arbore facta.

Cothones appellantur portus in mari inte**riores arte et manu facti.**

Conlatia oppidum fuit prope Romam, eo quod ibi opes aliarum civitatum fuerint conlatae, a qua Romae *porta Conlatina* dicta est.

---

unde ' Bohillae ' (Βοΐλλαι) oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnere trahens adve**nerit, etc.**

CORONA. Cf. Isid. Etym. 19, 30, 2 : Nomen coronae ex hac causa vocatum quod initio circum aras curreretur atque ad imaginem circuitus vel chori est formata et nominata corona Cf. Scaur. 14, 10 C cum X quoque Graeca littera consentit, unde quidam coronam, nonnulli **choronam dixerunt ; Quint. 1, 5, 20 ; Thes. Lat. s. v. [quod hon.] i. e. quasi ' chonorae ' ?** Hincine igitur argumentum pro orthographia honor (non onor, ut omnes) est sumptum ?

COTURNIX. Ad sonum magis quadrat forma coc-turnix. An excidit vocabulum quaquila (unde Germanice ' Wachtel ')? Cf. Schol. Isid. (ex Festo ?) Coturnicem a sono vocis vulgus quaquaram appellat ; Gloss. Bibl. (ad Exod. 16, 13) Coturnices : similes avibus quas quidam quaquilas vocant ; (ad Psal. 104, 40) Co. : aves parvae similes illis quas vulgus quasquilas vocant.

CORNUA. Cf. Porphyr. C. 2, 19, 30 Libero patri et cornua a nonnullis assignantur quoniam scilicet vinolentia etiam protervitatem et contumaciam addere solet, quae per cornua **significantur.**

CORGO. Immo gorgo, sed antiquitus C pro G erat in usu. Ex Festo Gloss. Philox. GO2 Gorgo : ἀναμφίβολος (sed cum ficticio additamento Gorgi : ἀναμφίβολοι). Reppererat vocem in antiquo scriptore nescioquo ps. Placidus cum interpretatione adscripta ' adverbialis **interpositio, ut porro, prorsus, nimirum '. Quantum gorgo distet ab ergo non constat.**

CORBITAE. Earum tarditatem memorat Plautus (Poen. 507 ; cf. 543), earum longos **malos Lucilius (483), quos versus fortasse hic protulit Festus.**

COLURNA HASTILIA. Suspicor Ennium (aut alium) haec verba adhibuisse, sed in alio casu (dat., abl.) siquidem indidem glossa ps - Placidi provenit, Colurnis, ex corno factis ; nam et colurni qui ex corulo fiunt (sed expectes ' colurna quae '). Hinc doctorum altercatio ; nam corulo arbori hic nullus esse locus videbatur. Cum iis qui ad corulum referre illud colurnis non dubitaverunt consensit Vergilius (Geo. 2, 396 veribus colurnis ; cf. Serv. et Schol. Bern. ad loc.). Duplicem etymologiam et versum Vergilianum in Festo stetisse collige ex Gloss. Cyrill. (= Philox.) Colurnum : λεπτοκαρύινον ἢ κρανέινον. Virg. Georgicon II « pin**guiaque in veribus torrebimus exta colurnis ».**

COTHONES, Vide Thes. Lat.

CONLATIA. Cf. Serv. Aen. 6, 773 : Quamquam Collatiam Tarquinius constituisse dica-

Conlucare dicebant cum profanae silvae rami deciderentur officientes lumini.

Conlativum sacrificium dicitur, quod ex conlatione offertur.

Colophon (κολοφών) dixerunt cum aliquid finitum significaretur.

Concinnare est apte conponere ; concinere enim convenire est.

Concilium dicitur a populi consensu ; sive concilium dicitur a [con]*calando*, id est vocando. *Conciliabulum* locus, ubi <in> concilium convenitur.

Contio significat conventum, non tamen alium quam eum qui <a> magistratu vel a sacerdote publico per praeconem convocatur.

Contubernales dicuntur a tabernis quae fiebant ex tabulis. Unde et *tabernacula* sunt dicta, licet ex tentoriis et ex pellibus fiant. *Contubernium* dicitur contubernalium habitatio.

Conclavia dicuntur loca quae una clave clauduntur.

Contemplari dictum est a templo, id est loco qui ab omni parte aspici vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui *templum* nominabant.

---

tur,qui, ut erat superbus, eam ex collata pecunia constituit ; unde et Collatia dicta est || po. Ro. **Paul.**

CONLUCARE. Hanc verbi partem idem significantem invenit ps. -Plac. in scriptore antiquo nescioquo (Catone R. R. 139 ?) cum interpretatione marginali ' deputare ' ; sed ex Festo provenisse glossam Cyrill. (= Philox.) (Colluco : διακαθαίρω δένδρον) non constat. Cf. infra. s. v. Sublucare (474, 28 conlucare autem succisis arboribus locum inplere luce).

CONLATIVUM SACRIFICIUM. Vide infra, s. v. Conlativum ventrem (51,15). Hincine gl. corrupta Philox. (CO 53) Colla<tivum> : θυσία ἱερέων ?

COLOPHON. Qua de causa mentio Graeci vocabuli in hunc librum illata sit miraris. Vide ne urbis Colophonis famam (Strab. 643) tractaverit Festus.

CONCINNARE. Noli mutare illud apte, quamquam Gloss. Abstr. habet ' arte ' (CO 161-2 Concinnat : arte facit aut componit, Concinnum : breviter arteque conpositum) et Gloss. Abol. ' artificiose ' (CO 76 Concinnat : artificiose confingit). Et hanc etymologiam et meliorem (' apud veteres cinnus potionis genus ex multis liquoribus confectum dici solet ') (cf. 83, 29) habet Nonius (43, 17) ; hanc etiam Varro (L. L. 6, 57 concinne loqui dictum a concinere). Ad Festum potest redire gloss. Philox. (CO 258 Concinnat : στερροποιεῖ ἐπὶ συμφώνῳ, etc.) nam στερροποιεῖν est apte componere.

CONCILIUM. Viam ex priore lemmate (Concinnare, apte componere) ad hoc monstrat Varro L. L. 6, 43 : Concilium -inde consilium -ut vestimentum apud fullonem cum cogitur, conciliari dictum. ||Consensu] nam conciliari est in consensum et amicitiam redigi. Cf. Donat in Eun. 669 : Omnis conventio uniuscuiusque unicuique conciliatio nominatur.

CONCILIABULUM. convenitur] Noli mutare, ne viam ad sequens lemma impedias.

CONTIO. Cf. infra, s. v. (58, 5 conventus, quasi convocatio).

CONTUBERNALES. TABERNACULA. Cf. supra s. v. Adtubernalis (11, 12 habitator continuae tabernae) ; Isid. Etym. 9, 7, 23.

CONCLAVIA. Hincine Gloss. Abav. (— Abol.) CO 117 Conclave : locus clausus vel munitus vel domus quae multis concluditur cellis? Hinc Gloss. Cyrill.(= Philox) Conclavis : οἶκος ὑπὸ μίαν κλεῖδα. Donati scholium Terentianum est (Eun. 583) : Conclave est separatior locus in interioribus tectis, vel quod intra eum multa loca clausa sint, ut cubicula adhaerentia triclinio. Et ex simili scholio Vergiliano provenit gloss. Abstr. (CO 104 Conclave : interius cubiculum, sed proprie domus sic appellatur).

CONTEMPLARI. Plenius Varro (L. L. 7, 9) qui a verbo tueri nomen templum derivat.

Comitiales dies appellabant cum in *Comitio* conveniebant ; qui locus a coeundo, id est insimul veniendo, est dictus.

Calatores dicebantur servi ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare, quia semper vocari possent ob necessitatem servitutis.

(Charis). *Nomenclator* sine U dicitur, ut Verrius ait, velut nominis calator.

Condulus anulus. *Condalium* similiter anuli genus.

Contestari est cum uterque reus dicit : Testes estote.

Codeta ager in quo frutices existunt in modum codarum equinarum.

Condictum est quod in communi (-ne) est dictum.

Coctum a cogendo dicitur, quia coquendo coartetur ut ad utilitatem vescendi perducatur. *Cocula* vasa aenea coctionibus apta ; alii cocula dicunt ligna minuta quibus facile decoquantur obsonia.

(Plautus fr. 181) : Aeneis coculis mi excocta est omnis misericordia.>

Cohum lorum quo temo buris cum iugo conligatur, a cohibendo dictum. *Cohum*

Utrum ex Festo emanaverit gl. Ansil. (CO 1730 Contemplabo : videbo, intuebo) an ex schol. ad Verg. Geo. (1, 187 ; 4, 61) non liquet.

COMITIALES DIES. Cf. Varro L. L. 6, 29 ; Macrob. 1, 16, 14 ; Schol. Pers. 4, 15 ; Fast. Praen. (C. I. L.I², p. 231) C<omitiales dies appellantur cum popul<us coire convocari cogi potest ac lege a<gi item licet>.

COMITIUM. Cf. Varr. L. L. 5, 155.

CALATORES. An servi <sacerdotum> ? Cf. Gloss. Abba (= Abol. ?) Calator : vocator, minister sacrorum ; Gloss. Philox. CA 43 Calatores : ἐκβιβασταὶ ἱερέων (sed CA 30 Calatores : δοῦλοι δημόσιοι, περίπολοι). Cf. infra (251, 25), s. v. Procalare, ubi indidem etiam calones derivantur (sed de calonibus aliter s. v. Calones, 54, 19). NOMENCLATOR. Charisius (106,20 K.) = Plin. dub. serm. (49, 13 B.).

CONDULUS. Vide ne aliter Festus (vel saltem Verrius) scripserit (velut Condylus pugnus) Nam conduli ' anuli ' nec vola nec vestigium est. Vide tamen Thes. Lat. s. v.

CONDALIUM. Plaut. Trin. 1014, 1022. Et nomen fabulae Plauto ascriptae ap. Accium (frag. poet. Rom. 20), non tamen ap. Fest. 256, 17.

CONTESTARI. Cf. infra, s. v. Contestari Litem (50, 14 dicuntur duo aut plures adversarii quod ordinato iudicio utraque pars dicere solet : Testes estote) ; s. v. Obtestatio (201, 26).

CODETA. Cf. infra, s. v. Codeta (50, 25 appellatur ager trans Tiberim quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem . Coda pro cauda in usu cotidiano erat ; cf. Varr. Sat. 518 (ut canis sine coda).

CONDICTUM. Cf. infra, s. vv. Condicere (56, 28 est dicendo denuntiare), Condictio (58, 9 in diem certum eius rei quae agitur denuntiatio).

COCTUM. Hinc Isidorus (vel editor Isidori) Etym. 20, 2, 21 : Coctum quasi coactum, id est ab igne vel aqua violenti modo actum usque comestionis aptum (Sed quae sequuntur, ' sed et.. voc. ' ex Serv. Aen. 11, 553 provenerunt.)

COCULA. Versum Plautinum addidi quia glossographorum de ' aeneis coculis ' dubitationem Verrio materiam praebuisse indicat ps. –Placidus (Coculis : aereis vasis ad coquendum vel assulis aridis) ; et Isidorus ex Festo hausisse potest (Etym. 20, 8, 1 de Vasis Coquinaribus. Omnia vasa coquendi causa parata cocula dicuntur. Plautus « aeneis coculis », etc.). Certe ex Festo hausit Gloss. Abba (= Abol. Cocula : ligna arida vel vasa aerea.

COHUM, INCOHARE. Cf. infra, 95,4. Hinc Isid. Nat. Rer. 12,3 : Cohus (immo –um) est quo caelum continetur (immo cohibe–), unde Ennius « vix solum », etc. Cf. Varr. L.L.

poetae caelum dixerunt, a chao ex quo putabant (Hesiod. Theog. 123) caelum esse formatum. <**Ennius** (Ann. 545) : **Vix solum complere cohum terroribus caeli.**> (Diomed. 365,16). Verrius et (!) Flaccus in postrema syllaba adspirandum probaverunt ; cohum enim apud veteres mundum significat, unde subtractum *incohare.*

Comoedias constat appellari ex eo quod initio in <κώμαις> [vicis] iuvenes cantare soliti essent crebro convenientes.

Cicuma avis noctua.

Coclacae (?) dicuntur lapides ex flumine, rotundi ad coclearum similitudinem.

Cocetum genus edulii ex melle et papavere factum.

Confugelam antiqui confugium dicebant.

Conpraedes eiusdem rei populo sponsores.

Conpascuus ager <**qui a divisoribus agrorum est**> relictus ad pascendum communiter vicinis. *Conpescere* est velut in eodem pascuo continere.

Conpitalia festa quae in compitis peragebant <**Laribus vialibus**>.

Congruere dictum est a gruibus, qui non fere segregantur sive cum volant sive cum pascuntur.

5, 135 : Vocatur coum a cavo ; 5, 19 : Omnino ego magis a chao ' chovum ' et hinc caelum.. unde omnia apud Hesiodum a chao cavo caelum. Ps. -Plac. (Choum : naturam universam ; a chao, id est inani vel vacuo) ad eundem Ennii versum spectat.

COMOEDIAS. Censeo scribend. in κώμαις (cf. infra, 36,1, s. v. Comissatio) et delend. vicis (cf. supra, 6,6, s. v. Adgretus).

CICUMA. cf. Graec. κικυμίς. E Festo nimirum Gloss. Abba (=Abol.) Cecuma : noctua. Sed in capitulo Festino alibi stetisse vocabulum neque inter vocabula a litteris CO ineuntia credo.

COCLACAE. cf. Graec. κόχλαξ. Vid. Thes. Lat. s. v. Scripsitne Festus acc. cas. Coclacas ?

COCETUM. Hanc ipsam formam (acc. casu) in scriptore nescioquo antiquo repperit ps. -Plac., adnotata derivatione a Graeco vocabulo κυκεών (Cocetum : a Graeco κυκεῶνα). Ex glossographis sumpsit Tertullianus (adv. Val. 12).

CONFUGELA. Suspicor per alphabeticam dispositionem stetisse quominus in una atque eadem disputatione comprehenderentur Confugelam et Custodelam (44, 19 dicebant antiqui quam nunc dicimus custodiam). COMPRAEDES. Hoc quoque necessitas alphabetica a lemmate Praes (249, 20) et lemmate Manceps (137,14) disiunxit.

CONPASCUUS AGER. Hinc nimirum Isid. Etym. 15, 13, 9 : Conpascuus ager dictus qui a divisoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis.

CONPESCERE. Cf. infra, s. v. Conpescere Lucum (57, 20) ; s. v. Inpescere (96, 13 in laetam segetem pascendi gratia inmittere) ; s. v. Dispescere (63, 25 est proprie pecus a pastione deducere, ut conpescere una pascere et in uno loco continere). Hincine Gloss. Abav. (=Abol.) CO87. Compescere : coarguere (coercere), continere ?

CONPITALIA. La. vi. habet Varro (L. L. 6, 25 Compitalia dies attributus Laribus vialibus ; ideo ubi viae competunt tum in competis sacrificatur) ; et similia (si non eadem) habuisse Festum declarat gloss. Philox. CO 108 Compitalia : θεῶν ἀγυαίων ἑορταὶ αἱ γινόμεναι ἐν ταῖς ὁδοῖς ὑπὸ τῶν προσηκόντων τοῖς νεκροῖς). Quae verba Festina verbis Philoxeni ὑπὸ ..νεκ. responderint res est multo incertior. Cf. infra, s. v. Pilae et Effigies (272, 15) ; s. v. Laneae Effigies (108,27).

CONGRUERE. Vide infra, s. v. Gruere (86, 12), ubi verbum onomatopoeticum gruere pro fonte habetur. Et memento antiquitus congruēre (secundae coniugationis) in usu fuisse (Ter. Haut. 611). Cf. etiam infra, in parte II capituli I, s. v. Ingruit.

Cognomines dicuntur qui eiusdem sunt nominis.

<*Congerrones.*> *Gerrones* leves et inepti, a cratibus dicti, quod Siculi adversus Athenienses cratibus pro scutis sunt usi quas Graeci γέρρας appellant.

Comptum genus libaminis quod ex farina conspersa faciebant. *Comptum* Afranius (128) pro ornatu et excultu posuit.

Confrages loca dicuntur in quae undique confluunt venti. <**Naevius** (trag. 58) : **In montes ubi venti frangebant locum.**>

Copona taberna a copiis dicta.

Compilare cogere est et in unum condere.

Conpernes nominantur homines genibus plus iusto coniunctis.

COGNOMINES. Cognomen nom. usitata vox erat, cognominis adi. minus usitata. Itaque Servius necesse habet de Vergilii versu (Aen. 6, 383) « gaudet cognomine terra » disputare et Plauti versum citare (Bacch. fr. VI) « illa mea cognominis fuit ». Cf. supra, s. v. Binominis (32, 12).

CONGERRONES. Cerrones **codd**. (et fortasse ipse Paulus). Varro in capitulo ubi poetica verba tractat (L. L. 7, 55) versum Plautinum profert (Pers. 89 « congerro meus ») cum interpretatione (nimirum glossographorum) : Congerro a gerra ; hoc Graecum est et in Latina cratis. Eandem viam crede Verrium secutum esse hic. Alibi tamen, s. v. Gerrae (83, 11), alium auctorem adiit. Cf. etiam s. v. Sodalis (382,20). Quae tamen in hoc libro s. v. Brutiani (28, 19), Brutianae parmae (29,1) apparent, ea noli huc revocare (quid enim Brutiani adversus Romanos cum Syracusensibus adversus Athenienses ?), quamquam Fulgentius (Serm. 49) dicit Brutianos ' gerrones ' vocitari. Longe aliam explicationem vocis gerrae in adnotatione Plautino versui (Asin. 600) adscripta repperit Nonius (118, 23). Ad Festum redire gloss. Abol. (CO 103 Congerronem : conpopinonem et nugatorem) non constat. Ad glossographos refer gloss. ps.-Plac. Gerro : nugator ; dictus a gerris (vel γέρραις).

COMPTUM. Vide ne Afranii verba lateant in gl. corrupta Abol. CE 40 Cetus (comtus) muliebres : capillos ad frontem. Cf. infra, s. v. Comptus (55, 27), unde suspicari licet versum Afranianum a grammaticis de etymo comae disputantibus adhiberi solere.

CONFRAGES. Sic Isidorus Etym. 14, 8, 27 : Confrages loca in qua undique venti currunt ac sese frangunt, ut Naevius ait, etc.). Unde Naevianum versum supplevi. Conflages Paulus ; quem si credis exemplari Festi vitioso esse usum, crede Festum duas exhibuisse glossas, ut puta :

Confluges : loca in quae rivi undique confluunt. Livius Andromeda (18) « confluges ubi conventu campum totum inumigant. »

Confrages : loca in quae venti undique currunt ac sese frangunt, etc.

Confluges enim testatur Nonius (62, 15 C. l. in quae ri. diversi confluunt, etc.) Et te monitum velim litteram G a verbo flare alienam esse, verbis fluere et frangere esse propriam.

COPONA. Pro cop- (non caup–) argumentum quaeritur. Et si Verrius recte intellexit illud copia nihil aliud quam ' co-opia ' esse, ne hic quidem de ratione compositorum (confrages, compilare, etc.) discedit.

COMPILARE. Inter eiusmodi composita quomodo est in ordinem redigenda vox compilare, id est furari (cf. infra, 224, 13, s. v. Pilare) ? Quia pristina significatio erat in unum spolia conferre.

CONPERNES. Laudaveratne Festus (vel Verrius) versum Lucilianum (542) quem Nonius (sed cum prava adnotatione ' longis pedibus ') laudat (25, 26) :

conpernem aut varam fuisse Amphitryonis ἄκοιτιν ?

Ex Festo Philoxenus (CO 470 Conpernis σύνμηρος) ; ex Philoxeno aut ex Abolita Gloss. AA (Conpernes : genibus <et> femoribus conpressis).

Confoedusti (?) foedere coniuncti.

Comissatio (–isa– ?) a vicis, quos Graeci κώμας dicunt, appellatur. In [h]is enim habitabant priusquam oppida conderentur ; quibus in locis alii alios convictus causa invitabant.

Committere proprie est insimul mittere : nunc eo utimur et pro facere aut pro <de>linquere aut pro incipere.

Condere proprie est in unum et interiorem locum dare ad custodiam faciliorem ; quod verbum nunc significat conscribere, nunc facere, nunc componere et instruere.

" *Consulas* " antiqui ponebant non tantum pro consilium petas et perconteris, sed etiam pro iudices et statuas.

Cossi ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, a similitudine vermium ligno editorum qui cossi appellantur <**aut teredones**>.

Consilium vel a consulendo dicitur, vel quod in unam sententiam plurium mentes consiliant et conveniant ; sed a silentio credibilius dictum putatur, quo maxime invenitur.

Consripti dicebantur qui ex equestri ordine patribus adscribebantur ut numerus senatorum expleretur.

Consposos antiqui dicebant fide mutua conligatos, <**ut Naevius** (inc. com. 26)..>

Consualia ludi dicebantur quos in honorem

COMISSATIO. i. e. non a cum et edo, quasi ' com-essatio ' (de qua forma vide Thes. Lat.) ; neque a cum et mensa, quasi, ' com-mensatio ' ; neque a cum et mitto, quasi ' com-missatio '. Licetne colligere ex Gloss. Philox. CO 104 (Comisatum : ἐπικώμιον) Festum citavisse Plaut. Most. 317 vel eiusmodi versum ?

COMMITTERE. linquere **codd. Pauli** : delinquere **Gloss. Asbestos** (ex Paulo).

CONDERE. Cf. infra, s. v. (49, 22 componere).

CONSULAS. Ut est illud Terentii (Andr. 548) :

id oro te in commune ut consulas.

Vel potius cf. Quint. 1, 6, 32 : Consul a consulendo vel a iudicando ; nam et hoc consulere veteres vocaverunt, unde adhuc remanet illud « rogat boni consulas », id est bonum iudices.

COSSI. Alieno loco, ut videtur. Ex Festo Ansil. (= Abol.) CO 2390, 2375-6. Cossum : rugosum et contractum et curvum. Cossi : vermes in ligno quos vulgo teredones vocant. Et Philox. CU 72 Cusus : ξύλου σκώληξ ? Cf. ps. –Plac. Cossos ; vermiculos qui in materia nascuntur. Festinae in Abolita glossae plus servavit Ansil. quam nostri Abolita codices (TE 16 Teredo : vermis in ligno). Sed quamquam meo iure colligo Festum hoc loco teredones memorasse, vix credo (Isidoro Etym. 12, 5, 10 sqq. fretus) eum hic (sicut infra, 495,1, s. v. Tarmes) de aliis vermium generibus disputasse. Hic enim vult nonnisi nomen proprium Cossus explicare.

CONSILIUM. Cf. supra, s. v. Concilium (33, 26). Melius auctor (Donat. Aen. 9, 4 ?) Isidori Etym. 6, 16, 13 (Considium consilium, D in L litteram transeunte).

CONSCRIPTI. Cf. supra, s. v. Adlecti (6, 22 dicebantur apud Romanos qui propter inopiam <patriciorum> ex equestri ordine in senatorum sunt numero adsumpti ; nam patres dicuntur qui sunt patricii generis, conscripti qui in senatu sunt scriptis adnotati).

CONSPOSOS. Naevio vocem (plurali numero) assignat Varro (L. L. 6, 70 : Hoc Naevius significat cum ait ' conspo[n]si '), qui etiam inter voces Naevianas memorat (L. L. 7, 107) : In Romulo (fr. trag. praet. 2) ' sponsus ', contra sponsum rogatus. Vide ne Varro scripserit : In Romulo ' consposos ', contra (adv.) sponsum (supin.) rogatos. Vide etiam ne eidem loco Romuli praetextae Consualium mentio ludorum pertinuerit ; nisi quidem potius inter lemmata Consulas et Consilium lemma Consus locum sibi arrogare videtur ; nam Consus consilii (a silentio dicti) deus erat.

CONSUALIA. in hon. Con]. Conso (dat.) indicat Philox. (Conso : τῷ υἱῷ τῆς Ἴσιδος)

Consi faciebant, [quem] deum consilii [putabant].

Conventus quattuor modis intellegitur. Uno, cum quemlibet hominem ab aliquo conventum esse dicimus. Altero, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio, cum a magistratibus iudicii causa populus congregatur. Quarto, cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis aut gratulationis causa colligitur.

Convicium a vicis, in quibus prius habitatum est, videtur dictum, vel inmutata littera quasi ‘ convocium ’.

Conivoli oculi sunt in angustum coacti conniventibus palpebris.

Consternatio, quae est concitatio quaedam subita ex aliquo metu, a sternutamento deducta est, quod eo toto concutimur corpore.

Considerare a contemplatione siderum videtur appellari.

Constitutus (?) hominum a consistentium multitudine appellatur.

Convallis est planities ex omni parte conprensa montibus collibusve. *Valles* duobus lateribus inclausa planities. Valles deminutivum *ea eculu* facit.

Convoti isdem votis obligati.

Cibus appellatur ex Graeco, quod illi peram in qua cibum recondunt κίβισιν appellant.

Ciccum membrana tenuis malorum Punicorum.

(scil. Harpocrati. silentii deo). Neque Festus in ea quae Paulus verba desiit. Immo ut puta ‘ Conso consilii deo ’.

CONVENTUS. Cf. infra, s. v. Contio (58,5).

CONVICIUM. Cf. Nonius (64,2) : Convicium dictum est quasi e vicis logi, in quis secundum ignobilitatem loci maledictis et dictis turpibus cavilletur ; Ulp. Dig. 47, 10, 15, 4 : Convicium dicitur vel a concitatione vel a conventu, hoc est a collatione vocum (vicorum ?) ; cum in unum complures voces conferuntur convicium appellatur quasi ‘ convocium ’.

CONIVOLI. Contuoli codd. coniventibus] conitentibus codd. Hucine redit gl. Philox. (CO 395) Conivum (–volum ?) : κάλυξ ῥόδου μεμυκός ? Rem perplexam sic, sed dubitanter, explicare conor. Dicimus oculos nivere vel (frequentativa forma usi) nictare qui se claudunt, conivere qui se pariter quasi uno motu claudunt. Conivolus igitur quid potest valere ? Aut pariter concorditerque agens aut se obscurans. Forma conivolis (abl., dat.) a scriptore antiquo nescioquo (Plauto ?) usurpata has acceperat interpretationes :

(i) velut oculis coniventibus (ps. –Plac. Coniv<ol>is : crebro nutantibus ; cf. Fest. hoc loco),

(ii) concordibus (Gloss. Abstr. CO71 Conivoli : concordes, coniuncti),

(iii) se obscurantibus (Fest. infra, 53, 21, Conivola : occulta). Quae gl. in serie est vocabulorum Plautinorum.

CONSIDERARE. Cf. infra, s. v. Desiderare (66, 7 et considerare a sideribus dici certum est).

CONSTITUTUS. Scripseratne Festus Constitutum (i. q. lex) ab hom. const. mult. app. ?

CONVALLIS. Verrius non vult Varronem mire vagantem sequi (L. L. 5, 20 covallis cavata vallis). Cf. Goetz (Berl. Phil. Woch. 30, 1368).

CONVOTI. Antiquitus ergo voveo votus sum, sicut spondeo sponsus sum, iuro iuratus sum, etc. Cf. Hofmann (de Verbis quae in prisca Latinitate extant Deponentibus, Monac. 1910).

CICCUM. Varro (L. L. 7, 91), qui ridicule inde antiquam vocem cicur derivat, profert Plautinum (inc. 2) « ciccum non interduo » et addit : Ciccum dicebant membranam tenuem quae est ut in malo Punico discrimen. Ps. -Plac. repperit interpretationem adnotatam :

Cispius mons est in urbe Aesquilinae regionis de nomine cuiusdam hominis dictus.

Citimus extremus. *Uls* enim facit ultra ultimus, *cis* citra citimus,

Cicindela genus muscarum quod noctu lucet videlicet a candela ; unde etiam candelabra putantur appellata.

Citrosa vestis appellata est a similitudine citri. <**Naevius** (Bell. Pun. 10) : **Pulchra quae ex auro vestemque citrosam.**>

Civicam coronam civis salutis suae causa servatus in proelio dabat, quae erat ilignea frondem habens perennem.

Circanea dicitur avis quae volans circumitum facit.

Circites circuli ex aere facti.

Cilium est folliculus quo oculus tegitur ; unde fit *supercilium.*

Cimmeri dicuntur homines qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias et Cumas in ea regione in qua convallis satis eminenti iugo circumducta est quae neque matutino neque vespertino tempore sole contingitur.

Cimbri lingua Gallica latrones dicuntur.

Ciccum granum mali Punici aut umbilicus lupini. Idem repperit alibi « nec ciccum » cum interpretatione ' nihil '. Ex Festo hausit Philox. CI 9 Ciccum : ῥοᾶς ὑμήν (Cf. alibi CI 18 Ciccum : γρῦ, κόκκος), unde Abba (Ciccum : cortex mali granati). Ex Festo fortasse provenit glossa (Ciccis et granis Punica mala referta sunt), cuius verba compilavit Aldhelmus (sed ' cittis ' male scriptum erat) in Laud. Virg. 9. Cf. Gloss. Corp. C 386 Cittes : pellis tenuis inter grana. Quam scripturam velim coniungere cum simili vocabulo quod est hetta vel hitta (cf. ad 88, 24).

CISPIUS. Cf. infra, s. **v.** Septimontio (476, 11 similiter Cispium a Laevo Cispio Anagnino qui eiusdem rei causa eam partem Esquiliarum quae iacet ad vicum Patricium versus, in qua regione est aedis Mefitis, tuitus est). Et crede mecum Festum hic plene et nominatim rem exposuisse.

CITIMUS. Hincine Gloss. Abol. CI 12 Citimum : citra omnia proximum) ? ULS. Cf. infra, s. v. (519, 18 Cato pro ultra posuit).

CICINDELA. unde etc.] i. e. unde candelabra appellantur cicindelae ? Sed cf. infra, s. v. Candelabrum (40, 14).

CITROSA VESTIS. Supplevi ex Isidoro de Nominibus Vestimentorum (Etym. 19, 22, 20 Citrosa, quasi concrispa ad similitudinem citri. Naevius etc.). Ad odorem, non formam citri vocem Naevianam Macrobius (Sat. 3, 19, 5) refert.

CIVICAM CORONAM. Cf. Gell. 6, 11-12 : Civica corona appellatur quam civis civi a quo in proelio servatus est testem vitae salutisque perceptae dat ; ea fit e fronde quernea quoniam cibus victusque antiquissimus quercus capi solitus ; fuit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam comoedia Caecilii « advehuntur » inquit « cum ilignea corona et chlamyde, di vostram fidem ». Haec excripsi quoniam Gellius in eodem capitulo, dum castrensem coronam tractat, Verrii vestigia premere videtur (cf. infra, s. v. Castrensi Corona, 49, 25).

CIRCANEA. Cf. infra, s. v. Supervaganea Avis (396, 13).

CIRCITES. Vocem usurpat Varro eodem sensu quo circuli (L. L. 6, 8).

CILIUM. Cf. infra, s. v. Supercilium (394, 26 dicitur quod supra cilium sit, id est integimentum oculi superius).

CIMMERI. Cf. Serv. ad Aen. 6, 107 : Constat locum esse haud longe a Bais undique montibus saeptum, adeo ut nec orientem nec occidentem solem possit aspicere, sed tantum medium.

CIMBRI. Cf. supra, s. v. Ambrones (15, 29).

Cinguios (?) appellabant homines qui in his locis ubi cingi solet satis sunt tenues.

Cillibae mensae rotundae.

Chilo dicitur cognomento a magnitudine labrorum ; *Cilo*, sine aspiratione, cui frons est eminentior ac dextra sinistraque velut recisa videtur.

Cisterna dicta est quod *cis*, id est infra, terram.

Camillus proprie appellatur puer ingenuus.

Capuam in Campania quidam a *Capye* appellatam ferunt, quem a pede introrsus curvato nominatum antiqui nostri *Falconem* vocant ; alii a planitie regionis.

Camenae Musae a carminibus sunt dictae, vel quod canunt antiquorum laudes, vel quod sint castae mentis praesides.

Camara et *camuri boves* a curvatione ex Graeco dicuntur.

(Charisius) Camara dicitur, ut Verrius Flaccus adfirmat, non camera per E.

Campas marinos equos Graeci a flexu posteriorum partium appellant.

CILLIBAE. cf. Graec. κιλλίβας Plenius Varro L. L. 5, 118 : Mensam escariam cillibam appellabant ; ea erat quadrata, ut etiam nunc in castris est ; a cibo cilliba dicta ; postea rutunda facta (Cf. ibid. 121). Sed cf. infra, s. v. Escariae (mensae quadratae) (67, 27).

CHILO. Latinum cognomen Cilo erant qui Chilo scriberent. Quaestio ad grammaticos delata est, qui sic fere responderunt : Si Chilo vera forma est, a Graeca voce χεῖλος orta est et significare debet hominem magnorum labrorum. Sed debuerant respondere : Sola vera forma est Cilo. De grammaticis vide Thes. Ling. Lat. s. v.

CILO. Hincine Gloss. Philox. CI 20 Cilo : προκέφαλος ?

CAMILLUS. Plenius infra, s. v. Flaminius Camillus (82, 16).

CAPUAM. Sed Campum vel Campaniam Verrii lemma fuisse crede. Hucine redit gl. Philox CA 95 Campania : πεδίας ? Totam rem plenissime tractat Serv. auct. in Aen. 10, 145, quem hic exscribere nolo. Sufficiant haec : Tuscos a Samnitibus exactos Capuam vocasse ob hoc quod hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curvi fuerunt quemadmodum falcones aves habent, quos viros Tusci Capyas vocarunt. Quem dicentem Etrusca lingua ' capys ' eam avem esse quae Latine ' falco '. Isidorus (Etym. 12, 7, 57) perverse, ut saepe, sic excerpsit : De Avibus... Capus Itala lingua dicitur a capiendo ; hunc nostri falconem vocant, quod incurvis digitis sit. Quasi ' capus ' Latina, ' falco ' vox Hispana esset ! FALCONEM. Cf. infra, s. v. Falcones (78,17).

CAMENAE. Scil. (i) quasi ' Carmenae ', (ii) quasi ' Canmenae ' (iii) quasi ' Casmenae '. Recta est tertia etymologia, quae infra redit (59, 5 ; 222, 25). Cf. Varro L. L. 7, 26-27 : In multis verbis in quo antiqui dicebant S, postea dicunt R.. quare et Casmena Carmena carmina carmen, R extrito Camena factum.. in Carmine Priami quod est « veteres Casmenas cascam rem volo profari ». Qui addit (ibid) a voce Camena verbum canere derivatum esse. Contra Serv. ad Ecl. 3. 59 (Camenae Musae, quibus a cantu nomen est inditum).

CAMARA CAMUR. Charis 58, 23 K. = Plin. dub. serm. 45, 21 B. Certe illud camur a Graeco (scil. καμπή, κάμπτω etc.) derivavit Verrius. Sed Verrium male intellexit Isidorus qui Graecum καμουρ fingit (Etym. 15, 8 5 Camerae sunt volumina introrsum respicientia, appellatae a curvo ; καμουρ enim Graece curvum est). Macrobius nominatim affirmat non Graecam adiectivum esse sed peregrinum (Sat. 6, 4, 23). Cf. Servius et Serv. auct. ad Geo. 3, 55, ubi de boum nominibus — camuri, patuli, licini — plenius tractatur ; Nonius 30,7 .

CAMPAS. Immo ἱπποκάμπους, pro quo Lucilius (1126) camphippi scripsit. Cf. Nonius 120, 13 : Hippocampi equi marini, a flexu caudarum quae piscosae sunt ; et ex Graecum.. Lucilius transverso ordine posuit « camphippi elephantocamelos ». Neque

Catamp<h>o genus est lusus.

<*Cata Carisia* **in mimo ancillae....**> *Caris[s]a[m]* <lena> apud Lucilium (1129) vafrum (-am) significat.

Caerimoniarum causam alii ab oppido Caere dictam existimant, alii a caritate dictas iudicant.

Caelibem dictum existimant quod dignam caelo vitam agat.

Catamitum pro Ganymede dixerunt, [qui fuit Iovis concubinus].

Caeculus condidit Praeneste. Unde putant *Caecilios* ortos [quorum erat nobilis familia apud Romanos]. Alii appellatos eos dicunt a Caecade Troiano, Aeneae comite.

Caelius mons dictus est a Caele quodam ex Etruria, qui Romulo auxilium adversum Sabinos praebuit, eo quod in eo domicilium habuit.

Caecum vallum dicitur in quo praeacuti pali terrae adfixi herbis vel frondibus occuluntur.

Catilones appellabant antiqui gulosos. *Catillatio* grave obprobrium hominibus generosis obiciebatur, siqui provincias amicas populi Romani expoliassent.

---

tamen campae apud Lucilium legere licet (vetat illud 'transverso ordine') neque hic Camphippos (vetat glossa Festina in Abba, ex Abolita sumpta, Campae : equi marini).

CARISSAM. Addidi ex Abol. (CA 17 Carisa lena est vafra) et Philoxeno (CA 139) Carisa μαυλιστής (–τις) πορνόβοσκος. Cetera collato ps.– Plac. : Carisa vetus lena percallida, unde et in mimo (fr. xviii) fallaces ancillae cata Carisia (**vel** –iae) appellabantur. Nam cum haec series lemmatum Festinorum ex verbis a CAT–, CAE– incipientibus constet, apparet Festum a mimico vocabulo (quod, sicut in ps.–Plac. auxilio vocabuli Luciliani explicatum est) initium cepisse. Pro forma Carisa citat Marx favisa, mantisa, improbatque formam Cārissa (scil. in Cāria nata). Sane consensus testium vetat de Graeco adiectivo, a verbo χαρίζομαι, cogitare et Charìsia (vel antiquiore orthographia Carisia) scribere. Cata Carisia igitur, si verum est, pro adiectivo cata (id est acuta et callida,) non pro Graeco κατά, cum diminutivo (neutro plurali) Graeco habe.

CAERIMONIARUM. A caritate] a carentia, secundum Gell. (4, 9, 8) : Masurius Sabinus in commentariis quos de Indigenis composuit « religiosum » inquit « est.. a relinquendo dictum, tamquam caerimoniae a carendo ». Cf. Isid. Etym. 6, 19, 36. Cf. infra, s. v. Denariae Caerimoniae (62, 19 quibus sacra adituris decem continuis diebus.. certis quibusdam rebus carendum erat) ; s. v. Purimenstrio (298, 14 qui sacrorum causa toto mense in caerimoniis sunt, id est puri sint certis rebus carendo).

CAELIBEM. Hanc etymologiam vere Paganam et Romanam Christiani doctores postea exceperunt et digniore significantia decoraverunt (cf. Isid. Etym. 10, 34). Gavio Basso de Orig. Verb. eam ascribit Quint. 1, 6, 36.

CATAMITUM. Cf. supra s. v. Alcedo (7, 8), s. v. Alumento (16, 30). Unde provenerit gloss. Ansil. (CA 959 Catamitus quidam vir fuit. Plautus (Men. 144) « ubi aquila Catamitum raperet aut ubi Venus Adoneum »), ex schol. Aen, 1, 28 an ex Festo non liquet. Ex scholiasta credo, et hic nihil nisi sua priora verba iterasse Festum.

CAECULUS. Plenam historiam habet Serv. ad Aen. 7, 681 (nec Praenestinae fundator defuit urbis.. Caeculus). Aliter Solin. 2, 9.

CAELIUS MONS. Cf. Varr. L. L. 5, 46 : In Suburanae regionis parte princeps est Caelius mons a Caele Vibenna, Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Tatium regem. Vide infra, 486, 15, s. v. Tuscum Vicum.

CATILLONES. Cf. infra, s. v. Fiscellus (80, 2 casei mollis appetitor, ut catillones catillonum ligurritores). Haud scio an ex commentatoribus Lucilii hanc materiam compilaverit

Caesticillus appellatur circulus quem superponit capiti qui aliquid est laturus in capite.

Caespes est terra in modum lateris caesa cum herba, sive frutex recisus et truncus.

Catulinam carnem esitavisse, hoc est comedisse, Romanos Plautus in Saturione (111) refert.

Catax clodus <**a coxa**>.

Caecultare est caecos imitari

Caesariati comati.

Catularia porta Romae dicta est quia non longe ab ea ad placandum Caniculae sidus frugibus inimicum *rufae canes immolabantur*, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur.

Caedem putant ex Graeco dici, quod apud illos καίνειν (?) significet interficere.

Caenina urbs, quae fuit vicina Romae, a Caenite conditore appellata est.

Catulus genus quoddam vinculi : qui interdum *canis* appellatur.

Verrius. Nam docet Macrobius (3, 16, 17-18) Lucilium de lupo pisce scripsisse (1176) « pontes Tiberinus duo inter captus catillo ». Macrobius addit : Eumque, quasi ligurritorem, catillonem appellat, scilicet qui proxime ripas stercus insectaretur ; proprie autem catillones dicebantur qui, ad polluctum Herculis ultimi cum venirent, catillos ligurribant. Nihil tamen de catillatione (voce oratoris nesciocuius, Catonis puta vel C. Gracchi).

CAESTICILLUS. Et arculus (vide supra, s. v., 15,6 circulus quem capiti inponebant ad sustinenda commodius vasa quae ad sacra publica capite portabantur). Quasi caestus pugilum (vide infra, s. v. 39, 22) a verbo caedo (unde et sequens lemma, Caespes).

CAESPES. In scriptore antiquo invenit ps. Plac. dat. abl. casum caespitibus cum adnotatione ' glebis terrae cum suo gramine ' et cum monitu eandem vocem alio loco (nimirum eiusdem scriptoris) ramis significare. Ex eius scriptoris (puta Ennii) commentatoribus similia Verrius hausisse videtur. Unde hauserit Isidorus mirum illud nescio (Etym. 17, 6, 13) : Cespites frutices sunt, quasi cuspides, vel quasi circa pedes.

CATULINAM. Cf. Plin. N. H. 29, 58. hoc est com.] Noli Paulo attribuere. Nam ex Festo et ex hoc Festi loco nimirum venit gl. Abba (=Abol.) Esitat : comedit

CATAX claudus **codd**. Luciliana vox est, in obscuro versu libri II Saturarum (76) :

hostilibus (Hostilius ? hostibus ?) contra
pestem permitiemque catax quam et Manlius nobis,

ubi Cichorius ad Hostilium Catonem alludi credit.

De qua Nonius (25, 13) : Catax dicitur quem nunc coxonem vocant. Illud ' ex coxa ' addidi quia glossa Abol. (CA 23 Catax : a coxa clodus) ex Festo manavit, cuius glossae pleniorem formam servavit Gloss. Ansil. (CO 290 Catax : clodus a coxa vel claudicans). Genetivum pluralem (cum interpretatione ' clodorum ') invenit ps. Plac. sed utrum catacium an catacilum non liquet.

CAECULTARE. Cf. infra, s. v. Caecultant (54, 12 caecis proximi sunt oculorum acie obtusa Plautus « nummam mihi oculi caecultant ? etc.).

CAESARIATI. Eandem formam (nom. plur. ?, gen. sing. ?), nimirum in eodem versu, repperit ps. -Plac. cum glossa marginali ' comati, a caesarie dicti '.

CATULARIA. rufae can.] cf. infra, s. v. Rutilae Canes (358,27 id est non procul a rubro colore, immolantur, ut ait Ateius Capito, Canario sacrificio pro frugibus deprecandae saevitiae causa sideris Caniculae).

CAEDEM. καί.] kethin **codd**.

CATULUS, CANIS. Citavitne Festus haec ? Lucil. 100 :

cum manicis catulo collarique ut fugitivum,

(Gloss. Abol. CA 56) Catēlla : diminitive catena, ut asinus et diminutive asellus et unus ullus.

Caestus vocantur et hi quibus pugiles dimicant et genus quoddam ornatus mulierum.

Caediciae tabernae in via Appia a domini nomine sunt vocatae.

Cavillatio est iocosa calumniatio.

Cati fons, ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit, dictus quod in agro fuerit cuiusdam Cati.

Cacula servus militis. Plautus (Trin. 721) : Video caculam militarem <me futurum haud longius>. Dicitur autem a Graeco κᾶλον, quod fustibus clavisque ligneis ad tutelam dominorum armari soliti sunt.

Canalicolae forenses homines pauperes dicti quod circa canales (-lem ?) fori consisterent.

Κανᾶ dicunt Graeci, nos *canistra* et per deminutionem *canistella*.

Canicae furfures de farre, a cibo canum vocatae.

Plaut. Curc. 691 :

cum catello ut accubes,
ferreo ego dico,

Plaut. Cas. 389 :

ut quidem tu hodie canem et furcam feras.

Cf. Nonius 199,7, ubi etiam catenae et (diminutiva forma) catēllae tractantur.

CAESTUS. Ornatus] scil. manuum. Noli enim de Graeco quod est κεστός cogitare neu de sacerdotum caesticillo (de quo Festus supra, s. v., 39,4), neve huc revocare Gloss. Abol CE 40 Cetus (comtus) muliebres : capillos ad frontem.

CAVILLATIO. Cf. infra, s. v. Cavillum (40, 18). Illud calumniatio me adducit ut suspicer mentionem hic fuisse verbi calvor (de quo vide infra, in parte ii huius capituli), ut puta : Cavillatio quasi ' calvillatio ', ab eo quod est calvor, unde etiam calumnia ; nam cav. est ioc. cal. Sed alibi (251,26) ex Graeco χαλεῖν derivatur calumnia. Cf. infra, s. v. Incavillatio (95, 15 per despectum inrisio).

CATII. Cf. ps. -Plac. Catialem collem, ubi nunc lacus funditur, est dictus a Catio cuius locum (-cus erat ?)

CACULA. Potuerunt antiqui philologi a cāl– ad căcŭl– securo animo procedere, non hodierni. Et quamvis versus Plauti (et Acci) căcŭl– testetur, vox obsoleta in secundo post Christum saeculo pro cācŭl– habita est (fortasse propter Graecum etymon), v. g. Argum. in Plaut. Pseud. (ter). Ad κᾶλον etiam calones trahebant (cf. infra, s. v., 54, 19) ; alii autem et caculas et calones ad καλεῖν (cf. infra, s. v. Procalare, 251,26). Hinc Gloss. Philox. CA8 Cacula : δοῦλος στρατιώτου.

CANALICOLAE. Cf. Plaut. Curc. 475-6 :

in foro infumo boni homines atque dites ambulant ;
in medio propter canalem, ibi ostentatores meri.

Iure Marx (ad Lucil. 1127) vetat huc revocare Lucilii ' canalicula ' (quod est canalis diminutive ; ap. Non. 198, 6).

KANA. Cf. infra, s. v. Canifera (57,8 mulier quae fert canuam), quo revoco gloss. Abol. CA 52 Canuam : canistrum translatum (scil. in pompa). Cf. Varr. L. L. 5, 120 : Tryblia et canistra quod putant esse Latina, sunt Graeca ; τρύβλιον enim et κανοῦν dicuntur Graece.

CANICAE. Hinc Gloss. Ansil. (— Abol.) CA 433 Canicae : furfures. Quae glossa in nostris MSS. Abolita glossarii reficta est (CA 19) Ca : recrementa. Nisi quidem Festus scripsi

Cancri dicebantur ab antiquis qui nunc per deminutionem *cancelli* ; ex quo genere sunt *calces* qui per deminutionem appellantur *calculi*.

Canentas (?) capitis ornamenta.

Canta pro cantata ponebant.

Caudicariae naves ex tabulis grossioribus factae.

Candelabrum dictum quod in eo candelae figantur.

Cantherius hoc distat ab equo quo *maialis* a verre, *capo* a gallo, *berbix* ab ariete. Est enim cantherius equus cui testiculi amputantur.

Cavillum cavillatio, id est inrisio.

---

ut puta Ca. fu. farris recrementa. Cf. Nonius 88, 17: Canicas veteres furfures esse voluerunt. Lucilius lib. XXVII (711) :

quanti vellet, quam canicas a pulte e Magonis manu.

Festina nimirum est altera Abolita Glossarii obscurior glossa (CA 10) Caniles ex farina et aqua coquitur. Quae varie emendatur : caniceus (scil. panis) **Nettleship**, τηγανίτης **Heraeus**.

CANCRI. Accus. casum habuit scriptor antiquus (cf. ps.– Plac. Cancros : cancellos). Illud ' ex quo gen. ' (scil. masculino) indicat Festum de mutato in deminutivis genere disputavisse, cuius mutationis frequens apud grammaticos exemplum **canis**, **canicula** haud scio an viam ex Canicae ad Cancri paraverit. Calx mascul. gen. testatur Nonius (199, 20) in Plaut. Poen. 908, etc. Cf. Cato R. R. 18,7 (calce harenato). Dat. Abl. casum habuit scriptor antiquus a ps. –Plac. adhibitus. Calcibus : calculorum primigenia appellatione. Unde Isidorus prava lectione ' Callibus ' deceptus (Etym. 18, 62) : Calculi, quod per vias ordinales eant, quasi per calles (!). Ex scholiis Vergilianis (fortasse ex Festo haustis) Gloss. Abstr. (CA 27 Cancri : cancelli, CA 83 Calculus : lapillus ; calx enim lapis est, unde et calculari dicitur, id est numeros). An ex eisdem scholiis (nimirum Donati) Isidorus (Etym. 10, 43 Calculator : a calculis, id est lapillis minutis quos antiqui in manu tenentes numeros conponebant) ?

CANENTAS. –tas **vel** –tes **vel** –ta sunt **codd**. Nugatur Rosenberg (Philol. 34, 761).

CANTA. Sane Varro (L. L. 7, 27) memorat in carm. Sal. (1) cante (pro canite. Sed cur hic ' Cante pro cantate ' scribam non invenio. Malim Varroni attribuere ' Cantae pro cantatae ' ; nam in unico Varronis L. L. codice tenuissimum discrimen est inter E vocalem et AE dipthongum.

CAUDICARIAE. Quid scripsit Festus ? Cum Gloss. Amplon. II (Cladicariae naves : onerariae) saepe Graecas interpretationes Festinarum in Philoxeno glossarum male verterit, solum habemus ducem Isidorum. Et quam caecum ducem ! Qui sic Festum (?) excerpsit (Etym. 19, 1, 27 De Navibus) : Trabariae amnicae naves quae ex singulis trabibus cavantur, quae alio nomine litorariae dicuntur ; haec et caudicae, ex uno ligno cavato factae, et inde caudicae quia a quattuor usque ad decem homines capiunt. Unde colligo Festum hoc loco non solum de adiectivo caudic–sed etiam de adiectivo trab– tractavisse ; cf. infra, s. v Trabica (504,6 Trabica navis quod sit trabibus confixa, etc.). Sed plenius lumen admittit Nonius (535, 11) : Codicarias naves etiamnunc consuetudo appellat eo quod in fluminibus sint usui... Varro de Vita Populi Romani lib. III « quod antiqui pluris tabulas coniunctas codices dicebant ; a quo in Tiberi navis codicarias appellamus. »

CANDELABRUM. Vide supra, ad Cicindela (37, 17). Cf. Varr. L. L. 5, 119 : Candelabrum a candela ; ex his enim funiculi ardentes figebantur ; R. R. VIII (ap. Serv. auct. Aen. 2, 225 ; Macr. 3, 4, 2) : Ut in quo figunt candelam candelabrum appellant, sic in quo deum ponunt delubrum dicunt.

CANTHERIUS. Cf. Varr. R. R. 2, 7, 15 : Ideo quod semine carent, ei cantherii appellati.

CAVILLUM. Cf. supra, 39, 26 (Cavillatio est iocosa calumniatio) : infra, 95, 15, Incavilla-

Caudeae cistellae ex iunco a similitudine equinae caudae factae.

Caulae a cavo dictae. Antiquitus enim ante usum tectorum oves in antris claudebantur.

Cavum a chao dictum et eius inanitate.

<*Calones*...> *Caculatum* servitium. *Calones* calcei ex ligno facti.

Clacendix genus conchae. <**Plautus** (Vid. frag. 11) : **Opposita est clacendix ; at ego signi dicam quid siet**>.

Calpar genus vasis fictilis.

Calces (?) ampullae plumbeae.

Calbeos armillas dicebant quibus triumphantes utebantur et quibus ob virtutem milites donabantur.

---

tio per despectum inrisio. Non plur. nom. invenit ps.– Plac. in scriptore antiquo (Cavilla : cavillatio) sed formam femininam (cf. Plaut. Aul. 638 aufer cavillam). Ex Schol. Vergil. glossae Abstr. CA 75 Cavillum : iocus cum convicio ; CA 6 Cavillatur : cum convicio iocatur vel ridet.

CAUDEA. Vox Plautina est, Rud. 1109, 1133 :

cistellam isti inesse oportet caudeam in isto vidulo,

unde ps. –Plac. (Caudeam : iunceam, quod iuncea cauda emergat).

CAULAE. Multo sanior etymologia quam in schol. Servii Aen. 9. 59 (unde Isid. Etym. 15, 9, 6) : Graecum nomen C detracto ; nam Graeci αὐλάς vocant animalium receptacula.

CAVUM. Vocabula cavus, caelum, chaos, inchoo ingeniosius quam verius ad unum etymon rettulerunt philologi antiqui. Cf. Varr. L. L. 5, 19 : A chao cavo caelum. Cf. supra, s. v Cohum (34, 28) ; infra, s. v. Inchoare (95,4).

CACULATUM. Cum nova lemmatum series ex verbis a CAL– incipientibus constet, suspicor Festum prius de calonibus militum servis (quorum saepe cum caculis mentio fit) hic dixisse (cf. supra 39.29. s. v. Cacula, infra 54, 19, s. v. Calones). Caculatum si non acc. casus nominis verbalis est sed supin., scribendum erit non servitium sed servītum. Verbum ipsum in fut. indic. profert ps. –Plac. (Caculabor : serviam ; dictum a caculis qui sunt militares).

CALONES. Servius videtur interpretari calones ut καλοπόδια (ad Aen. 1, 39 Classis dicta est ἀπὸ τῶν κάλων., id est a lignis ; unde et calones dicuntur qui ligna militibus portant et καλοπόδια). Si Isidoro, Festum excerpenti, credimus, erant cothurni tragoedorum (Etym. 19, 34, 6 De Calciamentis. Baxeae calciamentum comoedorum erat, sicut tragoedorum coturni. Quos quidam etiam calones appellant, eo quod ex salice fierent ; nam Graeci, ut diximus, lignum κᾶλα vocabant). Sed audemusne credere Isidoro qui Servii locum, modo citatum, sic excerpserit (Etym. 19, 1, 15 Classis dicta est a Graeco vocabulo, ἀπὸ τῶν κάλων, id est lignis ; unde et calones naviculae quae ligna militibus portant) ? Calones naviculae ! Ne illud quidem salicis ex Isidoro audeo Festo imputare. O quam temere excepit Thesaurus Latinus temerariam in Plaut. Poen. 1168 emendationem, cal- pro cel- ! Cuius enim nisi Isidori testimonio nititur ficticium illud calo tragoedi cothurnus ?

CLACENDIX. Hinc Gloss. Corp. (=Abol.) C 463 Clacendix : concha. Expectes Calc– quae forma nimirum eruditiorum in usu erat et a qua Festus inceperat (Cf. Graec. κάλχη).

Dubitabis mecum an recte elegerit tertiam formam ' claxendix ' Thesaurus Latinus codicibus aliquot fretus Prisciani (I p. 165) : Claxendix (**vel** clasendix), quod significat concham qua signum tegitur ; Plautus in Vidularia, etc. Et miraberis mecum Thesaurum Latinum nugas et deliramenta mediaevalis magistri Hibernici (ex Gramm. suppl., p. CLXXIX adiecisse.

CALPAR. Et nomen vini (cf. infra, s. v., 57, 16).

CALBEOS. Vide infra, s. v. Galbeum (85, 12).

Calix, quod in eo calidum bibitur (!).

Calpurni a Calpo, Numae regis filio, sunt oriundi.

Cal[l]im (?) antiqui dicebant pro clam ; ut *nis* pro nobis ; *sam* pro suam ; *im* pro eum.

Calicata aedificia calce polita.

Calyptra genus vestimenti quo capita operiebant.

Calathos Graeci, nos dicimus quasillos.

Caduceatores legati pacem petentes <caduceum ferentes . Cato (inc. 4) caduceatori inquit nemo homo nocet .

Carinantes probra obiectantes, a carina dicti, quae est infima pars navis ; sic illi sortis infimae. Ennius (Ann. 563) : Contra carinantes verba atque obscena profatos>.

Cadmea terra quae in aes coicitur ut fiat orichalcum.

Casa (?) a cavatione dicta.

Cascum antiquum. *Casnar* senex Oscorum lingua.

CALIX. Cf. Varr. L. L. 5, 127 : Calix a caldo quod in eo calda puls apponebatur et caldum eo bibebant. Cum lemmate superiore (40,25) Calones conectere videtur Isidorus, qui sic dicit (Etym. 20, 5, 5) : Calices et calathi et scalae poculorum genera antea ex ligno facta, inde et vocata ; Graeci enim omne lignum κᾶλα dicebant). Et si ea tam mira ex Festo traxit, pro scalae lege calces (ampullae ; sed plumbeae !)

CALPURNII. Cf. Plutarch. Num 2.

CALLIM. Clamde ps. -Plac. (Clade : clam vel occulte) ; unde clandestinus, ut videtur.

NIS. Hinc Gloss. Abba (=Abol.) Nis : nobis.

SAM. Et pro eam. Cf. infra, s. v. Sas (432,26).

IM. Et em. Cf. infra, s. v. Im (92,1) s. v. Eum (67,23).

CALICATA. Cf. infra, s. v. Calicatis (51,19) ; s. v. Decalicatum (66, 14). Et quia infra habemus dat. abl. cas. (Calicatis calce politis), colligo inferius lemma esse verius.

CALYPTRA. Hincine Gloss. Corp. (=Abol.) C191 Calyptra : genus mitrae ?

CALATHOS. Hincine Gloss. Philox. QUA 61 Quasillus : κάλαθος ? Hinc nimirum Gloss. Ansil. (=Abol.) QUA 240 Quasillum (-us) Latinum est quod Graece calathum dicitur.

CADUCEATORES. Addidi ex Gloss. Cyrill. (=Philox.) Caduceator : κῆρυξ ὁ ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστελλόμενος τὸ κηρύκιον φέρων. Unde Gloss. Amplon. II Caduceatus (-tor) : legatus.

CARINANTES. Cur non credamus Ennianum versum a Festo laudatum ? Laudatus est a Serv. auct. in Aen. 8, 361 (lautis mugire Carinis), qui aliter verbum explicat, et a quo hausit Gloss. Abstr. (KA 16 Karinantes : inludentes vel inridentes). Sed ps. -Plac. habet aliam formam et prorsus aliam explicationem (A carinatoribus lanariis, quia carunt, id est, carpunt vel dividunt, carinator maledicus conviciator). Ex Festo nimirum Gloss. Philox. CA 162 Carinari : χαριεντίζεσθαι (!), sed a Festo Graecum etymon memoratum esse nullo modo constat.

CADMEA. terra] an recte ? Cf. Plin. N. H. 34, 2 : Aes fit et e lapide aeroso quem vocant cadmean, celebri trans maria et quondam in Campania. [orich.] cf. supra, s. v. Aurichalcum (8, 15).

CASA. Malim Casa <pastorum, caulae> a ca. di., siquidem ex Festo (non ex Vergiliana glossa) provenit gloss. Abol. (CA 43 Caulas : septa ovium, casae pastorum). Cf. supra, s. v. Caulae (40, 21). Sed vide infra, s. v. Caseus (41, 20).

CASCUM. Hinc, credo, Gloss. Ansil. (=Abol.) Cascum : antiquum ; Gloss. Cyrill. (=Philox.) Cascus : παλαιός.

CASNAR. Plenius et cascum et casnar tractat Varro (L. L. 7, 28-29) : Cascum significat

Cassiculum (-lo ?) reticulum (-lo ?) a cassibus per deminutionem dictum (-to ?).

Caseus a coeundo dictus.

Casilam antiqui pro casside ponebant.

Cassabundus crebro cadens. <..“ **cassabundae** ”>.

Casaria quae custodit casam.

Cassia via a Cassio strata.

Caput ex Graeco dictum quod illi [interdum κάρα] τὴν κεφαλὴν dicunt.

Caperratum rugosum a cornuum caprinorum similitudine dicitur.

Capis poculi genus dictum a capiendo.

---

vetus ; eius origo Sabina, quae usque radices in Oscam linguam egit.. idem ostendit quod oppidum vocatur Casinum — hoc enim ab Sabinis orti Samnites tenuerunt — et nostri etiam nunc Forum Vetus appellant ; item significat in Atellanis aliquot Pappum senem, quod Osci Casnar appellant. Dat. casu vocem ab antiquo scriptore usurpatam repperit ps. –Plac. (Casnari : seni Oscorum lingua), qui etiam habet Casnar : senex. Sunt qui casnares in Varr. Menipp. 494 (ap. Non. 86, 19) legant. Ex Festo Gloss. Abol. CA 20 Casnar : senex. Ex schol. Vergil. Gloss. Abstr. KA 18 Kasnar : senex.

CASSICULO. Cf. ps. –Plac. Cassiculo : reticulo, a cassibus. Ex Festo Gloss. Abol. CA 55 Cassiculo : reticulo. Ex schol. Verg., ut vid., Gloss. Abstr. KA 6-7 Kasses :retia, Kassiculum : reticulum.

CASEUS. An a coagendo ? Nam eadem insana etymologia est in Varr. L. L. 5, 108 : Caseus a coacto lacte, ut ' coxeus ' dictus ; 6, 43 e lacte coacto caseus nominatus.

CASILAM. De consonantibus antiquitus non geminatis, vide supra, s. v. Anus (5, 25). De D et L litteris affinibus, vide supra, s. v. Ancaesa (18,21). Hincine Isid. Etym. 18, 14, 1 : Cassidam autem a Tuscis nominatam ; illi enim galeam cassim nominant, credo a capite ?

CASSABUNDUS. Supplevi ex Gloss. Abol. (CA 7 Cassabundus : instabilis, vacillans, CA 58 Cassabundae : saepius cadentes). Varro profert formam cassabundum ex Naevio (LL 7, 53) : Apud Naevium (com. 120) « risi egomet cassabundum ire ebrium » ; cassabundum a cadendo. Ps. –Plac. profert eandem formam et fortasse ex eodem versu (Cassabundum : dubitantem, titubantem) et dat cas. (Cassabundo : titubanti).

CASARIA. Scil. anus aut canes.

CAPERRATUM. Varro profert formam caperratā ex Naevio (L. L. 7, 107) : Apud Naevium in Dolo (com. 49a) « caperrata fronte », a caprae fronte. Et ipse usurpavit vocem Naevianam (Menipp. 134) :

quin mihi caperratam tuam frontem, Strobile, omittis,

nisi quidem hunc septenarium e comico nescioquo citat. Ansileubi glossa (CA 292 Caperatum : erectum rigidum) potest ad glossam Apuleianam in Abolita redire (CA 50 Caperratum supercilium : triste supercilium), ex Apul. Met. 9, 10 sumptam. Sed altera Ansileubi glossa (FR 227 Frontem caperatam : aut tristem aut superciliosam ac minacem), si revera ex Gloss. Abol. (et Festo) provenit, indicio esse potest a Festo eum septenarium esse citatum. Ad Festum quoque revocare velim Gloss. Abba (=Abol.) Caperrata : contracta, rugosa. De verbis caperrare et caperrascere vide Thes. Lat.

CAPIS. Cf. Varro L. L. 5, 121 : Capid<es> et minores capulae a capiendo, quod ansatae ut prehendi possent, id est capi ; harum figuras in vasis sacris ligneas ac fictiles antiquas etiam nunc videmus ; Vit. Pop. Rom. I (apud Non. 547,12) : Etiam nunc pocula quae vocant capulas ac capides. Sed infra, s. v. Patellae (292, 35), habet Festus aliam deminutivam formam, capidulae. Ad Festum, sive hic sive alibi, revocanda est gl. corrupta Abol. (CA 16) Capedines (vel Capides) : vasa festiva (vel fictilia) Saliorum, eo quod manu capiantur. De voce capedines (qua etiam Cicero utitur) vide Thes. Ling. Lat.

Capsae a Graecis appellantur ; has illi κάμπτρας dicunt.

Capital facinus quod capitis poena luitur.

Capronae equorum iubae in frontem devexae, quasi a capite pronae.
(Gloss. Abol. CA 65) Capronae :
Lucilius (288) :
iactari caput atque comas. fluitare capronas
altas, frontibus immissas. ut mos fuit illis.
Hic medios inter tempora capillos ; proprie vero equorum iubae quae imminent ita dictae quasi in capita pronae.

Capidulum genus vestimenti quo caput tegebatur.

Caprae dictae quod omne virgultum carpant (... " omnicarpae caprae.. ") ; **sive a crepitu crurum, unde et *crepas* eas prisci dixerunt.**

Cuppes et *cupedia* antiqui lautiores cibos nominabant ; inde et macellum *Forum cupedinis* appellabant. Cupedia autem a cupiditate sunt dicta, vel sicut Varro (Hum. Rer. IX fr. 1 M.) vult, quod ibi **fuerit Cupedinis equitis domus qui fuerat ob latrocinium damnatus.**

Capruncülum (?) vas fictile.

Curatores dicuntur qui pupillis loco tutorum dantur ; sive illi qui rei frumentariae **agrisve dividendis praepositi sunt.**

Curia locus est ubi publicas curas gerebant.

CAPSAE. Hincine Gloss. Cyrill. (= Philox.) Capsa : χάμπτρα, Capsarius : χαμπτροποιός ? Vide ne huc pertineat etiam gl. Ansil. CA 369 Capsus : carruca undique contecta ; quasi capsa. Cf. infra, s. v. Ploximum (260, 1 appellari ait Catullus capsum in cisio capsamve).

CAPRONAE. Ad eundem versum Lucilii (a Nonio servatum) spectat ps.–Plac., Capronas : iubas equorum. Cf. Nonius 22,3 : Capronae dicuntur comae quae ante frontem sunt, quasi a capite pronae ; Lucilius Satyrarum lib. VII " iactari ", etc. Hanc interpretationem non a grammatico priore sed ex marginali in suo Lucilii poematum libro adnotatione. Vide igitur quam tota de hac voce doctrina, sive apud Festum sive apud Nonium sive apud ps.–Placidum, a glossographis antiquis pendeat. Et sic de omnibus eiusmodi glossis iudica.

CAPIDULUM. –ped– in Gloss. ps.–Plac. (Capedulum : vestimentum capitis) ; –pit– in Isidoro (Etym. 19, 31, 3 Capitulum est quod vulgo capitulare dicunt ; idem et cappa, etc.) et in Nonio (542, 23 Capitia capitum tegmina, Varro... haec et capitula appellavit).

CAPRAE. Omnic. cap. (versus cretici partem) supplevi ex Varrone L. L. 5, 97 : Capra carpa : a quo scriptum « omnic. cap. » Ex Festo (et alio auctore ?) hausit Isid. Etym. 12, 1 15 : Capros et capras a carpendis virgultis quidam dixerunt ; alii quod captent aspera ; non nulli a crepitu crurum, unde eas crepas vocitatas, etc. Cf. Varr. R. R. 2, 3, 7 (a carpendo caprae).

CREPAS. Cf. infra (49, 18). s. v. Crepos (i. e. Lupercos).

CUPPES. Cf. Varr. Hum. Rer. (ap. Donat. ad Eun. 256) : Numerius Equitius Cuppes et Manius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta ; his in exsilium actis bona publicata sunt, aedes ubi habitabant dirutae eque ea pecunia scalae Deum Penatium aedificatae sunt ; ubi habitabant, locus ubi venirent ea quae vescendi causa in urbem erant allata ; itaque ab altero Macellum, ab altero Forum Cupedinis appellatum : L. L. 5, 146-147. Cf. infra, s. v. (112, 14) Macellum ; s. v. (in L. capitulo part. ii) Lanii Coqui.

CAPRUNCULUM. An cupunculum ?

CURIA. Cf. Varr. L. L. 6, 46 : Curia, ubi senatus rem publicam curat, et illa (Calabra ?) ubi cura sacrorum publica ; 5, 155 ; Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 57,1). Hincine (per Gloss. Abol.) an ex Nonio Gloss. Amplon II A cura curia dicta ?

Calabra curia dicebatur ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. Curiae etiam nominantur in quibus uniuscuiusque partis populi Romani quid geritur, quales sunt hae in quas Romulus populum distribuit numero triginta, quibus postea additae sunt quinque ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret feriasque observaret ; [h]isque curiis singulis nomina *Curiarum virginum* inposita esse dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt.

Curriculo pro cursim ponebant. Plautus (inc. fr. 17) " licet " inquit " vos abire curriculo ". *Curriculus* diminutivum est a curru.

Curti lacus appellatur a Curtio qui eo loco in profundissimum se ob salutem Romani populi proiecit hiatum.

Curionium aes dicebatur quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus.

Curis est Sabine hasta. Unde Romulus *Quirinus*, quia eam ferebat, est dictus ; et Romani a Quirino *Quirites* dicuntur. Quidam eum dictum putant a *Curibus*, quae fuit urbs opulentissima Sabinorum. *Curitim Iunonem* appellabant quia eandem ferre hastam putabant.

Curiales eiusdem curiae, ut *tribules* et *municipes*.

Currules equi quadrigales. *Cur[r]ules magistratus* appellati sunt quia curru vehebantur.

CALABRA. Hinc Gloss. Philox. CA 32. Calebra : ἵππων (ἱερῶν ?) βουλή. Plenius Serv. auct. ad Aen. 8, 654.

CURIARUM VIRGINUM. scil. ex oppido Sabino Curibus.

CURRICULO. Cf. ps. -Plac. (C. cursu veloci).

CURRICULUS. De hac forma masc. vide Thes. Lat. Curriculum neut. in Varronis epistula cur Nonius (263,2) masc. esse affirmat ? Cf. Charis. 77, 11 K. : Curriculus masculine deminutio est currus, neutraliter autem curriculum spatium ad currendum aptum vel ipsum currendi officium, ut Cicero et Varro locuntur. Ex Festo provenire possunt glossae Abol. (CU 2 Curriculum : certum temporis cursum. CU 8 Curricula : temporum annorumque cursus vel spatia) ; sed potius ex Charisio Gloss. Cyrill. (-Philox.) Curriculus ἁρμάτιον, Curriculum στάδιον.

CURTII LACUS (–cum **codd**.) Plenius Varro L. L. 5, 148-150.

CURIONIUM. Cf. infra, s. v. Curionia Sacra (54, 23).

CURIS. Cf. infra, s. v. Caelibari Hasta (55,7). Cf. Varr. ap. Dionys. Ant. Rom. 2, 48, 4.

QUIRINUS. Cf. infra, s. v. (302,30).

QUIRITES. Cf. infra, s. v. (304,3). Cf. Varr. L. L. 6, 68 (Quirites a Curensibus, etc.) ; 5, 51.

CURIBUS. Cf. infra, s. v. Quirinus (302, 33).

CURITIM. Cf. infra, s. v. Caelibari Hasta (55, 6) ; s. v. Curiales Mensae (56, 21) ; s. v. Quirinus (302, 28). Vergilius (Aen. 1, 17 hic currus fuit) praetulisse videtur eam etymologiam quam Serv. auct. habet l. c. : In sacris Tiburtibus sic precantur « Iuno Curitis tuo curru clipeoque tuere meos curiae vernulas ». Aliam memorat Schol. Pers. 4, 26 : Curibus, quod nomen loci est, unde et Iuno Curitis dicitur quia ibi vehementer colitur.

CURIALES. Sunt qui hunc ordinem malint : Curiales. Curiata Comitia. Currules Equi. Sed cum infra memoretur vox Curiales ab eo quod est Curis derivata (56,21 Curiales Mensae in quibus immolabatur Iunoni quae Curis appellata est), in tradito ordine acquievi.

CURIONUS. Pristini moris vestigia sunt Latona, colonus, et fortasse persona.

Curiata comitia a curiis sunt appellata.

· *Curio.* · *Centurionus* antea qui nunc centurio, et *curionus*, et *decurionus* dicebantur.

Curia Tifata a Curio dicta est (sunt ?) qui eo loco domum habuerat.

Cura dicta est quasi ' cor-eda ', vel quia cor urat.

Cum imperio est dicebatur apud antiquos cui nominatim a populo dabatur imperium. *Cum potestate est* dicebatur de eo qui a populo alicui negotio praeferebatur (–ficieb– ?).

Cuniculus, id est foramen sub terra occultum, aut ab animali quod simile est lepori appellatur, cui subter fossa terra latere est solitum, aut a cuneorum similitudine qui omnem materiam intrant findentes.

Clunaclum cultrum sanguinarium dictum vel quia ad clunes dependit vel quia clunes hostiarum dividit.

Cumerum (–rus ?) vas nuptiale, a similitudine *cumerarum*, quae fiunt palmeae vel sparteae ad usum popularem, sic appellatum.

CURIATA COMITIA. Cf. Varr. L. L. 5, 155. Cf. infra, s. v. Centuriata Comitia (47,3 item Curiata, etc.)

CURRULES EQUI. ante Curiata Comitia **Paulus**. Perditum scholium (Donati ?) ad Vergilium Aen. 11, 334 recuperare videmur ex gloss. Abstr. CU 31 Curulis sella : a curru, quia equi de curru currules dicuntur, velocissimi vero ad currendum ; a sedendo sellares dicuntur. Ex Festo provenire videtur gl. Philox. CU 97 Currulis equus : σὺν ἅρματι ἀγωνιζόμενος ἵππος.

CURRULES MAGISTRATUS. Quatenus ex Festo hauserit Isidorus non constat (Etym. 20, 11, 11) : Sella curulis erat in quibus magistrati sedentes iura reddebant ; dictae autem curules quia apud veteres praetores et consules propter itineris longinquitatem curru forum provehebantur ; sellae autem quae post eos vehebantur, quibus sedentes dicere iura solebant,a curru curules sellae sunt nominatae. Non de loco qui infra est, s. v. Sellae Curulis (464, 24) ea provenerunt. Scito curulis et currulis eiusmodi geminas formas esse ut mamilla et mammilla, ofella et offella, etc.

CURIA TIFATA. Cf. infra, s. v. Tifata (503, 14 iliceta), et vide Huelsen (Herm. 46, 305). Curio] scil. M' Curio Dentato (cf. Vir. Ill. 33, 10 : Ob haec merita domus ei apud Tifatam et agri iugera quingenta publice data). quia **vel** qui] Cf. infra, s. v. Mancina Tifata (117,1 appellabantur quod Mancinus habuit insignem domum, quae publicata est eo interfecto. Ecce iterum doctrinam ex uno prioris scriptoris loco sumptam et per tria capitula disiectam.

CURA. Varr. L. L. 6, 46 : Cura quod cor urat ; Serv. Aen. 1, 208 : Cura dicta ab eo quod cor urat.

CUNICULUS. ab anim.] Ita Veget. Mil. 4, 24. Contra Varro R. R. 3, 12, 6 : Cuniculi dicti ab eo quod sub terra cuniculos sibi facere solent ubi lateant in agris.

CLUNACLUM. Accus. casum in scriptore antiquo repperit ps. –Plac. cum interpretatione marginali : Pugionem, dictum ab eo quod ad clunes religetur. Ex ps. –Plac. Isidorus hausit, sed perversa in clunabulum forma (Etym. 18, 6, 6) : Pugio... idem et clunabulum dictum quod religetur ad clunem.

CUMERUS. –rum Paulus –cui tamen in huiusmodi rebus nulla fides est habenda — hoc loco saltem, sed infra (s. v. 55,23) manifesto errore –ra : –rum (acc. casu) Varro (L. L. 7, 34), de quo vide infra.

CUMERA. Plenius ps. –Acro in Sat. 1, 1, 53. Festinam esse gl. Amplon. II (Cumera : vas frumentarium) nullo modo constat.

Culcita quod tomento inculcatur appellata.

Culcitula fusticulus quidam ligneus in sacris dicebatur.

Cumulter significat cum altero, dictum ab antiquis ita brevitatis causa, ut *sodes* pro si audes, *scilicet* pro scias licet, *sis* pro si vis.

Culliola (?) cortices nucum viridium, dicta a similitudine culleorum quibus vinum sive oleum continetur.

Cussilirem (?) pro ignavo dicebant antiqui.

Cum populo agere, hoc est populum ad concilium aut comitia vocare.

Cuncti significat quidem omnes, sed coniuncti et congregati ; at vero *omnes* etiam si diversis locis sint.

Cunire est stercus facere ; unde et *inquinare*.

Cuturnium vas quo in sacrificiis vinum fundebatur.

Culigna vas potorium. Cato (or. inc. 16) " culignam " inquit " in feno Graeco ponit ut bene oleat ".

<*Cunctari*..> *Coctiones* dicti videntur a cunctatione, quod in emendis vendendisque mercibus tarde perveniant ad iusti pretii finem. [Itaque apud antiquos prima syllaba per U litteram scribebatur].

Custodelam dicebant antiqui quam nunc dicimus custodiam.

Cumbam Graeci κύμβην appellant.

Cutis Graecam habet originem ; hanc enim illi dicunt κύτιν.

Cutiliae lacus appellatur quod in eo est insula Κοτύλη nominata a Graecis.

Cnephosum (–ons– ?) antiqui dicebant tenebricosum ; Graeci enim κνέφας appellant obscurum.

Cymbium poculi genus, a similitudine navis quae κυμβίς dicitur appellatum.

CULCITA. Cf. Varr. L. L. 5, 167 : Quod in eas acus aut tomentum aliudve quid culcabant, ab inculcando culcita dicta. Ex Festo nimirum Isid. Etym. 19, 26,4 : Culcitae vocatae quod calcentur, id est farciantur, pluma sive tomento.

CULCITULA. In Lucil. 1061 significat parvam culcitam, ut in Plaut. Most. 894.

CUMULTER. Sicut adulter significat ad alteram et adultera ad alterum (20,5).

SODES. Cf. infra, s. v. (382, 22 si audes, uti sis pro si vis et ilico pro in loco).

SCILICET. Cf. infra, s. v. Sultis (462,6 si voltis... sodes si audes, sis si vis, ilico in loco, scilicet scias licet, equidem ego quidem).

CULLIOLA. Vide infra, s. v. Gulliocae (87, 27). Vix huc redit Gloss. Philox. PU 8 Publica culiola : τριβάς.

CUNCTI. Ex Festone Isid. Diff. 1, 106 : Cuncti omnes sunt, si modo iuncti sunt et simul faciunt aliquid ; aliter omnes dicuntur, non cuncti ?

CUNIRE. Cf. supra, s. v. Ancunulentae (10, 21... unde trahitur inquinamentum).

CUTURNIUM. Vide infra, s. v. Guturnium (87, 28 vas ex quo aqua in manus datur, ab eo quod propter oris angustias guttatim fluat).

CULIGNA. Cf. infra, s. v. (57, 2 vas vinarium).

COCTIONES. Cf. supra, s. v. Arillator (19,1 A. qui etiam coccio appellatur).

CUSTODELAM. Cf. supra ad Confugelam (35,7 antiqui confugium dicebant).

CUMBAM. Scil. navem (cf. infra, 44, 26, s. v. Cymbium). Non sicut infra, s. v. (56, 26 Sabini vocant eam quam militares lecticam, unde videtur derivatum esse cubiculum).

CUTILIAE. Cf. Plin. N. H. 3, 109 : In agro Reatino Cutiliae lacum in quo fluctuetur insula Italiae umbilicum esse M. Varro tradit ; Varr. L. L. 5, 71.

CNEPHOSUM. Cf. infra, s. v. Gnephonsum (84, 23 obscurum, videlicet a Graeco quod est κνέφας).

CYMBIUM. An navis, κυμβῆς (cf. supra, 44, 20) ? Cf. Serv. ad Aen. 5, 267 (cf. ad 3,66) Cymbia pocula in modum cymbae navis.

Calasis tunicae genus, quod Graeci καλά-σινον (— σιριν ?) dicunt. Alii dicunt nodum esse tunicae muliebris quo conexa circa cervicem tunica submittitur.

Cyparissiae dicuntur ignes prodigiosi a similitudine cypressorum.

Cybebe, Mater [quam dicebant] Magna[m] ita appellabatur quod ageret homines in furorem, quod Graeci κύβηβον dicunt. *Cybele* vero eadem dicta a loco qui est in Phrygia.

Cytherea Venus ab urbe Cythera, in quam primum devecta esse dicitur concha, cum in mari esset concepta.

Cyllenius Mercurius dictus quod omnem rem sermo sine manibus conficiat, quibus partibus corporis qui carent κυλλοί vocantur ; ideoque quadratum eum fingunt. Alii volunt sic appellatum quod in Cyllenia via sit nutritus. Alii quod in monte Arcadia Cyllene. Alii quod a Cyllene sit nympha educatus.

Cypria Venus quod ei primum in Cypro insula templum sit constitutum ; vel quia parientibus praesideat, quod Graece κύειν parere sit.

Cynthius Apollo a Cyntho Deli monte vocatus.

Chalcidicum genus aedificii ab urbe Chalcidica dictum <.. **fori deambulatorium**..>

Choragium instrumentum scaenarum.

Chaos appellat Hesiodus (Theog. 116) confusam quandam ab initio unitatem hiantem patentemque in profundum. Ex eo et χάσκειν Graece et nos *hiare* dicimus. Unde *Ianus* detracta aspiratione nominatur id quod fuerit omnium primum ; cui primo supplicabant velut parenti et a quo rerum omnium factum putabant initium.

Choenica (–nix ?) mensurae genus.

Cybium dictum quia eius medium aeque patet in omnes partes, quod genus a geometricis κύβος dicitur. Unde etiam tessellae quadratae κύβοι. Hinc et cybios (–bia ?) genus piscis, quia piscantes id genus piscium velut aleam ludant.

Cnasonas (–nes ?) acus quibus mulieres caput scalpunt.

Creperum dubium ; unde *increpitare* dicimus quia maledicta fere incerta et dubia sunt.

CALASIS. Vide supra, s. v. Aclassis (18, 31 tunica ab humeris non consuta).

CYPARISSIAE. Cf. infra, s. v. (56,8 appellantur acies quaedam igneae quae noctu apparere solent ad similitudinem cupressi). Cf. Sen. Nat. 1, 15, 4.

CYBELLE. loco] mons est Cybelus.

CYNTHIUS. Cf. Serv. auct. Geo. 3, 36 : Cynthius Apollo a Cyntho Deli monte.

CHALCIDICUM. Addidi ex Gloss. Ansil. (= Abol. CA 175 Caldicum : fo. de. Cf. Thes. Lat.

CHORAGIUM. In glossario quod adierunt conditores glossariorum Abba Abavus Affatim erat glossa Thoragium : ornatus mimicus. Id glossarium, ni fallor, Abolita erat et ea glossa Festina (Chor. orn. mi.).

CHAOS. Cf. supra, s. v. Cohum (34,28).

IANUS. Cum supra, s. v. Axamenta (3, 12), mentio facta sit versuum Ianuiorum, a Saliaribus in honorem Iani compositorum, cumque Varro (L. L. 7, 26... duonus cerus es duonus Ianusve, etc.) sententiam « bonus creator es bonus Ianus » ex eiusmodi poemate citet, suspicor nos hic habere Saliaris alicuius carminis argumentum.

CYBIUM (neut., Graece κύβιον) piscem memorat Varr. L. L. 5, 77 ; memorant plurim scriptores. Sed masculinae formae ; cybios ' nulla mentio. Illud ' cybios ' igitur suspicionem movet. Cybia (plur. neutr.) expectes, nisi latet κυβείας.

CREPERUM. Cf. infra, s. v. Decrepitus (62, 22).

INCREPITARE. Ecce quo stultitiae pervenerunt antiqui philologi dum affinitates obso-

Crepitulum ornamentum capitis ; id enim in capitis motu crepitum facit.

Crocotillum valde exile. Plautus (Cist. 408) : Extortis talis, cum crocotillis crusculis. *Crusculum* deminutivum a crure.

Crines a discretione dicti, quam Graeci κρίσιν appellant ; nam idem eos κρινίδας vocant.

Crocatio (?) corvorum vocis appellatio.

Crucium quod cruciat ; unde Lucilius (1146) vinum insuave crucium dixit.

Crocotinum genus operis pistorii.

Crustariae tabernae a vasis potoriis crustatis dictae.

Cracentes graciles. Ennius (Ann. 505) : Succincti gladiis media regione cracentes.

Crevi modo significat hereditatem adii : modo maior aetate vel censu sum : modo divisi. Quae omnia a duobus verbis *cresco* et *cerno* veniunt ; cuius unius origo ex Graeco trahitur, quod illi κραίνειν dicunt perficere.

Creterrae vocabulum trahitur a cratere, quod vas est vini.

---

letae vocis creperus exquirunt ; quam tamen stultitiam vitavit scholiasta (Donatus ?) ad Aen. 1, 738 ; et fortasse ipse Verrius, si cum hoc lemmate sequens lemma coniunxit, verum etymon non omnino neglexit.

CROCOTILLUM, an crot– (cf. infra, s. v. Crocotinum, 46, 14) ? Infra, s. v. Todi (480, 22) alia est versus forma :

cum extortis talis, cum todillis crusculis.

Ambas formas expectes, sed in unico codice nostro nonnisi hanc habes s. v. Succrotilla (390, 6). De glossis Festinis ad hunc locum Plauti pertinentibus vide ad 65,8.

CRINES. Cf. Varr. L. L. 6, 81 : Cerno.. hinc fines (crines ?) capilli discripti ; quod finis videtur, discrimen ; Serv. Aen. 11, 144 (Discriminat dividit, unde et discrimen capitis muliebris dicitur). Utrum hic discerniculi mentionem fecerit Verrius non liquet, de quo Nonius (282, 21) : Discerniculum dicitur acus quae capillos a media fronte disseparat). Si solum Servium, ut videtur, auctorem habuit Isidorus, Servii ' discrimen ' in ' discriminale ' mutavit (Etym. 19, 31, 8) : Discriminalia capitis mulierum sunt vocata ex eo quod caput auro discernant ; nam discriminare dividere dicitur. Vocem eam ' discriminale ' in Sacra Scriptura invenit Isidorus ; et Biblicam glossam habemus in Gloss. Corp. (D 303 Discriminalia : capitis ornamentum) etc. Glossa (Discerniculum : ornamentum capitis virginis) non est Placidi sed Abstrusa (DI 72 Discerniculum : ornamentum capitis virginalis ex auro).

CROCATIO. Vulgo croccitus, ut gl. Abol. (CO 201 Croccitus : clamor corvi) ; quae glossa utrum Festina sit an Apuleiana non liquet.

CROCOTINUM. Cf. supra, s. v. Crocotillum (46, 6). Noli tamen credere illud huius esse vocabuli diminutivam formam. Nam crocotinum esse videtur Graec. κροκώτινον ; crocotillum autem prava lectio pro crotillum (cf. succrotillum, i. e. tenue).

CRUCIUM. Isidorus more suo a Festo vocabulum insolitum mutuatus pro solito exhibet (Etym. 20, 3, 9) : Crucium vinum est insuave quod servi potant. Servorum tamen apud Lucilium esse mentionem vix constat.

CRUSTARIAE. Cur ficticiis Scaligeri glossis, uno hoc Pauli testimonio nixis, locum dare dignatur Thesaurus Linguae Latinae ?

CRACENTES. Acc. casum indicat ps. –Plac. (Cracentes : graciles, tabidos), unde Ansil. (CA 22 Cr. gr. ta.) Ex Festo Gloss. Abav. (=Abol.) Cracentes : graciles.

CRETERRAE. plural. numero (nam ex Festo provenit gl. Abol. CE 36 Creterrae : crateres), ut in versu Naeviano quem Nonius laudat (quemque Festus fortasse), Lycurg. 42

creterris sumere aquam ex fonte.

Craticulum (-la ?) a Graeco κρατευταί deducitur.

Centuria in agris significat ducenta iugera, in re militari centum homines. *Centuriatus ager* in ducena iugera definitus quia Romulus centenis civibus ducena iugera tribuit.

Centuriata comitia item curiata comitia dicebantur quia populus Romanus per centenas turmas divisus erat.

Centenariae cenae dicebantur in quas lege Licinia non plus centussibus praeter terra enata inpendebatur, id est centum assibus [qui erant breves nummi ex aere]

Cena apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium, *vesperna* quam nunc cenam appellamus.

Cenacula dicuntur ad quae scalis ascenditur..

Censionem facere dicebatur censor cum multam equiti inrogabat.

Centumviralia iudicia a centumviris sunt dicta. Nam cum essent Romae triginta et quinque tribus, quae et *curiae* sunt dictae, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui centumviri appellati sunt ; et, licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen, quo facilius nominarentur, *centumviri* sunt dicti.

Centaurion medicamentum a Chirone Centauro inventum.

Censere nunc significat putare, nunc suadere, nunc decernere.

Censio hastaria dicebatur cum militi multae nomine ob delictum militare indicebatur quod hastas daret.

Cercolop h is (?) genus simiae qui ultimam partem caudae villosam habet.

Cerritus furiosus.

---

crateré] Festus, puto, Graecam formam scripsit, cum haec lemmatum series Graeca derivativa tractare videatur.

CENTURIA. Si ex Festo, ut videtur, provenit Isid. Etym. 15, 15, 7 (Centuria ager est ducentorum iugerum, qui apud antiquos a centum iugeribus vocabatur, sed postea duplicata est nomenque pristinum retinuit ; in numero enim centuriae multiplicatae sunt, nomen mutare non potuerunt), Festus plura habuit sicut Varro L. L. 5, 34 (centuria primum a centum iugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen) ; R. R. 1, 10.

CENTURIATA COMITIA. Cf. supra (43, 9) Curiata Comitia.

CENTENARIAE CENAE. vel pr. terrae nata. Vox est Luciliana, si Marxio credendum est (ad Lucil. 1353).

CENA. Vide infra, ad Scensas (456, 11 Sabini dicebant quas nunc cenas ; quae autem nunc prandia cenas habebant, et pro cenis vespernas).

VESPERNA. Cf. infra, s. v. (505, 26 apud Plautum cena intellegitur.)

CENACULA post Censionem Facere **Paul**. Cf. Varr. L. L. 5, 162 : Ubi cenabant cenaculum vocitabant, ut etiam nunc Lanuvi apud aedem Iunonis et in cetero Latio ac Faleris et Cordubae dicuntur ; posteaquam in superiore parte cenitare coeperunt superioris domus universa cenacula dicta, etc. Pro antiquo Romano vocabulo postea substitutum est Graecum triclinium. Sed Verrius hic videtur cenaculum a verbo a scendere derivasse. Cf. Immisch (Herm. 52, 157).

CENSIO. Cf. gl. Plac. Censio : multa qua citatos si non res ponderant censor afficiebat.

CENTUMVIRALIA. Cf. infra, s. v. (56, 24 quae Cviri iudicabant).

CENTAURION. Ex Festo fortasse Isid. Etym. 17, 9, 33 : Centauream Graeci vocant quoniam a Chirone Centauro fertur reperta, etc.

CERRITUS. Cum hoc lemmate iunge quod infra est (106, 5). Larvati (furiosi, et mente moti), si Festus, ut Nonius (44, 20) Plautinum versum tractavit (Amph. fr. xii) :

tu certe aut laruatu's aut cerritus.

Cervus quod κέρατα, id est cornua, gerat dictus.

Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus, quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur.

Celsus ex Graeco κέλλειν dictus.

Celeres antiqui dixerunt quos nunc equites dicimus a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo [h]is praepositus fuit. Qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis deni, ideoque omnino trecenti fuere.

Cermalus locus in Urbe sic nominatus.

Columnae dictae quod culmina sustineant.

Cernuus calciamenti genus <**soccus sine solo**>.

Crepidines saxa prominentia.

Cloacae a conluendo dictae.

Cluras simias a clunibus tritis dictas existimant.

Crustumina tribus a Tuscorum urbe Crustumeria dicta est.

Et Festina quidem videtur esse gl. Abba (=Abol.) Cerritus : subinsanus ex commotione cerebri. Fortasse etiam gl. Amplon. II Cerritus : furiosus ; Ansil. CE 447 Cerritum : insanum, amens.

CERVUS. Auctorem communem habuerunt Verrius et Varro. Sed Varro mira perversitate haec ait (L. L. 5, 101) : Cervi quod magna cornua gerunt, ' gervi '. G in C mutavit ut in multis. Et eum auctorem de Graecis etymis disputasse haud scio an Servius indicet (ad Aen. 1, 184) : Cervi dicti sunt ἀπὸ τῶν κεράτων,, id est a cornibus ; sciendum autem est etiam Latina nomina Graecam plerumque etymologiam recipere.

CEREOS. Cf. Macrob. (Sat. 1, 7, 33) : Cum multi occasione Saturnaliorum ambitiose munera exigerent, idque onus tenuiores gravaret, Publicius tribunus plebi tulit nonnisi cerei ditioribus missitarentur.

CELERES. Cf. Serv. Aen. 11, 603, qui etiam Graecum etymon profert (.. alii a Graeco dictum putant quod est κέλης) ; Dion. Hal. 2, 13, 2 ; Plin. N. H. 33, 35 : Equites... celeres sub Romulo regibusque sunt appellati, deinde flexuntes, postea trossuli.) cf. infra, s. v. Trossuli (505, 13).

CERMALUS. Plenius Varr. L. L. 5, 54 : Germalum a germanis Romulo et Remo, etc.

COLUMNAE. Hausit Gloss. Abstr. (CO 171 Columen : culmen ; unde columnae dicuntur) ex scholio Vergiliano Donati (cf. Donat. Phorm. 287). Donatus secutus erat Festum.

CERNUUS. Hinc, ni fallor, Isid. Etym. 19, 34, 13 : De Calciamentis... Cernui socci sunt sine solo. Cf. Marx ad Lucil. 129. De alia voce cernuus vide infra, in parte ii, s. v.

CREPIDINES. Vulgo significat haec vox aut fundamentum aedificii aut ripam fluminis, etc. (cf. Serv. et Serv. auct. ad Aen. 10, 653). Spectatne Festus ad versum poetae antiqui ? Non audeo huc revocare gl. (incertae originis) Ansil. PI 134 Pinnatae crepidines : celeres valde et veloces.

CLOACAE. Melius Serv. auct. Aen. 1, 720 (veteres cloare purgare dixerunt) ; Plin. N. H 15, 119 (cluere antiqui purgare dicebant) ; et fortasse ipse Verrius (ne dicam Festus) scripserat ' a cluendo id est conluendo '. Sed cf. infra, s. v. Clo[e]are (58,1 inquinare ; unde et cloacae dictae).

CLURAS. Hinc Gloss. Philox. CL42 Clura : ὅμοια (i. e. similia pro simia !) Sed ex Charisio, ni fallor, ibid. CL45 Clura : πίθηκος. Ps. -Plac. invenit in scriptore vetere nescioquo acc. cas., Cluram vel glurum : simiam [cercopithecum]. Plautina vox est clurinum pecus (Truc. 269).

CRUSTUMINA. Utrum hinc (per Gloss. Abol.) an ex scholio (ad Geo. 2, 88) Vergiliano (per Gloss. Abstr.) emanavit Gloss. Abba Crustumenus : populus, Crustumia : regio ?

Clucidatum dulce<m> et suave m dicebatur.

Cloelia familia a Clonio, Aeneae comite, est appellata.

Clumae folliculi hordei.

Clutum Graeci κλυτόν dicunt : unde accepta praepositione fit *inclytus* (- lut- ?) *In* enim saepe augendi causa <a>dicimus, ut invocavit, inclamavit.

Clipeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bovis appellarunt in quo foedus Gabinorum cum Romanis fuerat descriptum. *Classes clipeatas* antiqui dixerunt quos nunc exercitus vocamus.

? (Schol. Isid.) Κλασον Graece divide dicitur.

Cloeliae fossae a Cloelio duce Albanorum dictae.

Claudere et *clavis* ex Graeco descendit ; cuius rei tutelam penes *Portunum* esse putabant, qui clavim manu tenere fingebatur et deus putabatur esse portarum. *Clavim* consuetudo erat mulieribus donare ob significandam partus facilitatem.
Clausula, quam Graeci ἐπῳδόν vocant, a brevi conclusione est appellata.

Clavata dicuntur aut vestimenta clavis intertexta aut calciamenta clavis confixa.
Clavus annalis appellabatur qui figebatur in parietibus sacrarum aedium per annos singulos ut per eos numerus colligeretur annorum.

Classis procincta exercitus instructus.
Clingere cingere a Graeco κυκλοῦν dici manifestum est.

Cercopa Graeci appellant lucrari undique

CLUCIDATUM. Vox Naeviana (ap. Varr. L. L. 7, 107 -tus). Cf. infra, s. v. Glucidatum 87, 24 suavem et iucundum ; Graeci enim γλυκύν dulcem dicunt).
CLOELIA. Cf. infra, s. v. Cloeliae Fossae (48, 24). Malim Clovio, quamquam Clonius commemoratur in Aen. 9, 574 (Turnus Itym Cloniumque Dioxippum Promolumque) et Clonius (var. lect. Clonius) in Aen. 10, 749 (Messapus Cloniumque Lycaoniumque Erichaeton).
CLUMAE. Cf. infra, s. v. Gluma (87, 20 hordei tunicula, dictum quod glubatur, etc.). Ab hoc loco Festi gl. Philox. CL50. Cluma : κριθῆς λέπυρον ; ab illo gl. Philox GL30 Gluma : λέπυρον κριθῆς. Cum prior glossa exhibeat in unico codice nostro Clunar (non Cluma), est cur suspicemur Festi lemma hoc loco fuisse Clumas (acc. plur.).
INCLYTUS. Cf. infra (95,9) Inclutus nobilis, clarus.
IN. Cf. infra, s. v. (96, 1 ; 97, 15), s. v. Ingens (101, 26 dicitur augendi consuetudine, ut clamare, invocare).
CLIPEUM. Cf. Dion. Hal. 4, 58, 4. || Gab- **vel** Sab- **codd**.
CLASSES CLIPEATAS. Voxne Enniana ? De antiquo usu classis pro exercitu vide ad 51, 20.
CLOELIAE FOSSAE. Cf. supra, s. v. Cloelia Familia (48, 14). Cf. Liv. 1, 23, 3.
PORTUNUM. Cf. infra, s. v. (278,21). portarum] nam portus antiquitus idem atque porta valebat. Cf. infra, s. v. Portum (262, 19).
CLAUSULA. Hincine gl. Abav. (=Abol.) CL17 Clausula : conclusio ?
CLAVUS ANNALIS. Cf. Liv. 7, 3.
CLASSIS PROCINCTA. Cf. infra, s. v. Procincta Classis (251, 19 ; 294,3 dicebatur exercitus ad proelium instructus et paratus).
CLINGERE. Ex Festo, sed per Philoxenum, gl. Abav. CL 24 Clingit : cludit. Nam Festus videtur ex Procincta ad Clingere recta via procedere et affirmare Latinum verbum cingere Graecae originis fuisse, quippe cuius pristina forma non cingere sed clingere fuisset.
CERCOPA. Verrium ex commentatoribus Plaut. Trin. 928 hausisse minime constat,

cupientem, quasi κέρδωνα, quem nos quoque lucrionem vocamus.

Classici testes dicebantur qui signandis testamentis adhibebantur.

Commoetaculum genus virgulae qua in sacrificiis utebantur.

Cervaria ovis quae pro cerva immolabatur.

Crep[*p*]*os*, id est Lupercos, dicebant a crepitu pellicularum quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis in Lupercalibus nudos discurrere et pellibus obvias quasque feminas ferire.

Condere componere.

Cincia locus Romae ubi Cinciorum monumentum fuit.

Capital linteum quoddam quo in sacrificiis utebantur.

Castrensi corona donabatur qui primus hostium castra pugnando introisset; cui insigne erat ex auro vallum.

Colluviaris porcus dicitur qui cibo permixto et colluvie nutritur.

Cognitor est qui litem alterius suscipit coram [ab] eo cui datus est. *Procurator* autem absentis nomine actor fit.

Claudiana tonitrua appellabantur quia Claudius Pulcher instituit ut ludis post scaenam coniectus lapidum ita fieret ut veri tonitrus similitudinem imitaretur. Nam ante leves admodum et parvi sonitus fiebant, cum clavi et lapides in labrum aeneum coicerentur.

Caesones appellantur ex utero matris exsecti. *Caesar*, quod est cognomen Iuliorum, a caesarie dictus est, quia scilicet cum caesarie natus est.

---

cum vera lectio in eo versu possit esse ' ad Rhadamam in Cecropio (-ia) insula ' (cf. Prescott, *Amer. Journ. Phil.* 29, 59).

CLASSICI TESTES. Cf. Gell. 6, 13.

COMMOETACULUM. A verbo commovere. Cf. infra, s. v. Commoetacula (56, 29 virgae quas flamines portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant).

CERVARIA. Eadem infra iterantur s. v. (57, 5).

CREPOS. Cf. supra, s. v. Caprae (42, 7 a crepitu crurum ; unde et crepas eas prisci dixerunt). Non tamen audeo litterae in codice archetypo geminatae vestigium delere, memor formarum velut cuppes. Plenius de Lupercalibus infra, s. v. Februarius Mensis (75, 27). Cf. Otto (Philol. 72, 179).

CONDERE. Plenius supra, s. v. (36,6)

CINCIA. Cf. infra, s. v. Romanam Portam (318,26 qui locus ab antiquis appellari solitus est statuae Cinciae, quod in eo fuit sepulcrum eius familiae).

CAPITAL. Cf. Varro L. L. 5, 130 : Texta fasciola qua capillum in capite alligarent dictum capital a capite, quod sacerdotulae in capite etiam nunc solent habere.

CASTRENSI CORONA. Ex Verrio Gell. (5, 6, 17) : Castrensis est corona qua donat imperator eum qui primus hostium castra pugnans introivit ; ea corona insigne valli habet. Plene igitur exscripsit Festum Paulus.

COGNITOR. Cf. ps. –Ascon. Div. in Caec. p. 104 : Qui defendit alterum in iudicio aut patronus dicitur, si orator est ; aut advocatus, si aut ius suggerit aut praesentiam suam commodat amico ; aut procurator, si absentis negotium suscipit ; aut cognitor, si praesentis causam novit et sic tuetur ut suam ; Isid. Diff. 1, 123 ; Gaius Inst. 4, 83.

CAESONES. CAESAR. Duo lemmata idcirco coniunxi quia Isidorus, Festo nimirum usus, haec dicit (Etym. 9, 3, 12) : Caesar dictus quod caeso mortuae matris utero prolatus eductusque fuerit, vel quia cum caesarie natus sit... qui enim exsecto utero eximebantur Caesones et Caesares appellabantur. Tertiam etymologiam profert Serv. Aen. 1, 28(

Capsit prehenderit.

Capreoli vitium cincinni intorti qua ad locum capiendum tendunt appellati.

Capillatam vel *Capillarem arborem* dicebant in qua capillum tonsum suspendebant.

Contestari litem dicuntur duo aut plures adversarii quod ordinato iudicio utraque pars dicere solet : Testes estote.

Caviares hostiae dicebantur quod *cariae* [id est] pars hostiae cauda tenus dicitur ; et ponebatur in sacrificio pro collegio pontificum quinto quoque anno.

Confeta sus dicebatur quae cum omni fetu adhibebatur ad sacrificium.

Conclavatae dicebantur quae sub eadem erant clave.

Colossus a Caleto (?) artifice a quo formatus est dictus. Fuit enim apud Rhodum insulam statua Solis alta pedes centum et quinque.

Codeta appellatur ager trans Tiberim quod in eo virgulta nascuntur ad caudarum equinarum similitudinem.

Censui censendo agri proprie appellantur qui et emi et venire iure civili possunt.

Comedum bona sua consumentem antiqui dixerunt. *Comedo*, comedonis, qui, ut supra, bona sua consumit.

(Festus quoque fortasse) : Caesar vel quod caeso matris ventre natus est vel quod avus eius in Africa manu propria occidit elephantem, qui ' caesa ' dicitur lingua Poenorum. Cf. etiam Lib. de Praen. 6 : Caesones adpellati sunt qui e mortuis matribus exsecti erant.

CAPSIT. Ca. ceperit **Gloss. Abol.** (CA 15). Et pleniorem formam glossae Festinae quae in Abol. erat servasse potest Ansileubus (CA 366) Capsit : ceperit, (CA 368) Capso : cepero. Sed Ansileubus, qui iniuria ambas Placido assignat, potest alteram ex priore confinxisse. Verrium (et Festum) addidisse veri simile est versum Plautinum (Pseud. 1022) :

si occasionem capserit,

et, si altera gl. vera est, (Bacch. 712) :

si id capso (scil. oppidum).

Hucine revocandum alterum par glossarum in Ansil. (CO 609-10) Concapito : concipito, Concapsit : comprehenderit ?

CAPREOLI. Hincine gl. Abav. (= Abol.) CA 81 Capreoli : botryones (-nis) latices (helices ?) sunt ? Cf. Varr. R. R. 1, 31, 4 : Ex altera parte parit capreolum ; is est coliculus viteus intortus ut cincinnus ; hi sunt enim vitis quibus teneat id qua serpit ad locum capiendum, quo capiendo capreolus dictus.

CAPILLATAM ARBOREM. Cf. Plin. N. H. 16, 235 : Antiquior illa est, sed incerta eius aetas, quae Capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum capillus ad eam defertur.

CONTESTARI LITEM. Cf. supra, s. v. Contestari (34, 18 est cum uterque reus dicit : Testes estote).

CAVIARES. Cur inter lemmata a CO- incipientia stat ? Errore Pauli an quia antiqua forma coviares esset ? An lemma fuerat Coda ?

CONCLAVATAE. Cf. supra, s. v. Conclavia (34,8 loca quae una clave clauduntur). Buecheleri emendatio huc revocat gl. Ansileubi, incertae originis, CO 605 Concabisto (Conclavato **Buech.**) : concludito.

COLOSSUS. Caleto] Sed Plin. N. H. 34, 41 : Solis colossus Rhodi quem fecerat Chares Lindius, Lysippi discipulus (cf. Rhet. Her. 4, 6, 9).

CODETA. Cf. supra, s. v. (34,19 ager in quo frutices existunt in modum codarum equinarum).

CENSUI CONSENDO. Cf. Cic. Flacc. 80.

COMEDO. ut supra] Novum lemma Paulus constituit ; vix tamen Festus.

Censores dicti quod rem suam quisque tanti aestimare solitus sit quantum illi censuerint.

Consiluere Ennius (Ann. 293) pro conticuere posuit :

<**nunc hostes vino domiti somnoque sepulti**
consiluere.>

Claritudinem claritatem.

Casus dicimus non modo ea quae fortuita hominibus accidunt, sed etiam vocabulorum formas quia in aliam atque aliam cadunt effigiem.

Catachresin tropum nos *abusionem* dicimus, cum alienis abutimur perinde ac si propriis, cum propria deficiunt. *Cocum* et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naevius (com. 121) " cocus " inquit " edit Neptunum, Venerem, Cererem ". Significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem holera. (Gloss. Fest.) Ceres frumentum vel panem, Liber vitem vel vinum, Venus libidinem vel holera, Neptunus aquam vel pisces, Vulcanus ignem vel solem significant :

cocus edit Neptunum, Cererem et
Venerem expertam Vulcanum.
Liberumque pariter obsorbuit.

Id est cocus comedit pisces et panem et holera cocta ad ignem et vinum pariter bibit.

Cammensem (?) *cursorem* Titi[n]nius (184) pro pistore dixit.

Conlativum ventrem magnum et turgidum dixit Plautus (Curc. 231) :

<**cum conlativo ventre atque oculis herbeis**>,

quia in eum omnia edulia congeruntur.

Convexum est ex omni parte declinatum, qualis est natura caeli quod ex omni parte ad terram versus declinatum est.

Confecerunt una fecerunt.

CENSORES. Cf. Varr. L. L. 5, 81 : Censor ad cuius censionem, id est arbitrium, censeretur populus ; Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 519, 29) : Quod hos arbitros instituerunt populi, censores appellarunt ; idem enim valet censere et arbitrari. Cf. infra, s. v. Censio (57, 12 aestimatio ; unde censores).

CONSILUERE. Macrobius (6, 1, 20) qui hunc versum citat ad vocem sepulti (non consiluere) spectat. Derivavit Festus vocem consilium supra (s. v. 36, 15) ab hoc verbo.

CLARITUDINEM. Aliena a Festo (nisi Donatus in scholio Vergiliano Festum secutus est) videtur gl. Abstrusa (CA 97 Claritudo : claritas). Sed e Festo recta via potest provenire gl. Philox. CL 28 Claritudo : claritas, λαμπρότης (si recte gl. ita scribitur). Cf. infra, s. v. Sublimavit (400, 25).

CASUS. Hincine Gloss. Philox. CA 169 Casus : συντυχία, πτῶσις, συμφορά ?

COCUM. Catachresis vel abusionis exemplum. In Gloss. (Vat. lat. 1469, anno 908 script.) Naeviani versus (anap. septen. et troch. monom. cum cretic. dim.) satis agnosci possunt.

CAMMENSEM. An commensem (ut Conlativum, Convexum, Confecerunt), i. e. ad omnes mensas (vel commensalem) ? An carensem ? Cf. ps.– Plac. Carensis : pistoribus ; a caria quam Oscorum lingua panem esse dicimus. Et quare cursorem ? Mihi videor videre Titinium similiter iocantem atque iocatus est Plautus in Captivorum versibus 160-164.

CONLATIVUM. Plautus credo spectavit ad conlativum sacrificium, scil. (cf. supra, s. v. 33, 23) quod ex conlatione offertur. herb.] vel herbidis ; nam ps. –Plac. ex adnotatione huic versui adscripta haec habet : Conlati<v>us : magnus e conlatione factus, Herbidis ab herbae colore, id est luridis.

CONVEXUM. Hincine Gloss. Philox. CO 730 Convexum : κατωφερές, περιφερές ?

CONFECERUNT. Haec significatio redolet antiquitatem. Inventane est in formulis

Calicatis calce politis.

Crebrisuro apud Ennium (inc. 35) significat vallum crebris *suris*, id est palis, munitum.

" *Cyprio bovi merendam* " Ennius (var. 26) sotadico versu cum dixit significavit id quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur. Idem cum dicit (Sat. 66) :

propter stagna ubi lanigerum genus piscibus pascit,

esse paludem demonstrat in qua nascuntur pisces, similes ranunculis, quos oves consectatae edunt.

Consponsor (–os ?) coniurator (–os ?).

Canturnus nomen loci.

Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.

Coepiam futurum tempus ab eo quod est coepi. Cato (or. inc. 17) " coepiam seditiosa verba loqui " ; invenitur quoque apud maiores et infinitivi modi *coepere*.

Contionem antiqui masculino genere posuere.

Cognitu facilia eadem ratione dicitur qua dictu facilia et perspectu et factu facilia.

Contagionem esse dicendum, non contagium.

Clitellae dicuntur non tantum eae quibus sarcinae conligatae mulis portantur, sed etiam locus Romae propter similitudinem et in via Flaminia loca quaedam devexa subinde et adcliva. Est etiam tormenti genus eodem nomine appellatum.

Cloacale flumen dixit Cato pro cloacarum omnium conluvie.

Compluriens a compluribus significat saepe. Cato (or. inc. 18) : Contumelias mihi dixisti compluriens.

Citeria appellabatur effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia quae in pompa vehi solita sit. Cato in M. Cae[ci]lium (6): Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum ire (iri ?) ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum ?

Curionem agnum Plautus pro macro dixit, quasi cura macruisset (Aul. 562-3) : <volo ego ex te scire qui sit agnus curio. Quia ossa ac pellis totust, ita cura macet.>.

---

sacris ? Si huc redit (sed quis illud praestat ?) gl. Cyrill. (Philox.) Confector : συνεργός. Festus potest scripsisse : Confectores, qui confecerunt, id est una fecerunt.

CALICATIS. ante Confecerunt Paul Cf. supra, s. v. Calicata Aedificia (41, 8 calce polita). Vera igitur vox videtur esse calicàtis aedificiis.

CONSPONSOR. Cf. supra, s. v. Consposos (36, 18 antiqui dicebant fide mutua conligatos).

PONDO. Cf. Hartlieb, De nonnullis vocibus indeclinabilibus (Breslau, 1921).

COEPIAM. COEPERE. Cf. Nonius 89, 14 (coepiam, coepio, coepiat). Inf. praes. invenit Ps.-Plac. in scriptore antiquo (Coepere : incipere).

CONTIONEM. Cf. infra, s. v. Contio (58,5). Catoni ascribit (ut lemma praecedens) Mueller.

CONTAGIONEM Vide Thes. Lat. Cf. infra, s. v. Obsidium (210, 5) ; s. v. Obsidionem 218,2 potius dicendum esse quam obsidium).

CLITELLAE. Quid sibi vult Gloss. Philox. CL41 Clitellae : ἄντυγες ?

COMPLURIENS. Alia exempla in Non. 87, 13, partim ex Gell. 5, 21, 15-17 sumpta.

CITERIA. Cf. infra, s. v. Manduci (115,20) ; s.v. Petreia (278, 34 vocabatur quae pompam praecedens in coloniis aut municipiis imitabatur anum ebriam, etc.).

CURIONEM. Cf. Prescott (Class. Phil. 2, 335).

Coniector interpres somniorum. <Plautus (Curc. 249) :

Quin coniectores a me consilium petunt.>.

Comperce pro conpesce dixerunt antiqui, <Plautus (Bacch. 463) :

cave malo et comperce in illum dicere iniuste.>

Comparsit Terentius pro conpescuit posuit (Phorm. 44) :

<quod ille unciatim vix de demenso suo
suom defrudans genium comparsit miser.>

Creduas credas. Plautus (Bacch. 476) :
Ipsus nec amat nec tu creduas.
[Ipsus pro ipse.]

Corius ab antiquis masculino genere dicebatur. Plautus (inc. fr. 18) : Iam tibi tuis meritis crassus corius redditus est. Pari modo diverso genere dicebant haec *lupus*, haec *metus*, haec *amnis*, hic *frons*. *Cullus* quoque masculine dixerunt ; est enim genus tormenti e corio.

Crumina sacculi genus. Plautus (inc. fr. 19) : Di bene vertant, tene cruminam, inerunt triginta minae.

Corinthienses ex eo dici coeperunt ex quo coloni Corinthum sunt deducti, qui ante Corinthii sunt dicti. Quam consuetudinem servamus etiam, cum Romanenses et Hispanenses et Sicilienses negotiatores dicimus qui in alienis civitatibus negotiantur.

Cavitionem dicebant quam modo dicimus cautionem.

Consuetionem Plautus pro consuetudine dixit (Amph. 490) :

<et clandestina ut celetur consuetio.>

Corculum a corde dicebant antiqui sollertem et acutum. Plautus in Casina (837) : Ego sum liber, meum corculum, mel [fi]-

---

CONIECTOR. Ea addidi quia Plautina series lemmatum est ; neque Amph. 1128 (Tiresiam coniectorem), Poen. 444 (Oedipo coniectore) laudavi quia in Curc. nominatim de somnio dicitur (246-247) :

potin coniecturam facere, si narrem tibi
hac nocte quod ego somniavi dormiens ?

Hinc Gloss. Philox. CO 396 Coniector : ὀνειροκρίτης.

COMPERCE. In hoc versu glossam compesce substituerunt codices, sed non in Poen. 350.

CREDUAS. Cf. supra, s. v. Addues (25, 12).

CORIUS. Alia exempla profert Nonius (199, 13).

LUPUS. Cf. supra, ad Agnus (6, 8).

METUS. Cf. infra (110, 16), s. v., cum exemplo Enniano ; s. v. Masculino Genere (136,16) ; s. v. Specus (462, 17). ; s. v. Recto Fronte (364,5) Alia exempla profert Nonius (214,7).

AMNIS. Cf. infra, s. v. Spicum (446, 11) ; s. v. Petronia Amnis (296, 26). Exempla congessit Nonius (191, 34).

FRONS. Cf. infra (80, 12) s. v. Frontem ; s. v. Malo Cruce ; s. v. Recto Fronte ; s. v. Specus (462, 18). Exempla congessit Nonius (204, 28).

CULLUS. i. e. corius deminutive.

CORINTHIENSES. Spectatne ad Plaut. Aul. 559 ?

Corinthiensem fontem Pirenam.

CAVITIONEM. Scripsit igitur Plautus cavitio est (non cautio est) in fine versuum iambicorum Bacch. 597, Poen. 445, Pseud. 170. Et vide ne hanc doctrinam ex glossa ad Amph. 67 (favitores) sumpserit Verrius.

CONSUETIONEM. Hinc Gloss. Abol. (CO 10) Consuetio : consuetudo. Hinc colligere licet, vix tamen oportet, lemma in Festo Consuetio fuisse, non Consuetionem.

CORCULUM. Cf. Cic. Tusc. 1, 18 : Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo.. et Nasica

culum, verculum. *Casinam* fabulam Plautus inscripsit ab ancillae nomine Casina quam amari a sene in ptro pluxit.

Conivola occulta.

Coplatim adverbialiter pro cogitate.

Clientam pro cliente Plautus dixit (Mil 789).

Comoedice figuratum a comoedo. Plautus (Mil. 213) : Euge eus cheme adstetisti et dul<i>ce et comoedice.

'apulum et manubrium gladii vocatur (-amus ?) et id quo mortui efferuntur, utrumque a capiendo dictum. Sane a capulo fit *capularis*. <Plautus (Mil. 627-628) :

itan tibi ego videor oppido Accheruntícus, tam capularis ?>.

'elassis celaveris.

'ustoditio est opera ad custodiendum quid sumpta.

'itior comparativum a cito. Plautus (inc. fr. 21) : Nullam ego rem citiorem apud homines esse quam famam reor.

Clunes masculine. Plautus (fr. 5) : Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos fero.

(Charisius) clunes feminino genere dixit Melissus... sed Verrius Flaccus masculino genere dici probat, quoniam NIS syllaba terminata anima carentia nominativo singulari masculina sunt, u panis cinis crinis et similia, etc.

Coquitare pro coctitare, id est frequenter coquere, Plautus (dub. 1) posuit.

Canitudinem pro canitie. Plautus (inc. fr. 22) : Stultus est adversum aetatem et capitis canitudinem.

Conruspari conquirere. Plautus (inc. fr. 23) : Conruspare tua consilia in pectore.

Caecultant caecis proximi sunt oculorum acie obtusa. Plautus (inc. fr. 24) : Numnam mihi oculi caecultant ? estne hic noster Hermio ?

Cudere a caedendc dictum

---

le prudens bis consul Corculum ; Plin. N. H. 7. 118 : Sapientia, ob id Cati, Corculi apud Romanos cognominati.

CASINAM. Coniunge cum Amasso (26,3), si libet, et revoca ad Cas. 1001 :

si umquam posthac aut amasso Casinam aut occepso modo.

CONIVOLA. Vide supra, ad Conivoli (36, 30).

CLIENTAM. Exemplum e Mil. Glor. (nam alibi quoque est) elegi quia sequitur lemma ex idem fabula :

habeo eccillam meam clientam, meretricem adulescentulam.

CAPULUS. –lum **Paul.** (cf. ad 7, 17). Hinc Gloss. Abol. CA 8-9 Capulum : manubrium adii. Capulum : ubi mortui efferuntur. Noli exemplum Plautinum (Asin. 892 capuli decus) circo postulare quia Nonius (4, 17) et hoc et illud (ex Mil. Glor.) proferat. Nam Nonius ia lectione fretus haec congessit, non ex Verrio nec Festo mutuatus. Festus autem hoc co vocabula ex Mil. Glor. sumpta exhibet.

CELASSIS. Plaut. Stich. 149 :

neque ego te celabo neque tu me celassis quod scias.

CUSTODITIO. Vocem esse Plautinam posse concedo ; revera vocem esse Plautinam inime affirmo. Festus enim a Custodela (44, 19) incepisse potest.

CLUNES. Charis. 101, 4K. = Plin. dub. serm. 63, 9 B. ||Plautus Agroico.. cl. desertos g. detertos ?) gero **Nonius** (196, 35), incertum unde mutuatus.

CANITUDINEM. Ex Varrone (Men. 5) profert Nonius (82, 17).

CONRUSPARI. Cf. infra, s. v. Ruspari (322, 11 est quaerere crebro).

CAECULTANT. Cf. supra, s. v. Caecultare (39, 11 est caecos imitari).

CUDERE. Vide infra ad Excudere (69, 20 procudere et incudis ipsa a caedendo dicta nt). Idem docuit scholiasta (Donatus ?) Vergilii, unde Gloss. Abstr. CU 34 Cudere : excludere, percutere, caedendo proferre, vel aliquid facere. KA 9 Cudere : caedendo proferre).

Concipilavisti dictum a Naevio (com. 132) pro corripuisti et involasti. <..« **concipilet** », **corripiat.** >

Clava teli genus qua Hercules utebatur. *Calones* militum servi dicti quia ligneas clavas gerebant, quae Graeci κᾶλα vocant. Is quoque qui huiusmodi telo utitur *clavator* appellatur. *Consiptum* <*clavis*> apud Ennium pro consaeptum invenitur.

Curionia sacra quae in curiis fiebant.

Corpulentis Ennius (inc. 34) pro magnis dixit ; nos corpulentum dicimus corporis obesi hominem.

Conciliatrix dicitur quae viris conciliat uxores et uxoribus viros.

Conventae condicio dicebatur cum primus sermo de nuptiis et earum condicione habebatur.

Conceptivae feria[*li*]*e* festa dicebantur quae incertis diebus observabantur quotannis, ut Sementivae, Compitaliciae.

Caelibari hasta caput nubentis comebatur, quae in corpore gladiatoris stetisset abiecti occisique, ut quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit ; vel quia matronae *Iunonis Curitis* in tutela sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae lingua Sabinorum *curis* dicitur ; vel quod fortes viros genituras ominetur ; vel quod nuptiali iure imperio viri subicitur nubens, quia *hasta* summa armorum et imperii est. Quam ob causam viri fortes ea donantur et captivi sub eadem veneunt, quos Graeci δορυαλώτους et δορυκτήτους vocant.

Cingillo nova nupta praecingebatur, quod vir in lecto solvebat, factum ex lana ovis,

---

CONCIPILAVISTI. Addidi ex Gloss. Ansil. (= Abol.) CO 676. Potest igitur Plautus usurpavisse formam concipilet. Alienae a Festo, ni fallor, sunt glossae Abol. (CO 100 Concipilabo : concidam minutatim. CO 96 Concipilassent *vel* Capulassent : minutatim concidissent), quarum primam ad Plaut. Truc. 621 (offatim concipilabo) revocat Goetz.

CALONES etc. Hincine Gloss. Abol. CA 21 Calones : galearii militum ? Vide supra ad Cacula (39, 29).

CLAVATOR. Vox Plautina (Rud. 804).

CONSIPTUM. Fem. nom. sing. est in anapaestico versu Ennii apud Nonium (183,14), s. v. Venor circumvenior :

teneor consaepta, undique venor.

Sed alium versum lemma nostrum postulat quocum consentit glossa quae infra est (56, 13) Consiptum Clavis (unde illud clavis supplevi). Hincine Isid. Etym. 18, 7, 7 : Clava, qualis fuit Herculis, dicta quod sit clavis ferreis invicem religata, et est cubito semis facta in longitudine ?

CURIONIA. Alieno loco ? Cf. supra, s. v. Curionium Aes (42, 30).

CONCILIATRIX. Hincine Gloss. Philox CO 232 Conciliatrix : προξενήτρια ?

CONVENTAE. Cf. Serv. Aen. 10, 722 : Pactae coniugis hic ordo est : conciliata primo, dein conventa, dein pacta, dein sponsa.

CONCEPTIVAE. Cf. infra, s. v. Feriae Statae (82, 2 appellabantur quod certo statutoque die observarentur). Cf. Varr. (L. L. 6, 26) : Sunt praeterea feriae conceptivae quae non sunt annales, ut hae quae dicuntur sine proprio vocabulo aut cum perspicuo, ut Novendialis sunt. Patet Verrium conceptivas quasdam ferias memorasse quae ad matrimonium pertinerent, cum haec lemmata res matrimoniales tractent.

CAELIBARI HASTA. Cf. Arnob. Nat. 2, 67 : Nubentium crinem caelibari hasta mulcetis ?

CURITIS, CURIS, Cf. supra, s. vv. (43, 1-6).

HASTA. Cf. infra, s. v. Hastae (90, 21 Romani fortes viros saepe hasta donarunt).

CINGILLO. Hincine Gloss. Philox (CI 31) Cingillus (-um) : στρόφιον, ζωνίον ?

ut, sicut illa in glomos sublata coniuncta inter se sit, sic vir suus secum cinctus vinctusque esset. Hunc *Herculaneo nodo* vinctum vir solvit ominis gratia, ut sic ipse felix sit in suscipiendis liberis ut fuit *Hercules*, qui septuaginta liberos reliquit.

Camelis (*Ga*...) virginibus (...nes ?) supplicare nupturae solitae erant.

Cinxiae Iunonis nomen sanctum habebatur in nuptiis quod initio coniugii solutio erat cinguli quo nova nupta erat cincta.

Cumerum vocabant antiqui vas quoddam quod opertum in nuptiis ferebant in quo erant nubentis utensilia ; quod et (quod qui fert ?) *camillum* dicebant eo quod sacrorum ministrum κάσμιλον appellabant.

Comptus, id est ornatus, a Graeco descendit, apud quos κοσμεῖν dicitur comere et κόσμιος qui apud nos *comis* et *comae* dicuntur capilli cum aliqua cura compositi. [Corolla deminutivum est a corona.] *Corollam nova nupta* de floribus verbenis herbisque a se lectis sub amiculo ferebat.

Curiales flamines curiarum sacerdotes.

Cupressi mortuorum domibus ponebantur ideo quia huius generis arbor excisa non renascitur, sicut ex mortuo nihil iam est sperandum ; quam et ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur. *Cyparissiae* appellantur acies quaedam igneae quae noctu apparere solent ad similitudinem cupressi.

Cominquere deputare.

Carnificis loco habebatur is qui se vulnerasset ut moreretur.

Capita deorum appellabantur fasciculi facti ex verbenis.

---

vir in lec.] Cf. Varr. Men. 187 : Novos maritus tacitulus taxim uxoris solvebat cingillum. Hercul. no...]. Cf. Dragendorff (Rhein. Mus. 51, 289). Cf. infra, s. v. Cinxiae Iunonis (55, 21).

GAMELIIS. cf. Plut. Quaest. Rom. 2.

CINXIAE. Cinctiae **Mart. Cap.** (2, 149 Iterducam et Domiducam, Unxiam, Cinctiam mortales puellae debent in nuptias convocare ut .. et cingulum ponentes in thalamis non relinquas). cinguli] Cf. supra, s. v. Cingillo (55, 13). Cinx. Iun.] Cf. infra, s. v. Fluoniam Iunonem (82, 4) ; Opigenam Iunonem (220, 20).

CUMERUM. –ram **codd**. Cf. supra, s. v. (43, 25).

CAMILLUM. Cf. supra, s. v. Camillus (38,8 proprie appellatur puer ingenuus) ; infra, s. v. Flaminius Camillus (82, 16). Varro nominatim dicit camillum esse non vas sed eum qui fert vas (L. L. 7, 34). Itaque dicitur nuptiis camillus qui cumerum fert.

COMPTUS. Vide supra ad 35, 20 (Comptum Afranius pro ornatu et excultu posuit).

COMIS. Male intellexit vel Philoxenus vel scriba (CO 174) Comis : κόσμιος.

COMAE. Hincine Isid. Etym. 10, 56 : Comptus a coma dictus quod sit capillis formosus vel quia comam nutrit ?

CURIALES FLAMINES. post Cupressi **Paul**. Cf. infra, s. v. Palatualis Flamen (284,3) ; Flammeo Vestimento Flaminica (82, 6) ; Maximae Dignationis Flamen (114, 10). Et cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 45). Cf. Bickel (Rhein. Mus. 71, 548).

CUPRESSI. Hinc Serv. auct. Aen. 4, 507 (quae excisa renasci non solet). Sed ex scholio Vergiliano (per Gloss. Abstr.) Gloss. Ansil. CI 223 (quod in modum hominis exsecta non pullulat). Cf. Serv. Aen. 3, 64 (quia caesa numquam revirescit) ; Serv. auct. Aen. 3, 680 (quia succisae non renascuntur) ; Serv. Aen. 6, 216 (quod caesa non repullulat).

CYPARISSIAE. Cf. supra, s. v. (45,1 ignes prodigiosi a similitudine cypressorum). Et vide infra ad Fulguritum (82,8)

COMINQUERE. con- **Paul** (sed cf. 57, 11 Comauditum). Cf. infra, s. v. Coinquere (57,23 coercere). Frequens est hoc verbum in Act. Arval. formulis 'luci coinquendi', 'luco coinquiendo' etc.

Consiptum clavis praefixum.

Corniscarum divarum locus erat trans Tiberim cornicibus dicatus, quod <in> Iunonis tutela esse putabantur.

Caelestia auguria vocant cum fulminat <aut> tonat.

Caduca auspicia dicunt cum aliquid in templo excidit veluti virga e manu.

Clivia auspicia dicebant quae aliquid fieri prohibebant. Omnia enim difficilia *clivia* (–va ?) vocabant unde et *clivi* loca ardua.

Curiales mensae in quibus immolabatur Iunoni quae *Curis* appellata est.

Contrarium aes grave aes.

Centumviralia iudicia quae centumviri iudicabant.

Circumluvium ius praediorum.

Cumbam Sabini vocant eam quam militares lecticam. ; unde videtur derivatum esse *cubiculum*.

Condicere est dicendo denuntiare.

Commoetacula virgae quas flamines portant pergentes ad sacrificium, ut a se homines amoveant.

Casta mola genus sacrificii quod Vestales virgines faciebant.

Culigna vas vinarium a Graeco dicta, quam illi dicunt κύλικα.

CONSIPTUM. Alieno loco ? Cf. supra, s. v. (54, 22).

CAPITA DEORUM. Cf. infra, s. v. Struppi (472, 15 vocantur in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti qui pro deorum capitibus ponuntur).

CORNISCARUM. Cf. C. I. L. I² 975 (= VI 96. 30691) DEVAS CORNISCAS SACRUM (gen. sing., ut videtur). ||loc.] lucus **docti.**

CAELESTIA AUGURIA. Cf. Thulin (Arch. lat. Lex. 14, 373). Coniunge haec et sequentia cum Pedestria Auspicia sqq. (287, 1-10) ; Respicere Avem (366, 17) ; Minora et Maiora Auspicia (148, 6).

CLIVIA diff. cliv.] cliva **ps.-Plac.** (Cliva : aspera, difficilia). Cf. Nonius 194, 29. Sed Gloss. Nom. (ex Philox.) Clive : difficile ; Plin. N. H. 10, 37 ; Cliviam avem... dicit Labeo (19) prohibitoriam.

CURIALES scil. cŭr-. Coniunge cum Mensae (148, 11)..

CURIS. Cf. supra, s. v. Curis et Curitis (43, 1-6)

CONTRARIUM. i. e. ἀντίρροπον. grav.] Cf. infra, s. v. (87, 8) ; s. v. Pendere Poenas (229, 5 solvere significat, ab eo quod aere gravi cum uterentur Romani penso eo, non numerato debitum solvebant). Vide ne Paulus male intellexerit Festum dicentem hanc vocem " contrarium aes " ad prisca tempora redire cum aes grave in usu esset.

CENTUMVIRALIA. Plenius supra s. v. (47,13).

CIRCUMLUVIUM. Isid. Etym. 14, 8, 42 (Circumluvium locus quem aqua circumluit ; adluvium consumptio riparum ex aquis) ex eodem schol. Verg. hausit atque Gloss. Abstr. (AL 37 ; AD 113).

CUMBAM. Vide supra, s. v. (44, 20).

CONDICERE. Cf. infra, s. v. Condictio (58, 3 in diem certum eius rei quae agitur denuntiatio) ; supra, s. v. Condictum (34, 21). Hincine Gloss. Philox. CO 310 Condico : συντάσσομαι μετά παραγγελίας, CO 312 Condictio : συνταγή?

COMMOETACULA. Cf. supra, s. v. (49, 16).

CULIGNA. Cf. supra, s. v. (44,13 vas potorium). Hincine Gloss. Philox. CU 26 Culigna : σκεῦος οἴνου ? Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 546, 23) : Item erant vasa vinaria sini cymbia culignae paterae guti sextarii simpuvium. Cf. supra, s. v. Cymbium (44,26 poculi genus) ; s. v. Cuturnium (44, 12 vas quo in sacrificiis vinum fundebatur) ; infra, s. v. Simpuium (455, 14 vas parvulum, non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur)

Cincta flaminica veste velata.

Captus locus dicitur ad sacrificandum legitime constitutus.

Cervaria ovis dicitur quae pro cerva immolatur.

Capralia appellatur ager qui vulgo ad Caprae Paludes dici solet.

Canifera mulier appellatur quae fert *canuum* (κανοῦν), id est qualum, quod est cistae genus.

Contignum frustum carnis cum septem costis demptum.

Comauditum ' co-auditum ', sicut coangustatum dicitur.

Censio aestimatio ; unde *censores*.

Corda frumenta quae sero maturescunt, ut fenum cordum. <...uvae cordae..>

Consentia sacra quae ex consensu multorum sunt statuta.

Culina vocatur locus in quo epulae in funere conburuntur.

Calpar vinum novum quod ex dolio demitur sacrificii causa antequam gustetur. Iovi enim prius sua vina libabant, quae appellabant festa *Vinalia*.

Cicatricare cicatricem inducere.

Conpescere lucum est lucum suis finibus cohibere.

Commugento (?) convocanto.

Capitarium aes quod capi potest.

Coinquere coercere.

CAPTUS. ad sacr] ad auspicandum **Mueller.**

CERVARIA. Iterat Paulus (vix Festus) quod supra dixit, s. v. (49, 17 quae pro cerva immolabatur).

CAPRALIA. cupruli **codd.** paludes] apud Caprae paludes Iord. Rom. 94 ; ad Caprae paludem Liv. 1, 16,1.

CANIFERA. i. e. κανηφόρος.. Vide supra, ad κανᾶ (40,5).

COMAUDITUM. Sicut] i. e. sine crasi vocalium.

CENSORES. Cf. supra, s. v. (51, 1 dicti quod rem suam quisque tanti aestimare solitus sit quantum illi censuerint).

CORDA. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) CO 2170 Cordum : serotinum ; ideo uvae quae tarde nascuntur cordae appellantur ? Tractabatne Verrius nomen proprium (cf. Quint. 1, 4, 25) ? Immo hoc loco aliis rebus se occupare videtur. Cf. ps. -Plac. (Cordi agni : qui post tempus nati sunt) ; Varr. R. R. 2, 1, 19 ; Cato R. R. 5, 8.

CONSENTIA. **an** -tiva ? Nam vox Di Consentes non a verbo consentio sed a verbo consum derivata est.

CULINA. Vide Thes. Lat.

CALPAR. Et nomen vini et nomen vasis. Cf. supra, s. v. (40, 27 genus vasis fictilis). Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 546, 28) : Antequam nomen dolii prolatum, cum etiam id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum. Ex Festo Philox. (CA 72 Calpar : θυσίαι ἀπαρχῶν οἴνου. CA 74 Calpar : οἶνος ἐν θυσίᾳ.) et Ansil. (— Abol.) CA 511 Calpar : vinum antiqui ita dicebant. Cf. ps. -Plac. (Calpar : vinum quod primum libatur e dolio).

VINALIA. Cf. infra, s. v. (517, 1 diem festum habebant quo die novum vinum Iovi libabant).

CICATRICARE. Vox medicorum.

COMPESCERE. Cf. supra, s. v. (35, 10).

CAPITARIUM AES. **vix** capt-. Cf. Plaut. Poen. 24 « aes pro capite dent ». || quod pro capite est **docti.**

COINQUERE, scil. lucum. Cf. supra, s. v. Cominquere (56, 10 deputare).

Capitalis lucus ubi, siquid violatum est, caput violatoris expiatur.

Clo[e]are inquinare ; unde et *cloacae* dictae.

Conregione e regione.

? (Gloss.) *Conregionalis* ex una eademque regione.

Condictio in diem certum eius rei quae agitur denuntiatio.

Cubans auspicatur qui in lecto quaerit augurium.

Contio conventus, dicta quasi convocatió.

(Gell.) Contionem tria significare ; locum suggestumque unde verba fierent ; item significare coetum populi adsistentis ; item orationem ipsam quae ad populum diceretur.

Cogitatio dicta velut ' coagitatio ', id est longa eiusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicandi.

Clam a clavibus dictum quod his quae celare volumus claudimus.

Cella quod ea celentur quae esse volumus occulta.

Ciere nominare.

II. Ex Glossariis et Scholiis

(Gloss. Abol. CA 12) *Caesit* : cecīd<er>it.

(Gloss. Abol. CA 66) *Calabrum* : genus versuum malorum quasi colobon vel iocularium.

(Gloss. Abol. CA 54) *Caliendrum* : quo capillus mulieris convenit in ornamentum ad occipitium.

(Gloss. Abol. CA 63 ; 11) *Calvēris* : frustratus fueris. *Calvitur* : moratur.

CAPITALIS. Cf. supra, s. v. Capital (42, 3 facinus quod capitis poena luitur).

CLOARE inq.] immo purgare (cf. supra, s. v. Cloacae. 48, 10) : an inquere (cf. supra, coinquere) ?

CONREGIONE. Supplevi, sed dubitanter, ex. Gloss. Ansil. (= Abol.) CO 1360. Sane Pauli explanatio vix quadrat ad verba auguris in Varr. L. L. 7, 8 : Inter ea conregione conspicione cortumione utique ea erectissime sensi. CONDICTIO. Cf. supra, s. v. Condicere (56, 28 est dicendo denuntiare). Coniunge cum Proditio Diei (300, 34 productio nam quod prodit olim, producit in praesens valet).

CUBANS. Coniunge cum Silentio Surgere (474, 7).

CONTIO. Cf. supra, s. v. (34, 1) ; s. v. Contionem (52, 5 antiqui masculino genere posuere). Gell. 18, 7, 5 : Misit paulo post Favorino librum quem promiserat — Verri opinor Flacci erat— in quo scripta ad hoc genus quaestionis pertinentia haec fuerunt, etc. Cf. supra, s. v. Conventus (36, 21).

COGITATIO. Cum praecedente lemmata coniunxit Verrius sicut Varro L L. 6, 43 : Cogitare a cogendo dictum : mens plura in unum cogit unde eligere possit ; sic e lacte coacto caseus nominatus, sic ex hominibus contio dicta, sic coemptio, sic compitum nominatum ; a cogitatione concilium — inde consilium — quod ut vestimentum, apud fullonem cum cogitur, conciliari dictum. Cf. supra, s. v. Concilium (33, 26) ; s. v. Caseus (41, 20).

CELLA. Hinc fortasse Isid. Etym. 15, 3, 9 : Cella dicta quod nos occultat et celat. Cf. Varr. L. L. 5, 162 : Ubi quid conditum esse volebant, a celando cellam appellarunt.

CIERE. Cf. infra, s. v. Procitant (251, 22).

CALABRUM. Cf. Lindsay (Early Latin Verse, p. 294) ; Thes. Ling. lat. s. v.

CALVITUR. Cf. Gloss. Philox. (CA 64) Calvitur ἐξαπατᾷ, quod Goetz ad Plaut. Cas. 169 (sopor manus calvitur) revocat, quamquam alia huius formae exempla sunt, velut otum illud in XII Tab. (ap. Fest. infra, s. v. Struere) : Si calvitur pedemve struit, manum

(Gloss. Abol. CA 14-15) *Capessas* : incipias, ut Cicero.. Capessere : incipere [vel adimplere.]

(Gloss. Abol. CA 64) *Caracutium* : vehiculum altissimarum rotarum capsique devexi quo solo in Campania per arenas silvae Gallinariae verebantur (vehe- ? fere- ?) antequam lapide sternerentur.

(Gloss. Abol. CA 68) *Ca‹r›tibulum* : mensa quadrata quae in atriis ponitur.

(Gloss. Abol. CE 37-38) *Cernuat* : praecipitat se. *Cernuus* : in cervice praeceps.

(Gloss. Abol. CE 39) *Cetra* : genus scuti Marsici (Mauri ?) vel scutum sine ligno.

---

endo iacito. Nonius plura profert (6, 21 Calvitur dictum est frustratur; tractum a calvis inimicis quod sint omnibus frustratui). Utrum a Festo hauserit Isidorus non liquet (Etym. 5, 26, 8) Calumnia est iurgium alienae litis ; a calvendo, id est decipiendo, dicta ; (Etym 10, 42) Calumniator, falsi criminis accusator ; a calvendo, id est frustrando et decipiendo, dictus. Sane Festus infra, s. u. Procalare (251, 26) illud calumniator ex Graeco καλεῖν derivat. Atqui Festum et Verrium uni etymologiae addictos esse quis affirmat ? Sed ps.-Plac. (Calvitur : frustratur, decipit) potest fuisse fons Isidori. Aliam verbi formam exhibet Gloss. Ansil. (= Abol. ?) CA 524 Calventes : frustra calumniantes (vel -tis -tis). Corrupta quoque glossa est in Ansil. (KA 42) Kalumnia : compilatio (cavillatio ?) kalamitasque ; ideo kalumnia appellata est a kalvendo, id est a tribuendo. Nolo equidem usitatam conexionem inter calumnia et calvi a Verrio prorsus abiudicare (cf. Charis. 58, 15 K. Calumnia prima syllaba correpta effertur ; venit enim a verbo calvor, hoc est frustror). Vide supra, ad 39, 26 (Cavillatio est iocosa calumniatio).

CAPESSAS. Suspicor alterius glossae finem glossam esse Vergilianam (ad Aen. 1, 77).

CARACUTIUM. Hinc Isidorus, qui malam etymologiam ipse addit (Etym. 20, 12, 3 Caracutium vehiculum altissimarum rotarum ; quasi carrum acutum. Capsus carruca undique contecta ; quasi capsa).

CARTIBULUM. Cf. Varr. L. L. 5, 125 : Altera vasaria mensa erat lapidea quadrata oblonga una columella ; vocabatur cartibulum.

CERNUUS. Supra (s. v. 48,8) alia vox, cernuus calceamenti genus, tractata est, quam mire Nonius (20, 29) a versu Lucilii (129) abiudicat :

cernuus extemplo plantas convestit honestas.

Sic enim dicit : Cernuus dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat ; Lucilius Satyrarum lib. III cernuus extemplo, etc. Sed non minus mire Lachmann in alio Lucilii versu (703) a Nonio hic citato calceamenti, non petauristae genus agnoscit :

modo sursum, modo deorsum, tamquam collus cernui.

Sunt qui postulent variam formam pro varia significatione, cernuus, calceamentum, cernuus petaurista. Sed et hic et alibi (300, 28) Nonius citat Vergilium (Aen. 10, 894) sic :

eiectoque incumbit cernuus armo,

et Servius ad loc. duas formas testari videtur : Cernuus equus dicitur qui cadit in faciem, quasi in eam partem cadens qua cernimus ; unde et pueri quos in ludis videmus ea parte qua cernunt stantes cernuli vocantur, ut etiam Varro in Ludis Theatralibus docet.

Varroni igitur imputanda est etymologia a verbo cernere. Melius etymon approbavit Verrius a cer-vice. Verbum cernuare adhibuit Varro in Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. l. c.) : Etiam pellis bubulas oleo perfusas percurrebant ibique cernuabant. Sed non audeo affirmare hunc locum Varronis a Verrio hic esse laudatum.

CETRA. Hinc, ni fallor, partim Isid. Etym. 18, 12, 5 : Cetra scutum loreum sine ligno quo utuntur Afri et Mauri ; de quo poeta (Verg. Aen. 7, 732) " laevas cetra tegit " Sed

(Gloss. Philox. CI 60) *Cibicida* : σκατοφάγος (σιτο- ?).

? (Gloss. Philox. CI 13) *Cicinnia* : θεὰ κιναίδων.

? (Gloss. Philox. CI 7) *Circum* : ἱέρακα.

? (Gloss. Philox. CL 21) *Clarigatio* : ἁρπαγή, ἐνεχυριασμός. (Gloss. Abba) Clarigatio : clara actio.

? (Gloss. Ansil CL 73) *Clarimum* : clarissimum.

(Gloss. Philox. CL 29) *Claro* : μυρσίνη ἱερά.

(Gloss. Abol. CE 47) *Clepit* : subripit. (Gloss. Philox. CL 35) Clepit : κλέπτει.

(Gloss. Philox. CO 67) *Coleatus* : ὁ ἔνορχος καὶ βιβάζων.

(Gloss. Philox. CO 64) *Collifana* : πρόβατα ἱερά. (Gloss. Ansil. CO 231) Collifana : boves opus facientes.

(Gloss. Abol. CO 112) *Coluber* : ab eo quod colit umbras.

? (Gloss. Philox. CO 72) *Colustra* : πυρίεφθον

? (Gloss. Abol. CO 7) *Commulcat* : conculcat vel conturbat.

---

partim ex Servio ad loc. (qui non illud Mauri sed Hispani habet) : Cetra est scutum loreum quo utuntur Afri et Hispani.

CIBICIDA. Nonius (88,8) laudat Lucilium (718) :

viginti an triginta domi vel centum cibicidas alas.

Cf. Marx ad loc.

CICINNIA. Glossa incertae formae (nam sunt qui Cinc -postulent) et incertae originis (nam utrum Festo an satirico nesciocui adscripta fuerit iure dubitabis).

CIRCUM. Si recte hanc vocem ad Plaut. Poen. 530 revoco, recte hanc glossam Festo attribuo. Nam Varro (L. L. 7, 69) sic Plautinum versum citat :

vinceretis circum cursu vel gralatorem gradu,

quamquam codices Plauti habent non circum sed cervum, et ipse Festus infra (s. v. Grallatores) sic citat :

vinceretis cursu cervas et grallatorem gradu.

Cur enim Plautus non adhibuerit Graecam vocem κίρκος, ' accipitris genus ' non intellego. Sed res incerta, et eo incertior quia pergit gl. Philox., non de circo sed de ciri loqui (unde pro Circum sunt qui Cirim legant) : ἔστι δὲ ὄρνεον μεταβληθείσης τῆς Σκύλλης τῆς Νίσου Μεγαρέως.

CLARIMUM. In gloss. Ansil. siglo De Glossis notata, i. e. aut ex Gloss. Abol. aut Gloss. Abstr. Corrupta forma (Clamnum, Calmum, etc.) apparet in plurimis glossariis.

CLARO. Cf. Hesych. Κλάρων : ἀμπελόφυτον, καὶ ἐπίθετον Ἀπόλλωνος.

CLEPIT. Cf. Gloss. Abba (Clepit : rapit) et alia glossaria. Nonius plurima exempla huius verbi antiqui citat (20,7 Clepere est furari ; tractum a κλοπῇ verbo Graeco, etc.).

COLEATUS. Vox Atellanarum (v. g. Pompon. 40 ; 69).

COLLIFANA. Cf. Schulze (Eigennamen 556).
Noli hanc vocem ad ' colyphia ' revocare ; sed vide ne ' colyphia ' lateat in corrupta gl. Philox. CA 35 Caldutera : ἀπὸ γλουτοῦ κρέας σὺν λίπει. Si latet, glossam aut Juvenalianam (2, 53) aut Festinam agnosce.

COLUBER. Hinc Isid. Etym. 12, 4, 2 : Colubrum ab eo dictum quod colat umbras.

COLUSTRA. An ex Idiomatibus Charisii ? Vocabulum memorant Nonius (84, 7 Colustra lac concretum in mammis, etc.), qui Lucilium et Laberium citat ; Servius (ad Ecl. 2, 23 lac mihi non aestate novum, non frigore defit) : Lac novum, id est colustrum ; quod neutri generis est, nam feminini esse penitus non potest. Ex Servio Isid. Etym. 20, 2, 33 : Colostrum lac novum quod neutri generis est.

COMMULCAT. An est glossa Apuleiana ?

(Gloss. Abol. CO 14) *Comtionalis senex* : ... " · comtionalis senex · emptu's manu missu's et tutor auctor factu's ".

(Gloss. Philox. CO 320) *Conducibilis* : εὔχρηστος.

(Gloss. Abol. CO 11-13) *Confarr<e>ata* : consociata. Confarr e atur : consociatur. Confarr e ati · qui una copula sunt alligati. (Gloss. Philox. CO 360) Confarreatus : συμβιώσεως χάριν ζευχθείς. ? (Gloss. Abol. CO 102) *Confarreatis nuptiis* : multis modis nuptiae fiunt ; usu, si anno verbi gratia cum viro, licet sine legitimis sollemnitatibus, fieret ; coemptione vel in manum conventione, cum in filiae locum, maritus in patris venit, ut siquis prior fuerit defunctus, locum hereditatis iustum alteri faciat ; farre, cum per pontificem maximum et Dialem flaminem per fruges et molam salsam coniunguntur, ex quibus nuptiis patrimi et matrimi nascuntur.

? (Gloss. Abba) *Conierat* : simul cum ceteris iurat. (Gloss. Abav. CO 171) Conierat : coniurat.

? (Gloss. Abol. CO 8) *Conrumant* : contio ubi vo....

? (Gloss. Philox. CO 671) *Conticinium* : ὁ μεταξὺ ἀλεκτρυοφωνίας χρόνος.

? (Gloss. Philox. CO 771) *Cordatus* : νουνεχής, φρόνιμος.

? (Gloss. Philox. CR 27) *Crepundia* : γνωρίσματα · τὰ περιδέραια · ἀρχαί ως · .

? (Gloss. Philox. CU 59) *Cupidi enus* : τρεχέδειπνος.

COMTIONALIS. Cf. Journ. Phil. 34, 281.

CONDUCIBILIS. Vox Plautina (v. g. Epid. 256).

CONFARRATA. Orthographiam –rra– (non -rrea -) confirmant derivativa glossaria. Quibus adde Gloss. AA Confar r-are : sacra communicare (pro qua tamen Gloss. Amplon. II Conferreatio : sacrorum communicatio).

CONFARREATIS NUPTIIS. Sane haec, fere ad verbum, conspirant cum Serv. auct. ad Geo. 1, 31. Si Festina sunt, scholiasta (Donatus ?) Festum exscripsit. Festi lemma, Diffarreatio, servavit Paulus (65, 17).

CONRUMANT. An Conruma contio : ubi vo... ? Tota res incerta. Cf. infra, s. v. Rumitant (332, 6 significat rumigerantur) ; supra, s. v. Adrumavit (9.7 rumorem fecit sive commurmuratus est).

CONTICINIUM. Qui grammaticus se ab hac voce tractanda abstinuit ? Sed haud scio an ad Festum nostra glossa redeat. Cf. Varr. L. L. 7, 79 : Plautus in Asinaria (685) :

videbitur, factum volo, redito conticinno,

putem a conticiscendo conticinnum sive, ut Opillus scribit, ab eo cum conticuerunt homines ; L. L. 6, 7 ; Serv. auct. Aen. 3, 587 : Gallicinium quo galli cantant ; conticinium post cantum gallorum silentium. Cum Varronis priore loco consentit Isid. Etym. 5, 31, 8 (Conticinium est quando omnes silent ; conticescere enim silere est) et Isidorum haurire, ut saepe, ex Festo veri simile est. Philoxenum ad Isidorum conciliat Macrob. 1, 3, 12 (Conticinium cum et galli conticescunt et homines etiam quiescunt). Plura reperies, in adnotatione Goetzii et Schoellii ad Varr. L. L. 6, 7.

CREPUNDIA. Valde incerta. Nam ex Charisio potest venire et γν.et (quod Cyrillus habet) περ. Et illud ἀρχαί potest significare initia (cf. Gloss. Ansil. CR 130 Crepundiis : initiis). Quod si revera ἀρχαίως scriptum erat, tum sine dubio Festina glossa est. Ex scholio Vergiliano provenit gl. Abstr. CE 42 (Crepundia : insignia vel indicia quae expositis infantibus adhibentur) quam mutuatus est Gloss. Abba. Ex Philoxeno gl. Corp. EE etc. Cr. : monile gutturis).

CUPIDICENUS. Fontis deest certum indicium, sed a Festo glossa non abhorret. Eam

D

I. Ex Paulo Diacono.

Duco cum pro puto ponimus ex Graeco deducitur, quod illi dicunt δοκῶ.

Duplionem antiqui dicebant quod nos duplum ; venit autem a Graeco διπλοῦν. <**Dupliones duplices, XII Tab.**>

Duicensus dicebatur cum altero, id est cum filio, census <XII Tab.> *Duis* duas habet significationes, nam et pro δίς ponebatur et pro dederis. *Duidens* hostia bidens. *Duellum* bellum, videlicet quod duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde et *perduellio* qui pertinaciter retinet bellum. <*Duellona* Bellona>.

---

ex Philoxeno mutuata sunt (sicut alias plurimas) Hermeneumata Montepessulana (quare corrige ea quae sunt in Thes. Ling. lat.).

DUPLIONEM. Ex Philoxeno colligo vocem dupliones (nom. plur.) in XII Tab. fuisse. Nam e disiectis et distractis Philox. glossis (DU 69 Duplices : δίπλοι, DU 76 Dupliones : δίπλοι, DU 77 Duplum : δίπλουν, DU 78 Duodecim Tab. : δύο καὶ δέκα) huiusmodi pristina glossa elici videtur, Dupliones, duplices : δίπλοι XII Tab. et Duplum : δίπλουν. Cf. XII Tab. 12, 3, s. v. Vindiciae (518,5) ; 12,4.

DUICENSUS. Supplevi ex Philox. (DU 10) Duicensus XII Tab. : δεύτερον ἀπογεγραμμένος.

DUIS. Philoxenus credo recte rettulit, sed miser ille qui extat codex habet (DI 311) Dis (corr. in Duis) : δός. Unde fortasse colligendum illud dederis non fut. ind. esse sed perf. subiunct. Incertae originis est gl. Ansil., quae, si revera ex Abol., non Abstr. sumpta est, Festina fuisse videtur (DU 86) Duint : dent ; Terentius (Andr. 666) " at tibi di dignum factis exitium duint ".

DUELLUM. Duellona addidi ex Gloss. Philox. DU 39-40 Duellum : πόλεμος ἀρχαίως, Duellona : πολεμική.

PERDUELLIO. Cf. gl. Philox. incertae originis (PE 119) Perduelliones : οἱ κατὰ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων βουλευόμενοι ἢ κατὰ βασιλέων. et Perduellio ἀντάρτης (DE 554 ; DI 293). Duelliones: ἀντάρται, ἀκαθοσίωτοι τύραννοι καὶ τυραννίδες. Duelliones : πόλεμοι, ἁρπαγαί Sed quid latet ? Et quid latet in Gloss. Abol. DU 5 (Duellio : perditis ?) A Festi verbis proxime abest Gloss. Amplon. II Duellio : rebellis ; quia antiqui duellum bellum dicebant eo quod geratur a duabus partibus sibi contrariis. Sed nolo inde colligere Festum hic vocem Duellio immiscuisse, cum videatur gl. Amploniana conflata esse ex gl. Abstr. (DU 707a Duellio : rebellis, Duellum : bellum) et ex vera forma gl. Abol. Ea gl. Abstr. ex Schol. Verg. provenisse videtur. Et cum Verrius saepe cum Varrone stet, Varronis verba adicio (L.L. 7, 49) : Apud Ennium (trag. 385 R.) " quia inde invitis sumpserint perduellibus " ; perduelles dicuntur hostes, ut perfecit, sic perduellum ; et duellum, id postea bellum ; ab eadem causa facta Duellona Bellona. Et Priscianus videtur Festi vestigia premere (II 497,7) : Duellum antiqui dicebant pro bellum ; ex quo perduellio. Noli igitur illud perduellio mutare, neu mirari Verrium prorsus aliter disputavisse supra, s. v. Bellum (30, 3 a beluis dicitur). Isidorum ex Festo hausisse neque affirmo neque nego (Etym. 18, 1, 9) : Bellum antea duellum vocatum eo quod duae sint partes dimicantium, vel quod alterum faciat victorem, alterum victum. Necnon illud animadvertendum est Festum infra (s. v. Hostis) de perduellione iterum dixisse (91,7) : Qui nunc hostis, perduellio. Denique ex Charisii verbis (211, 18 K. Perduellio perquam duellio et plus quam hostis) suspicor Varronem (L. L. 7, 49) sic potius scripsisse : Ut perfecit <plus quam fecit> sic perduellem. Illud perduellum tamen confirmat gl. Ansil. incertae originis et dubiae formae (DE 80 a) Perduellum : repugnantem Vides ex eis glossis Duellum, Duellio, Perduellio nonnullas oriri quaestiones, neque ipse pertinaciter repugnaverim siquis contendat Festum mentionem vocis Duelliones hic addidisse. Cf. infra, s. v. Hostis (91, 8 qui nunc hostis, perduellio).

Duonum (-us) bonum (-us).
Duplabis duplicabis.
Duodeviginti dicendi consuetudinem a Graecis traxisse videmur, qui sic enuntiant δυοῖν δεόντοιν εἴκοσιν et ἑνὸς δέοντος εἴκοσιν.

Dumosa frondosa.

Dubat dubitat. <*Dubanus* dubius.>
Dubenus apud antiquos dicebatur qui nunc dominus.

Dusmo in loco apud Livium (Odys. 27) significat dumosum locum ; antiqui enim interserebant S litteram et dicebant *cosmittere* pro committere et *Casmenae* pro Camenae. *Dumecta* antiqui, quasi 'dumiceta', appellabant quae nos dumeta. *Dumus* a Graeco venit δόμος.
Dracones dicti ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι, quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem ; qua ex causa incubantes eos thesauris custodiae causa finxerunt antiqui. Ideoque Aesculapio attribuuntur quod vigilantissimi generis putantur, quae res medicinae maxime necessaria est.

Dici mos erat Romanis in omnibus sacrificiis precibusque : *Populo Romano Quiritibusque*, quod est Curensibus quae civitas Sabinorum potentissima fuit.
Dalivum (?) supinum ait esse Aurelius, Aelius stultum. Oscorum quoque lingua significat insanum. Santra vero dici putat ipsum quem Graeci δείλαιον, id est propter cuius fatuitatem quis misereri debeat.
Daps apud antiquos dicebatur res divina quae fiebat aut hiberna sementi aut ver-

---

DUONUM. Cf. Gloss. Philox. (nimirum ex Festo) DU 62 Duonus : ἀγαθός.
DUPLABIS. Hincine (per errorem) Gloss. Philox. DU 70 Duplavit : ἐδίπλωσεν ?
DUODEVIGINTI. Cf. infra, s. v. Dextans (64, 23).
DUMOSA. Hinc Gloss. Philox. DU 87 Dumosa : θαμνώδης. Vide ne Festus haec posuerit infra, s. v. Dumecta (59,6) ut puta 'id est dumosa loca, frondosa'. Nam Gloss. Philox. etiam habet (DU 98) Dumosa loca : χερσώδεις τόποι, et (DU 88) Dumeta : λοχμώδης ἢ θαμνώδης τόπος.
DUBENUS. Intercidit, ni fallor, similis (vix eadem) forma cum significatione 'dubius' nam Gloss. Philox. hanc confusionem exhibet (DU 6) Dubinus : δισσός (DU 12) Dubius : δεσπότης. Et eam formam fuisse Dubānus colligo ex superiore Festi loco (Addubanum dubium, 20,4).
DUSMO IN LOCO. An dusmom locom ? Nam ps.-Plac. potest eundem versum citare, dusmum : incultum, dumosum vel squalidum. Et similem varietatem interpretationis in Festo fuisse colligo ex variis Philoxeni glossis supra memoratis (χερσώδης et θαμνώδης). Ad Hom. Odyss. 19, 439 (ἐν λόχμῃ πυκινῇ) refert Morel.
CASMENAE. Cf. infra, s. v. Pesnis (222, 25 ut Casmenas dicebant pro Camenis et cesnas pro cenis), et vide ea quae supra adnotavi, s. v. Camenae (38, 12).
DRACONES. Aescul.] Cf. infra, s. v. In Insula Aesculapio (98,7 eiusdem esse tutelae draconem, quod vigilantissimum sit animal ; quae res ad valitudinem tuendam aegroti maxime apta est).
QUIRITIBUS. Vide supra, s. v. Curis (43,1).
DALIVUM. An dalium ? Cf. gl. corrupt. Philox. (DA 45) Daunum : ἄφρονα, (DA 15) Davus : ἄφρων, ἄπειρος. Quae glossae idcirco non debent revocari ad Terent. Andr. 194 (Davus sum, non Œdipus) quia Terentianae in Philox. glossae nullae sunt nisi quae ex Festo sint haustae. Quis autem credit Verrium de illo loco Terentii disputasse ? Cf. Hesych δαλίς μωρός.
DAPS. Illud divitiae in Gloss. Abav. (=Abstr.) DA 8 (Dapes : escae vel divitiae) est

na ; quod vocabulum ex Graeco deducitur, apud quos id genus epularum δαίς dicitur. Itaque et *dapatice* se acceptos dicebant antiqui, significantes magnifice, et *dapaticum* negotium amplum ac magnificum.

Daedalam a varietate rerum artificiorumque dictam esse apud Lucretium (1,7) terram, apud Ennium (inc. 46) Minervam, apud Vergilium (Aen. 7, 282) Circen, facile est intellegere cum Graeci δαιδάλλειν significent variare.

Damium sacrificium quod fiebat in operto in honore Deae Bonae; dictum a contrarietate quod minime esset δαμόσιον, id est publicum. Dea quoque ipsa *Damia* et sacerdos eius *damiatrix* appellabatur.

Dacrimas (–rum–) pro lacrimas Livius saepe posuit, nimirum quod Graeci appellant δάκρυα. Item *dautia*, quae lautia dicimus; et dantur legatis hospitii gratia.

Danunt dant. *Dasi* dari (–re ?).

Danistae feneratores.

Dagnades (–acn– ?) sunt avium genus quas Aegyptii inter potandum cum coronis devincire soliti sunt, quae vellicando morsicandoque et canturiendo adsidue non patiuntur dormire potantes.

Daunia Apulia appellatur a Dauno Illyricae gentis claro viro qui eam, propter domesticam seditionem excedens patria, occupavit.

Dorsum dictum quod pars ea corporis devexa sit deorsum.

Donum ex Graeco est, quod illi vocant δῶρον.

Donaticae coronae dictae quod [h]is victores in ludis donabantur. Quae postea magnificentiae causa institutae sunt

---

prava lectio pro deliciae, quod habet Gloss. Abba (=Abstr.) Dapes : epulae vel deliciae Gl. Abstr. ex schol. Vergil. hausta est, non ex Festo.

DAPATICE. Nonius testatur dapsile (513, 24) ex Pomponio (161) ,, verrem sume dapsile et dilucide ''. Cum tamen Dapsilis lemma Gloss. Abstr. sit, ex schol. Verg. haustum, non es cur Festinam appellemus gl. Corp. D9 Dapsile : copiose.

DAEDALAM. Hincine gl. Ansil. (=Abol.) DE 567 Daedala : artificiosa, ingeniosa ? An est gl. Abstr. (ex. schol. Aen. 7, 282 ; ubi Serv. Daedala : ingeniosa)? Hincine Gloss. Ansil DE 227 (Daedalus : Graecum est) ?

DAMIUM. Philoxenus male intellexerat (vel legerat) ' in aperto ' (DA 26) Damíum θυσίαι ὑπαίθριοι γινόμεναι. Arte cohaeret cum Festo ps.-Plac. (Damium : sacrificium quo in operto fit, quod Bonae Deae mulieres faciunt).

DACRUMAS. saepe] Livii igitur temporibus adhuc in poesi (epica saltem) increbrescebat haec forma. Etiam Ennii temporibus sepulchrali titulo idonea est habita. De dat. ab narrat ps.-Plac (Dacrumis : lacrumis ; ἀπὸ τοῦ δακρύειν), sed utrum apud Livium a apud Ennium (Var. 17 « nemo me dacrumis decoret »)non liquet. Et est cur credamus Festum de eadem forma dixisse ; nam habet Gloss. Ansil. (=Abol.) DR 13 Dacrumis : lacrmis, ἀπὸ τοῦ δάκρυον.

DANUNT. Hinc Philox. (DI 6 ; DA 44 ; 48) Danunt : διδόασιν. Vide infra, ad Explnunt (70, 3).

DASI. Ex Carm. Saliar. (cf. Varr. L. L. 7, 26) ?

DANISTAE. Hincine Gloss. Abba (= Abol) Danista : fenerator ? Sed eandem gl. hab Abstr. (DA 6). Non igitur audeo Festo potius quam scholiastae Vergiliano attribuere gloss Ansil. (DA 100 ; 89) Danus (δάνος) : fenus, id est lucrum, Graece, Δανεῖσαι : fenerare Graec

DAGNADES. An –ides (cf. Hesych. δακνίς : ὀρνέου εἶδος) ? Unde Verrius ha sumpsit ?

DAUNIA. Vide ne huc sint revocanda ea quae posui, s. v. Apulia, in parte ii A- capitu Dauno] cf. Plin. N. H. 3, 103 : Hinc Apulia Dauniorum cognomine a duce Diomedis socer

super modum aptarum capitibus, quali amplitudine fiunt cum Lares ornantur.

Dotem manifestum est ex Graeco esse, nam διδόναι dicitur apud eos dare.

Doliola locus in Urbe sic vocatus quia invadentibus Gallis Senonibus Urbem sacra in eodem loco doliolis reposita fuerunt. Qua de causa in eodem loco ne despuere alicui licebat.

Doli vocabulum nunc tantum in malis utimur, apud antiquos autem etiam in bonis rebus utebatur. Unde adhuc dicimus *sine dolo malo*, nimirum quia solebat dici et bonus.

Dirus dei ira natus.

Derogare proprie est cum quid ex lege vetere quominus fiat sancitur lege nova. Derogare ergo detrahere est.

Dierectum dicebant per antiphrasin volentes significare malum diem. *Dirigere* apud Plautum invenitur pro discidere.

DeruncIunt (?) depurgant.

Dirutum aere militem dicebant antiqui cui stipendium ignominiae causa non erat datum, quod aes diruebatur in fiscum, non in militis sacculum.

Delicata dicebant dis consecrata, quae nunc dedicata ; unde adhuc manet delicatus

---

DOTEM. Cf. Varr. L. L. 5, 175 : Dos, si nuptiarum causa data ; haec Graece δωτίνη ; ita enim hoc Siculi ; ab eodem donum ; nam Graece Hesiodion (Op. et D. 356) δώς, et ut alii δόμα, et ut Attici δόσιν.

DOLIOLA. Cf. ps- Plac. Doliola : locus depressus prope Cloacam Maximam ubi appropinquantibus Gallis sacra quaedam Romani loco occulto defoderunt. Paulo aliter Varr. L. L. 5, 157 : Locus qui vocatur Doliola ad Cluacam Maximam, ubi non licet despuere, a doliolis sub terra. Eorum duae traditae historiae, etc.

DOLI. Vocabulum ... utimur .. utebatur. Potuit Paulus ita scribere, non Festus. || apud ant.| cf. Donat. Eun. 515 (dolo malo) : Quod autem addidit ' malo ' aut ἀρχαϊσμός est, quia sic in XII tab. a veteribus scriptum est, aut etc.

DIRUS. Hincine Gloss. Philox. (DI 141) Dirus : θεοχόλωτος δεινός (cf. DI 132 Dirae : κατάραι, ὀργαί, θεοχολωσίαι) ? Vulgata etymologia est (e. g. Serv. auct. Aen. 4, 453 Dira enim deorum ira est, quae duplici modo colligitur, aut ex signis, etc.).

DEROGARE. Cf. infra, s. vv. Exrogare (72,2 ex lege vetere aliquid eximere per novam legem) : Obrogare (203,3 legis prioris infirmandae causa legem aliam ferre). Et vide supra, s. v. Abrogare (11, 24 infirmare).

DIERECTUM. Scil. in locutionibus ' apage in dierectum ', etc.

DIRIGERE. Coniunxi cum praecedente lemmate, quasi aliam interpretationem obtulisset Verrius, ut puta ' alii tamen volunt dici directum, nam Plautus ' etc. De Plauto suspicor Verrio pravam lectionem (dirigit pro diligit) in Curc. 424 praesto fuisse, ubi nostri codices dissicit exhibent sed Nonius testatur diligit. Nonio enim fides danda (290, 6) : Diligit dividit. Plautus in Curculione :

clipeatus elephantum ubi machaera diligit,

qui etiam versum Titinii citat (84 pernam totam diligit).

DERUNCIUNT. Apud Plautum est deruncinare :

(Capt. 641) tum igitur ego deruncinatus, deartuatus sum miser.

(Mil. 1142) ut lepide deruncinavit militem !

Et eruncare, vox rei rusticae, est (cum aberuncare) in Gloss. Abstr. (ER 19 Eruncare radicitus eruere), unde in plurima glossaria emanavit.

DIRUTUM AERE. Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 532, 5) : Stipendium appellabatur quod aes militi semenstre aut annuum dabatur ; cui datum non esset propter ignominiam, aere dirutus.

DELICATA. Cf. infra, s. v. Delicare (64, 11 ponebant pro dedicare). Cf. ps.-Plac. Deli-

quasi lusui dicatus. *Dedicare* autem proprie est dicendo deferre.

Depuvere (–ire ?) caedere. Lucilius (1245) « palmisque misellam depuviit me », id est verberavit me ; quod ipsum ex Graeco est ἀπὸ τοῦ παίειν.

Dedita <opera> intellegitur valde data.

Deperire significat valde perire.

Δέρρεις Graeci appellant pelles nauticas, quas nos vocamus *segestria*.

Demum, quod significat post, apud Livium (dub. 44) *demus* legitur. Alii demum pro dumtaxat posuerunt.

Denicales feriae (–nec– ?) colebantur cum hominis mortui causa familia purgabatur ; Graeci enim νέκυν mortuum dicunt.

Deminutus capite appellatur qui civitate mutatus est ; et ex alia familia in aliam adoptatus ; et qui liber alteri mancipio datus est ; et qui in hostium potestatem venit ; et cui aqua ignique interdictum est.

Dividicula antiqui dicebant quae nunc sunt *castella*, ex quibus a rivo communi aquam quisque in suum fundum ducit.

Defrui dicebant antiqui et *deamare*, *deperire*, significantes omnem fructum percipere.

Dividiam (–dia ? –da ?) discordiam (–ia ?)

---

care : deferre ; quod et dedicare dicebant propter commercium litterarum <D et L>. Videor videre in ps. –Plac et in Festo doctrinam ex quaestione in duo vocabula antiqua ortam, (i) delicatus (v. g. Plaut. Mil. 984) (ii) delica ' explana ' (cf. Non. 98 ; 277).

DEPUVIRE. Cf. infra, s. v. Obpuviat (207, 13 verberet). Versum Naevianum (com. 134) quem ex Osberni glossario sumpsit Mai (Auct. Class. 8, 175) ficticium esse credo et ex hac Pauli glossa confictum.

DEDITA Supplevi ex gl. Abol., ut vid., in Gloss. Abba, Gloss. Corp. (D 35) etc. servata (Dedita opera : valde data). Sed dubitanter, cum sit etiam gl. Abstr., non multum dissimilis (DE 94 Dedita opera : mala data), unde confusio potuit oriri.

DEPERIRE. Gl. ps. –Plac. (Deperis : perdite amas) aliena est. Cf. potius infra, s. v. Devitare (62, 17 valde vitare), Despretus (63, 27 valde spretus,) etc.

SEGESTRUM. Hinc gl. Cyrill. (= Philox.) Segestrum : διφθέρα πλοίου. In Gloss. Philox., quale extat, corrupta gl. est (SE 50 Segestrum : στέγαστρον τεραδερμον) in qua docti illud δέρρεις dispexerunt. Cum lemma Depuvire Lucilianum sit, in prono est ut credamus Verrium adiecisse <Lucilius (515) :

paenula, si quaeris, cantherius servus segestre
utilior mihi quam sapiens>

et, quoniam de Graecis etymis hic tractatur, < Graeci στέγαστρα vocant>.

DEMUM. Alii etc.] a Festo addita ? Si hic quoque Graecum etymon memoratum est, id servavit gl. Cyrill. (= Philox.) Demum : δῆτα. Hucine pertinet Gloss. Philox. DE 297 Demus : ποτέ, πότερον ?

DENICALES. Cf. infra, s. v. Privatae Feriae (282, 15 velut. . denecales). Et vide infra ad Feriae Statae (82,2).

DEMINUTUS CAPITE. Hincine an aliunde gl. Philox. CA 115 Capitis deminutio : κεφαλῆς ἐλάττωσις ?

DEFRUI. Vide ne de vocabulo quod est defrutum disputaverit Verrius.

DEAMARE. Cf. Serv. auct. Aen. 8, 428 (deicit) : De– pro valde accipiunt. sicut dicimus deamo pro valde amo.

DEPERIRE. Cf. supra, s. v. Dedita Opera (61, 17 Deperire valde perire).

DIVIDIAM. Cf. Gloss. Philox. DI 305 Divid<i>a : διχόνοια. Animadvertendum est

Deversus dicebant deorsum versus.

Deinceps qui deinde coepit, ut *princeps* qui primum coepit.

Deus dictus quod ei nihil desit ; vel quia omnia commoda hominibus dat ; sive a Graeco δέος quod significat metum, eo quod hominibus metus sit. Sed magis constat id vocabulum ex Graeco esse dictum, aspiratione dempta qui mos antiquis nostris frequens erat.

Dium antiqui ex Graeco appellabant, ut a deo ortum et diurnum sub caelo lumen, ἀπὸ τοῦ Διός. Unde adhuc *sub diu* fieri dicimus quod non sit sub tecto, et *interdiu* cui contrarium est noctu.

Devitare valde vitare. *Demagis* pro nimis dicebant antiqui.

Denariae caerimoniae dicebantur et *tricenariae* quibus sacra adituris decem continuis diebus vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat.

Decrepitus est desperatus *crepera* iam vita, ut *crepusculum* extremum diei tempus. Sive decrepitus dictus quia propter senectutem nec movere se nec ullum facere potest crepitum.

(Gloss.) Decrepiti qui iam dubii vitae mortisque sunt ; unde res dubiae creperae vocantur ; unde et <de>crepiti quorum funera crepitu et clangore familiae iam conclamantur.

---

etiam codices Nonii –da (non –dia) exhibere (101, 19) : Dividae, ut dissensiones. Accius Phoenissis (587) :

ne horum dividae et discordiae
dissipent [et] disturbent tantas et tam opimas civium Di[vi]tias.

Cf. Varr. L. L. 7, 60 : In Mercatore (619) « non tibi istuc magis dividiaest quam mihi hodie fuit », dividia a dividendo dicta quod divisio distractio est doloris. Vide ne duo sint vocabula, divida, i. e. discordia, et dividia, i. e. dolor.

DEVERSUS. vix devexus. Vix huc pertinet Gloss. Abol. (DE 14) Deorsum : de susum posum.

DEINCEPS. coep. –vel cep– codd. An quem d. cepit ut pr. quem p. cepit ? Cf. infra, s. v. Deincipem (65, 27 proxime quemque captum, ut principem primum captum). Cf. infra, s. v. 'Inceps ' (95, 10 deinceps).

DEUS. Tetigit, ni fallor, Verrius quaestionem illam utrum deus et divus diversam significationem haberent. Lege igitur cum hoc et sequente lemmate scholium Servii ad Aen. 3, 139 (diva deam). Et vide Thes. Lat., s. v. Deus.

DIUM. Cf. infra, s. v. Dies (65, 10) ; s. v. Dium (65, 20).

DEVITARE. Cf. supra, s. v. Dedita Opera (61, 17).

DEMAGIS. ni.] minus codd. Expectes Dem. valde magis (ut Non. 98, 16). Sed illud nimis confirmat Gloss. Philox. DE 271 Demagis : σφοδρῶς (unde, sed ex prava lectione — ρος, Gloss. Amplon. II. Demagis : vehemens).

DENICARIAE CAERIMONIAE. carend.] Vide supra ad Caerimoniarum (38, 19).

TRICENARIAE. Cf. infra, s. v. Purimenstrio (298, 14).

DECREPITUS. crepitum] i. e. sonum, vocem (nam ridicule in errore est Thes. Lat. 1170, 80), ut Plac. (s. v.) qui crepare desierint, id est loqui cessaverint. Ex Gloss. Abol. (DE 27) testimonio (quocum consentit Donat. ad Eun. 231 : Decrepiti dicti sunt quorum crepitu et plangore familiae funera iam conclamata fuerint) intelleges Festum multo plenius quam Paulum rem tractasse.

CREPERA, CREPUSCULUM. Cf. Varr. L. L. 6, 5 : Crepusculum a crepero .. significat dubium : ab eo res dictae dubiae creperae, quod crepusculum dies etiam nunc sit an iam nox multis dubium ; 7, 77 : Apud Plautum in Parasito Pigro « inde hic bene potus pri-

Decimanus appellatur limes qui fit ab ortu solis ad occasum ; alter ex transverso currens appellatur *cardo*. *Decumana ova* dicuntur et *decumani fluctus* quia sunt magna ; nam et ovum decimum maius nascitur et fluctus decimus fieri maximus dicitur.

Deprensa dicitur genus militaris animadversionis *castigatione* maior, *ignominia* minor.

Decima quaeque veteres dis suis offerebant.

Decuriones appellantur qui denis equitibus praesunt.

Depolitum perfectum, quia omnes perfectiones antiqui *politiones* appellabant.

Degunere degustare.

[*Decures* decuriones.]

Depubem porcum lactantem qui prohibitus sit pubes fieri.

Decotes (–cut– ?) *togae* detritae.

Dictynna Diana, quae est Luna, dicta quod fulgore suo noctu omnia <δεικνύει> [ostendit].

Deblaterare est stulte loqui ; nam Graeci βλάκας stultos appellant.

---

mulo crepusculo » ; crepusculum ab Sabinis, et id dubium tempus noctis an diei sit.. ideo dubiae res creperae dictae.

DECIMANUS. Notissimus est Lucilii versus (1240) :

acupensere cum decumano ;

et inde potest provenire gl. ps. -Plac. Decumano : maximo ; a fluctu decimo. Sed me iudice in errore sunt qui credunt ps. -Placidum Festo esse usum, neque video cur Festus hic Lucilium laudavisse putetur. Audi tamen alteram partem,nam habent Commenta ad Lucan 5, 672 (decimus fluctus) : Decimus ergo magnus, ut Lucilius " decimanis fluctibus ". Et Marx (ad Lucil. 1152 ; 1240) affirmat vocem castrensem esse et Lucilianam. Decumana scuta memorat Festus supra, s. v. Albesia (4, 12 haec eadem decumana vocabantur quod essent amplissima ut decumani fluctus), ubi lemmatum series magis videtur Enniana esse quam Luciliana.Cum igitur res incerta sit, equidem nihil muto ; neque audeo hic lemmata reordinare, quamvis melior ordo sit : Decimanus (cum Decumana), Decima, Decuriones (cum Decures), Deprensa, etc.

DECURIONES. Priore lingua decurioni (cf. supra, s. v. Centurionus, 43, 10). Cf. infra s. v. Decures ; s. v. Turmam (484, 12).

DEPOLITUM. POLITIONES. Hincine Gloss. Affatim. (=Abol.) Polita : ornata ? Sunt voces rei rusticae. Cf. Non. 66, 18 : Politiones agrorum cultus diligentes .. Varr (Men. 589) " quid mirum ? ex agri depolitionibus eiciuntur, hic in cenaculo polito recipiuntur ". Cf. infra, s. v. Polimenta (266,20 a politione segetum).

DEGUNERE. Hinc Gloss. Philox. DE 209-210 Degunere, degustare : ἀπογεύσασθαι καὶ συγνῶσαι (?)

DECURES. Eadem gl. recurrit infra (66, 8), ubi vide ea quae adnotavi.

DEPUBEM. Ex eodem fonte atque inferior glossa (63, 29) Dissulcus (q. v.).

DECUTES. Similis formatio in Gloss. Philox. est (DE 80) Decubis : μνήστηρ ἀπόκοιτος An Festina ? Et hinc sumpta ? Vix cf. infra, s. v. Detudes (64, 20).

DICTYNNA. An Graece scribend. ? Refinxerat glossam Paulus dum scribit Dict. I quam esse lunam putabant, etc. Si ex Festina glossa Glossarii Abol. provenit gl. Amplo II (Dictynna : Diana Trivia), scripsisse Festus potest : Luna <et Trivia>. Etiamne alii etymon, scil. δίκτυον, memoravit Festus ?

DEBLATERARE. Cf. supra, s. v. Blaterare (30, 27 stulte et praecupide loqui ; quod Graeco βλάξ originem ducit). Nonius (96, 10) profert Lucilii versum (106) :

deblaterant ; blennus bonus rusticus concinit una.

Dicearchia vocabatur quae nunc Puteoli quod ea civitas quondam iustissime regebatur.

Δῆμοι apud Atticos sunt ut apud nos *pagi*.

Dice pro dicam antiqui posuere.

Decermina dicuntur quae decerpuntur purgandi causa.

Disertiones (diss– ?) divisiones patrimoniorum inter consortes.

Dispensatores dicti quia aes pensantes expendebant, non adnumerabant. Hinc deducuntur *expensa*, sive *dispensata* vel *compensata* : item *compendium*, *dispendium*, *assipondium*, *dupondium*.

(Schol. Isid.) Expensa ab aere appenso appellata. Compendium a pendendo dictum ; dispendium damnum ; impensam sumptum ; usuram impendium ; servos qui aes dispendebant dispensatores veteres dixerunt. Postea factum est ut numeraretur pecunia, non expenderetur, et tamen nomen pristinum mansit.

Dispescere est proprie pecus a pastione deducere, ut *compescere* una pascere et in uno loco continere.

Despretus valde spretus.

DICEARCHIA. Cf. infra, s. v. Minorem Delum (109, 20), ubi Lucilii versus profertur (123) :

inde Dic[i]architum populos Delumque minorem (*vel* ind' Dicearchitum)

Quamvis in discrimine inter E et AE medii aevi codices parum valeant, eorum formam in hoc lemmate obtinui, cum Dicearchia aequo iure dicenda esset atque platea. iust. reg.] Suspicio oritur ne Paulus proprium nomen quod est Dicaearchus male intellexerit.

DICE ant.] nempe Cato. Itidem ps. –Plac. (Dice : dicam). Cf. supra, s. u. Attinge (pro attingam posuere) ; infra, s. v. Ostende (ostendam, ut permultis aliis exempliis eius generis manifestum est) ; Recipie (364, 9 apud Catonem pro recipiam, ut alia eiusmodi complura). Secundum hodiernos philologos dicē Fut. Ind., unde dicēs, etc. Ex Catone exempla huius antiquae formae proferunt grammatici. Cf. Quint. 1, 7, 23 ; 9, 4, 39.

DECERMINA. Adnotationibus quam textu dignior est gl. corrupta (hinc hausta ?) Abol. (DE 120) Deterimi (Decermina ?) sunt proprie stercora (?) ex frumento quae excernuntur (–cerp– ?). Scripsitne Festus decerp. <ex frumento> ?

DISERTIONES. Haec melius starent infra (cum Disertus, etc.), nisi quidem Verrius aliud etymon priori lemmati addidit : Decermina vel Disc. quae discernuntur, sicuti Dissertiones quia disseruntur, etc. Festina glossa, ni fallor, hinc sumpta est in Gloss. AA (= Abol.) Dissertiones : separationes.

DISPENSATORES. Hinc nimirum Gloss. Philox. DI 186 Dispendium : ζημία. Cf. infra, s. v. Pendere Poenas (229, 5). Cf. Varr. L. L. 5, 183 : Ab eodem aere pendendo dispensator, et in tabulis scribimus expensum, et prima pensio et sic secunda aut quae alia ; et dispendium ideo quod in dispendendo solet minus fieri ; compendium quod cum compenditur una fit ; a quo usura, quod in sorte accedebat, impendium appellatum. Ex Festo nimirum Isidorus (Etym. 10, 67) Dispensator, quia prius qui dabant pecuniam non numerabant eam, sed adpendebant ; (16, 25, 3) Pondus dictum eo quod in statera libratum pendeat ; hinc et pensum ; abusive autem pondus libra una est, unde etiam dipondius dictum est, quasi duo pondera ; quod nomen adhuc in usu retinetur. Multo igitur fusius rem tractavit Festus quam Paulus, et scholiasta Isidori bene de nobis est meritus. Num addenda gl. Abol. (glossae Festinae vicina Decermina) DE 119 Dependere : pro alio solvere ?

COMPESCERE. Cf. supra, s. v. (35, 10 est velut in eodem pascuo continere).

DESPRETUS. Cf. supra, s. v. Dedita Opera (61, 17).

Desivare (–sina- ?) desinere (deserere ?).

Dissulcus (disulcis ?) porcus dicitur cum in cervice saetas dividit.

Disertus a disserendo dictus.

Dignorant signa inponunt, ut fieri solet in pecoribus.

Disertim pro diserte dixerunt antiqui.

Distisum et *pertisum* dicebant quod nunc distaesum et pertaesum.

Delubrum dicebant fustem delibratum, hoc est decorticatum, quem venerabantur pro deo <Graece ξόανον>.

Delicia est tignum quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigatum collocatur ; unde *tectum deliciatum* et *tegulae deliciares*.

Degere antiqui posuerunt pro expectare (?)

Deteriae porcae, id est macilentae.

Delibare aquam sulco derivare.

Delicare ponebant pro dedicare.

DESIVARE. Cf. Gloss. Philox. (DE 437) Desinator : ἀβοήθητος, (DI 2) Diesuatur : βοηθεῖται. Quid latet ? Expectes Deiuvare : desinere iuvare.

DISSULCUS. Hinc gl. Philox. DI 281 Disulcis : χοῖρος διχαίτης, διαύλαξ. Alia appellatio erat bisaetus ; cf. supra, s. v. Bisaeta(30, 20 porca dicitur cuius a cervice saetae bifariam dividuntur cum iam esse incipit maior sex mensium). Ex schol. Vergil. (Geo. 3, 439 ?) alia forma et interpretatio in Gloss. Abstr. (BI 18 ; 2)Bisulces porcos : fissis ungulis, Bisulcum : utraque parte sulcatum, divisum ungula.

DISERTUS. Cf. supra, s. v. Disertiones (63, 20). Hincine Isid. Etym. 10, 65 : Disertus doctus, a disserendo dictus ; disposite enim disserit ? Cf. Varr. L. L. 6, 64.

DIGNORANT. Hinc Gloss. Philox. DI 72 ; 63 Dignorat : διαγιγνώσκει, ἀναπτύσσει.

DISERTIM. Cf. Gloss. ps. –Plac. Disertim : disposite, digeste.

PERTISUM. Cf. infra, s. v. (238, 31), et s. v. Redarguisse (334, 28 per E litteram Scipio Africanus Pauli filius dicitur enuntiasse, ut idem etiam pertisum ; cuius meminit Lucilius, etc.).

DELUBRUM. delibr]. Cf. Gloss. Cyrill. (=Philox.) Delibro : διαλεπίζω δένδρον. Plenius Serv. auct. Aen. 2, 225 (...Masurius Sabinus : Delubrum effigies, a delibratione corticis : nam antiqui felicium arborum ramos cortice detracto in effigies deorum formabant, unde Graeci ξόανον dicunt. etc.) ; 4, 56. Quae aliae interpretationes in iis scholiis memorantur utrum hic a Festo memoratae sint non liquet (v. g. Varr. Rer. Div. VIII : Ut in quo figunt candelam candelabrum appellant, sic in quo deum ponunt delubrum dicunt.). Cf. supra, s. v. Candelabrum (40, 14). Festinam esse glossam Philox. patet, unde illud Gr. ξο. supplevi, (DE 247) Delubrum : καθίδρυμα, ξόανον, ἀνάθημα. Sed gl. Abba (=Abol. ? = Abstr. ?) ex Festo neque ex schol. Verg. provenisse nullo modo patet (Delubra : templa, ideo quia in ingressu lacus aquae fiebant ubi se sacerdotes sacrificaturi purificabant ; et a diluendo, id est lavando, delubra dicta sunt). Hanc gl. Abba glossario Abstrusa (DE 2) adiudicat Thomson.

DELICIA, deliquia Vitruv. 6, 3, 2. Cf. infra, s. v. Inlicivum (101, 13.. unde et colliciae tegulae per quas aqua in vas defluere potest). Cf. Cato R. R. 14 colliciares tegulae.

DEGERE. i. e. quasi de- agere, quam quidem formam reperio in Plaut. Epid. 65 :

deagetur corium de tergo meo,

ubi codd. detegetur (Cf. Non. 278). Sicut igitur detonare significat desinere a tonando, sic degere desinere ab agendo, i. e. expectare, residere. Idne voluit Festus ? Quid voluerit vix liquet. Contra stat Deactio (65, 15 peractio).

DELIBARE. Ex gl. Abol. DE 20 (quae potest Apuleiana esse, non Festina) (Delibare : deminuere) et gl. Philox. (DE 26 Delibavit : ἐμείωσεν) non audeo supplere <minuere>.

DELICARE. Immo deliquare ? Vide supra, s. v. Delicata (61, 11).

Deliquium solis <**vel lunae**> a delinquendo dictum, quod delinquat in cursu suo <**Graeci eclipsin vocant**>. *Delinquere* est praetermittere quod non oportet praeteriri ; hinc *deliquia* et delicta. *Deliquum* (–cuum) apud Plautum (Cas. 207) :

<quando tibi nil domi delicuom est>,

significat minus.

Detudes [esse] detunsos (–si), deminutos (–ti).

Delaniare est discindere et quasi lanam trahere ; unde *lacinia* et *lanius* dicitur qui pecus discindit.

Delapidata lapide strata.

Dextans dicitur quia assi deest sextans, quemadmodum *duodeviginti* et *deunx*.

Deluit (dil– ?) solvit, a Graeco διαλύειν.

Dilectus militum et is qui significatur amatus a legendo dicti sunt.

Deliberare a libella qua quid perpenditur dictum.

Detrectare est male tractare.

Dextimum et *sinistimum* antiqui dixerunt. *Dextera auspicia* prospera. *Dextrarum tibiarum* genus est quae dextra tenentur

---

DELIQUIUM. Hinc Gloss. Philox. DE 245 Deliquium solis : ἔκλειψις ἡλίου. Et fortasse DE 255 Delinquere : ἁμαρτάνειν. Supplevi ex Gloss. Abol. (DE 25) Deliquium lunae : quod Graeci eclipsin vocant. Similia do et Serv. auct. Aen. 4, 390.

DETUDES. Hinc Gloss. Philox. DE 542 Detudes : μιανθέντες (μειωθ–?)

DELANIARE. Hincine Gloss. Abav. (=Abol.) DE 65 Delanio : delacero ? Immo ex Festina gl. Cyrill. (=Philox.) Delanio, delacero : διασπαράσσω. Eadem doctrina, sed plenior, infra est, s. v. Lacerare (105,4... lanius, qui discindendo lacerat pecora ; lacinia quod pars vestimenti est, etc.). Vocem lanista addit Donatus (Eun. 257) : Lanii qui laniant pecora, unde et lanistae dicti qui laniandis praesunt gladiatoribus. Sed utrum Donatus haec ex Festo hauserit nullum est indicium. Idem valet de Isidoro (Etym. 10, 159) : Lanista gladiator id est carnifex Tusca lingua appellatus, a laniando scilicet corpora ; (Etym. 19, 24, 14) : Lacernae quasi amputatis capitibus fimbriarum neque ita laxis ut sunt paenularum. Suspicor tamen ex Festo provenisse glossas Abol. (LA 16 ; 19 ; 37 : Laciniosum : pannosum, laceratum. Lanista : <quasi> lanius macellarius qui carnes ferro laniat. Sed utrum ex hoc loco Festi an ex inferiore non liquet.

DELAPIDATA. Hinc Isid. Etym, 15, 16, 6 Delapidata, id est lapidibus strata. Si hinc hausit Gloss. Cyrill. (= Philox. ?) Delapido : καταλιθάζω. Dilapido : διασπαράσσω. Festus sic disputasse videtur : Delaniare.. sic Dilapidata.. contra Delapidata, etc,

DEXTANS. Cf. Varr. L. L. 5, 172 : Deunx dempta uncia ; dextans dempto sextante ; dodrans dempto quadrante ; bes, ut olim des, dempto triente

DUODEVIGINTI. Cf. supra, s. v. (58, 25).

DELUIT. Et in hoc et in sequente lemmate crede Verrium de duabus formis Del–, Dil– disputasse. Hincine Gloss. Philox. DI 89 Diluit : ἀνίησιν, διαλύει ?

DILECTUS. Hinc Gloss. Philox. DI 103 Dilectus : ἀγαπηθεὶς καὶ στρατολογία. Etiamne Gloss. Abol. DI 49 Diligit : eligit amare ? Cf. Varr. L. L. 6,66 : Ab legendo legio et diligens et dilectus.

DETRECTARE. Glossa incertae originis in aliquot glossariis est, Detr. : valde tr. Cf. supra, s. v. Dedita Opera (61, 17).

DEXTERA AUSPICIA. Hinc Gloss. Philox. DE 599 Dextera : δεξιά αἴσια. Et fortasse gl. Ansil. DE 1349 Dextera : propitia, prospera.

SINISTIMUM. Sinistra auspicia prospera esse docetur infra, s. v. Sinistrum (476, 29) ; s. v. Sinistrae Aves. Cf. infra, s. v. Sinistrae Aves (454, 1 sinistimum auspicium). An scribend. Dexti. et Sinisti. <auspicium> ? Vetat gl. Abol., (DE 23) Dextimus : dexter. Sed Gloss. Philox. DE 331 Dextimum : δεξίτερον.

Diobolares meretrices dicuntur quae duobus obolis ducuntur. <**Plautus** (Cist. 407) :
diobolares, schoeniculae, miraculae, cum extertis talis, cum crotillis crusculis.>

Dies dictus [quod divini sit operis, sive] ab Iove eius [ut putabant] rectore, qui (quem) Graece Δία appellatur (-ant); sive quod aer diurnus dehiscat in candorem.

Diabathra genus solearum Graecanicarum. <**Naevius** (trag. 54) :
diabathra in pedes habebat erat amictus epicroco.>

Deorata perorata. *Deactio* peractio.

Dianius (-um ?) locus (lu- ?) Dianae sacratus.

Diffarreatio genus erat sacrificii quo inter virum et mulierem fiebat dissolutio ; dicta diffarreatio quia fiebat *farreo* libo adhibito.

Dium, quod sub caelo extra tectum, ab Iove dicebatur, et *Dialis flamen*, et *dius* heroum aliquis a Iove genus ducens.

Defrensa[*m*] detrita[m] atque detonsa[m].

Deinde compositum est ex praepositione et loci significatione ; ut *exinde, perinde, proinde, subinde*, quae item tempus significant.

DIOBOLARES. Hinc Gloss. Philox. DI 287 Diobolares : διόβολοι. Glossas ad hos Plauti versus ex antiquis glossographis collectas habes congregatas in Varr. L. L. 7, 64 (ad Cist. 407), dissipatas secundum alphabeticam dispositionem in Festo. Cf. s. vv. Schoeniculas (442,7) ; Miracula (110, 4) ; Crocotillum (46,6) ; Succrotilla (390, 6); Todi (480, 22). Adde (siquidem ex Cist. 405) Limaces (103, 14) ; Scrattae (448, 4); Scrupedae (448, 19).

DIES. Cf. infra et supra, s. v. Dium (65, 20 ; 62, 13). Δία] Dubito huc referre Macrob., 1, 15, 14 : Cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carminibus canunt et Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant, ipsi quoque Romani Diespitrem appellant, ut diei patrem. ||dehiscat] i. e. dies quasi ' de(h)is '.

DIABATHRA. Hincine recta via an per Philox. gl. Amplon. II (=Abol. ?) Diabathra : genus calcei muliebris ? Si recta via, adde ut puta <mulieribus proprium>. Cum hoc lemmate lemma, quod infra est, Epicrocum iungo et refero ambo ad Naevii versum ap Varr. L. L. 7, 108 (Apud Naevium :

diabathra in pedibus habebat, erat amictus epicroco ;

utrumque vocabulum Graecum). De Dionyso fortasse dixit Naevius.

DEORATA. Vix i. e. deaur-.

DEACTIO. Vide ad Degere (64, 11).

DIANIUS LUCUS. Cf. Cato or. frag. 58. Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Laevius Tusculanus dedicavit dictator Latinus.

DIANIUM. Cf. Liv. 1, 48, 6 : Ad summum Cyprium vicum, ubi Dianium nuper fuit.

DIFFARREATIO. Cf. supra, (C ii) s. vv. Confarreata, Confarreatis Nuptiis. Et infra, s. v. Repudium (350, 22).

FARREO. Cf. infra, s. v. Farreum (78, 19).

DIUM. Cf. supra, s. v. (62, 13) ; infra, s. v. Dium Fulgur (66, 15). Hic locus magis conspirat cum Varr. L. L. 5, 66 : Olim Diovis et Diespiter dictus, id est dies (diei ?) pater ; a quo dei dicti qui inde et dius et divum ; unde sub divo, Dius Fidius ; itaque inde eius perforatum tectum ut ea videretur divum, id est caelum ; quidam negant sub tecto per hunc deierare oportere.

DIALIS. Hinc Gloss. Philox. DI 4 Dialis : ὁ τοῦ Διὸς ἱερεύς. Et fortasse Gloss. Ansil DI 1317 Dialis flamen : quasi Iovis.

DEFRENSA. Hinc Gloss. Philox. DE 189 ; 156 Defrensa : ἄρουρα θερισθεῖσα, λῆιον Sus

Diox genus piscis frequens in Ponto.

Deincipem antiqui dicebant proxime quemque captum, ut *principem* primum captum.

Diomedis campi in Apulia appellantur qui ei in divisione regni, quam cum Dauno fecit, cesserunt. *Diomedia* insula in qua Diomedes sepultus est excedens Italia.

Depontani senes appellabantur qui sexagenarii de ponte deiciebantur.

Desiderare et *considerare* a sideribus dici certum est.

Decures decuriones. <*Decurialis* decurionalis>.

? (Gloss.) " *Decuriat convivas* " : aut cogit ad convivium aut ad decemviros.

Defomitatum a fomitibus succisum, quibus confoveri erat solitum.

Depeculatus a pecore dicitur ; qui enim

---

picor Festum non solum hanc vocem rusticam tractavisse, sed etiam defrensus –a –um. Ps. –Plac. in scriptore antiquo repperit Defresum, cum marginali interpretatione ' detritum ; unde adhuc fresa faba, quae obtrita frangitur '. Cf. infra, s. v. Frendere (81, 8 est frangere ; unde et faba fresa ; unde et dentibus dicimus frendere).

DIOX. Sumpsitne e Lucilio Verrius, ut illud Amian (19, 22 genus piscis) ?

DEINCIPEM. Cf. supra, s. v. Deinceps (62, 17).

DIOMEDIS CAMPI. Plur. v. g. Liv. 25, 12, 7. Sing. v. g. in Carmine Marciano (ap. Liv. 25, 12) de Cannis :

ne te alienigenae cogant [in] campo Diomedis
conserere (–sertare ?) manus.

DIOMEDIA. Cf. Plin. N. H. 3, 151 : Contra Apulum litus Diomedia conspicua monumento Diomedis ; Aug. Civ. 18, 16 : Templum Diomedis esse aiunt in insula Diomedea non longe a monte Gargano.

DEPONTANI. Nequis credat Festum scripisse Depontari (inf. praes.) sen. dicebantur Hinc enim Gloss. Ansil. (= Abol.) DE 885 Depontani senes ; sexagenarii. Cf. infra, s. v. Sexagenarios De Ponte (450, 22).

DESIDERARE. Cf. infra, s. v. Praesiderare (249, 22).

CONSIDERARE. Cf. supra, s. v. (37, 4 a contemplatione siderum videtur appellari).

DECURES. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) DE 192 et 199 Decures : decuriones, decani. Multam materiam ad reconcinnanda Festi verba praebet Gloss. Philox. vel praebere videtur (DE 91) Decuria : δεκανία, δεκὰς καὶ φρατρία. (DE 82) Decuriat et decimat : ἐπιδεκατεύει, δεκατοῖ. ne dicam (DE 74) Decurio : βουλευτής, δεκαδάρχης. (DE 75) Decurionatus : βουλεία, δεκαδαρχία. (DE 107 ; 105) Decuriones, decemviri : δέκα πρῶτοι. Cuius glossarii etiam esse videtur gl. quam supplevi ex Gloss. Nom. Decurialis : decurionalis. Est etiam gl. Ansil. incertae originis (DE 41 Decadas : decurias). Et tertiae glossae Ansil., quoniam veri similius est eiusmodi glossam ex Festo quam ex scholio Vergiliano emanare. (DE 198 Decuriat convivas), precarium locum hic concedo. Vide ne tales versus citaverit Verrius de aliquo qui iusto numero convivarum decimum (parasitum fortasse) addiderat :

convivas decuriat (–io ?).
Cogit (–gin ?) eos ad convivium an ad decemviros ?

DEFOMITATUM. Cf. Gloss. Philox. DE 127 (quam ex Gloss. Cyrill. restituo) Defomitat, dedolat : ἀποπελεκᾷ. Cf. infra, s. v. Fomites (75, 1). Simplex verbum invenit ps. -Plac. Fomitat : fomitibus exassulat. De gl. Ansil. (DE 428 Deformitata arbor : desectis astulis) vide Laistner, Class. Quart. 16, 105.

DEPECULATUS. Plenius infra, s. v. Peculatus (232, 29 ; 268, 33) ; s. v. Ovibus Duabus (220, 22).

populum fraudat *peculatus* pœna tenetur.

Deculcarunt valde occulcarunt. *Decalicatum* calce litum.

Dium fulgur appellabant diurnum, quod putabant Iovis ; ut nocturnum *Summani*.

Dicassit dixerit.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. Philox. DE 528) *Decium* : καλὸν κἀγαθόν.

(Gloss. Abol. DE 49) *Delic*[*t*]*us* : ver[r]uclatus quem dicunt. (Gloss. Philox. DE 251 + 224) Delicum, delactatum : ἀπογαλακτισθέν.

(Gloss. Philox. DE 300) *Demusso* : ἀπονυστάζω, ἀποσιωπῶ.

(Gloss. Abol. DE 24) *Depegisse* : defixisse.

? (Gloss. Philox. DE 387) *Depetigo* : λέπρα, λειχήν.

? (Gloss. Ansil. DE 1089) *Desnas* : denas

(Gloss. Abol. DE 26) *Despondit* : hic in defectionem dedit.

(Gloss. Philox. DI 53) *Diffitetur* : ἀρχαίως ἀρνεῖται, ἀπαρνεῖται.

DECULCARUNT. Hinc Gloss. Ansil. (=Abol.) DE 194 Deculcarunt : valde occulcarunt.

DECALICATUM. Vide supra, s. v. Calicata Aedificia (41,8 calce polita).

DIUM. Cf. Gloss. Cyrill. (=Philox.) Fulgur dium : κεραυνοβόλιον ἡμερινόν, Fulgur submanum : κεραυνοβόλιον ἀπὸ πρωὶ ἢ νυκτερινόν. Illud ἀπὸ πρωὶ (cf. sub mane) Philoxeno imputo. Cf. Gloss. Philox. DI 289 Dium : ἀστραπή, et DI 323 Dium : ἡμερήσιον, et DI 340 : Dius : Ζεὺς κεραύνιος. Cf. infra, s. v. Provorsum Fulgur (254,1).. quod diurna Iovis, nocturna Summani fulgura habentur).

DICASSIT. Cf. supra, s. v. Celassis (53, 29). Miro errore (quasi ' disserit ') Gloss. Philox. (DI 5 ; 13) Dicassit ἐπαγορεύει, συνεχῶς λέγει. Expectes Dicassit dicaverit (id quod est in Gloss. Ansil. DI 55).

DECIUM. Nomen proprium Festo vindico, cum Verrius tantopere se nominibus propriis occupet.

DELICUS. Cf. Varr. R. R. 2, 4, 16 : Cum porci depulsi a mamma a quibusdam delici appellantur. Huc fortasse addend. gl. Philox. incertae formae (DE 257) Delica[n]s : παρέλκ<ε>ις. Cf. infra, s. v. Sacrem (420, 26). veruc., i. e. cum veruculo (veru diminutive). Nugatur Heraeus (Phil. Woch. 48. 145).

DEMUSSO. Cf. infra, s. v. Mussare (131, 8) ; s. v. Summussi (384, 16).

DEPEGISSE. Versum aliquem (ut puta Ennii) citasse Festum crede. Nam eandem formam (cum eadem marginali interpretatione) ex scriptore nescioquo sumpsit ps. Plac. (Depegisse : defixisse).

DEPETIGO. Cf. infra, s. v. Impetix (97,8 impetigo). Cum Nonius tamquam veterum dictum Petigo (160, 18) ex versu Lucilii proferat ubi nostram vocem agnoscunt docti (983) :

inluvies scabies oculos huic de[ni] que petigo
conscendere,

nolo huic glossae Philoxeni locum hic omnino negare. Incertae tamen est originis.

DESNAS. Speciem certe antiquitatis habet. Sed veram ? Sunt qui ' cesnas cenas ' legere velint. Ecce iterum gl. Festinam (cf. infra, s. v. Pesnis 222, 25 ; s. v. Pennas 228,10).

DESPONDIT. Hic] scil. in huiusmodi versu (Plaut. Men. 34) :

pater eius autem postquam puerum perdidit,
animum despondit.

DIFFITETUR. Illud ἀρχαίως glossam Festo vindicat. Antiquam vocem etiam Gloss. Abstr. (ex Scholio Vergiliano sumptam) habet (DI 30) Diffitentur : negant.

(Gloss. Philox. DI 176) *Disconducit* (sine interpr.)

(Gloss. Philox. DO 51) *Domitionem* : ἐπάνοδον.

? (Gloss. Philox. DU 68) *Dupla* (?) : εἶδος σκεύους.

E

I. Ex Paulo Diacono.

Elucum significat languidum ac semisomnum, vel, ut alii volunt, alucinatorem et nugarum amatorem, sive halonen (*heluonem* ?), id est hesterno vino languentem, quod ἔωλον vocitant Graeci.

Emere, quod nunc est mercari, antiqui accipiebant pro sumere.

Elices sulci aquarii per quos aqua collecta educitur e liris. <..*Elicatores*>.

Ennam (?) etiamne.

Elaudare plus quam nominare.

Elecebrae argentariae meretrices ab eli-

DISCONDUCIT. Errore librarii interpretatio lemmatis Dicassit nostram interpretatio-nem eiecit. Vox Plautina est (Trin. 930) :

sed nil disconducit huic rei.

DOMITIONEM. Eandem vocem videtur repperisse (cum marginali interpretatione 'domum reditum') ps. -Plac., nimirum in versu Pacuvii (173) :

nam solus Danais hic domitionem dedit.

altem eum versum laudat Nonius (96,1). Eundem credo etiam a Festo hic esse laudatum.

DUPLA. Omnia sunt incerta. Nam noster unicus Philoxeni codex habet Dupia.

ELUCUM. Hinc Gloss. Ansil. (=Abol.) EL 206 Elucum : languidum. Noli igitur emen-are 'elanguidum'. Cf. infra, s.v. Helucus (89, 12 ab hiatu et oscitatione dictus). Cf. supra, v. Alucinatio (23,4 erratio), ubi citavi Gell. 16, 12 : Cloatius Verus in libris quos inscrip-t Verborum a Graecis Tractorum . . . alucinari factum scripsit ex eo quod dicitur Graece λύειν, unde elucum quoque esse dictum putat, A littera in E versa.

HELUONEM. Vix credendum est orthographiam cum H littera (heluo, non eluo), ea tione esse defensam, quasi vox ab adverbio heri derivata esset. Infra, s. v. Heluo (88, 15), ia derivatio profertur. Ps. -Plac. videtur Heluo cum Elucus consociare, sed glossa cor-pta est : Hel[l]u<c>i : crapula veterni, unde helluones dicuntur. Reppererat igitur in riptore antiquo formam Heluci (gen. sing. ? nom. plur. ?) cum ea marginali adnotatione.

EMERE. Cf. supra, s. v. Abemito (4, 30 emere enim antiqui dicebant pro accipere) ; fra, s. v. Redemptores (332, 33 nam antiquitus emere pro accipere ponebatur).

ELICES. Cf. infra, s. v. Inlices (100, 12 canales... ab inliciendo dicti). educ.' elicitur ? ldiditne Festus etymon. ? Addidit Gloss. Ansil. EL 121 Elices : sulci in maribus (?) per uos aquae eliciuntur. Quae tamen glossa fortasse non est Abol. (e Festo sumpta) sed Abstr., mpta e schol. Vergil. Cf. Serv. auct. Geo. 1, 109 (elicit) : Et apud antiquos et hodieque in quibus provinciis elices appellantur sulci ampliores ad siccandos agros ducti ; unde poeta o verbo uti voluit ; nam et scrutatores et repertores aquarum aquilices et harinulces xerunt. Sunt qui huc ad Festum revocent gl. corrupt. Philox. (DE 257) Delicans (-cas ?) : ρελκις, (-κεις ?). Festina certe gl. Philox. (EL 36) Elix : ἀναπνοὴ ὀχετοῦ. Supplevi ex loss. Philox. (EL 15) Elicatores : ὑδροσκόποι.

ENNAM. i. e. et -nam ?

ELAUDARE. Plus lucis praebet Gloss. ps. -Plac. ex quo patet antiquum scriptorem -cioquem (Plautum ?) formam 3 pers. sing. praes. ind. act. habuisse (Exlaudat : extra em laudat.) Cf. infra, s. v. Laudare (105, 9 apud antiquos ponebatur pro nominare).

ciendo argento dictae. <Plautus (Men. 377) : nam ita sunt hic meretrices : omnes elecebrae argentariae>.

Electabo eliciam. <Plautus (Asin. 295) : ibo advorsum atque electabo quidquid est.>

Enumquam ecquando. <Plautus>. <.. *Enusquam*..>

Emussitata ad amussim facta. <Plautus (Mil. 632) :
inest in hoc emussitata sua sibi ingenua indoles.>

Endoitium initium

Em tum (eum ?).

[Em] *Panda* [Paganorum] dea.

Emem (emdem ?) eundem.

Elumbum (–us ? –is ?) evulso lumbo. *Elinguem* (–is ?) sine lingua <..*Elinguatio* ?> <..*Emembris*..>

Elacatena genus salsamenti quod appellatu vulgo melandrea (–rya).

Enubro inhibenti.

ENUMQUAM, v. g. Men. 143 :

dic mi, enumquam tu vidisti tabulam pictam in pariete
ubi aquila Catamitum raperet aut ubi Venus Adoneum ?

Cf. ps. –Plac. Enumquam : ecquando. Ex Festo provenisse possunt gl. Abol. (EN 6) Enumquam : ecquando, et gl. Philox. (EN 35-36) Enumquam : εἴ ποτε, Enusquam : εἴ πο Unde illud Enusquam addere ausus sum.

EMUSSITATA. In suo exemplari fabularum invenit Nonius (9,8) ad hunc versum adn tationem marginalem ' examinata '. In alio scriptore repperit ps. –Placidus acc. plur. mas cum adnotatione quae minus a Festina discedit (Emussitatos : ad amussim exactos). E ex ps. –Placido potius quam ex Festo (per Gloss. Abol.) videtur venire Gloss. Ansil. EM 17 Emussitatis : ad amussim exactis. An illud facta Pauli est, exacta Festi ?

EM. Cf. infra, s. v. Eum (67, 23.. em, pro eum, ab eo quod est is).

EMPANDA. Hinc credo gl. Philox (PA 71) Panda : εἰρήνης θεός. Huius glossae e ia locus displicet, nam post Emem, non ante stare debet. Aelius Stilo eandem esse Panda atque Cererem dixit (Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I, ap. Non. 44, 1). Cf. Woelfflin (Arch. la Lex. 1, 330).

EMEM. Cf. Gloss. ps. –Plac. Hemdem : aeque, similiter. Et in I capitulo hanc formam es a Festo memoratam noli colligere ex gl. Philox. IM 7, sed lege mecum Im : eum, <τοῦ- τ αὐτόν ; ut in Gloss. Cyrill. (= Philox.) Im : αὐτόν, Eim : αὐτόν, τοῦτον. De Charisio dixi infr s. v. Em. (67, 23).

ELUMBUM. Hincine Gloss. Ansil. EL 214 Elumbis : lumbo convulso ? Etiam (un supplevi) EM 29 Emembris : membro convulso ?

ELINGUEM. Hincine Gloss. Abol. EL 11 Elinguis : sine lingua, sermonem non haben Praepositionem aliter (quasi ex parte, partim, non omnino) videtur explicasse scholias Vergilianus ille quem adhibuit Gloss. Abstr., siquidem plenam formam glossae Abs (EL 5) servavit Gloss. Ansil. (EL 143, 145) Elinguis : mutus vel ei similis, balbus (cf. Glo Abstr. EM 26 Emortuus : ex parte mortuus). Supplevi, sed dubitanter, ex Gloss. Phil EL 34 Elinguatio : γλωσσοτομία.

ELACATEN. –cata (genus piscis) Colum 8, 17, 12. Vel ἠλακατῆνα (acc. sing.) . μελάνδρυα.

ENUBRO. Cf. infra, s. v. Inebrae Aves (97, 12 quae in auguriis aliquid fieri prohiber et prorsus omnia inebra appellantur quae tardant vel morantur agentem). Similem doc nam in hoc E– capitulo fuisse declarat Gloss. Philox. ubi in E- capitulo sunt haec (EN Enibrum : πρᾶγμά τι ὡς ἐπὶ βλάβης, (EN 4) Enibra : ἐναντία, (EN 8) Eniber : ὄρνις πονη

Elixa a liquore dicta.

Endoplorato implorato, quod est cum questione inclamare ; *implorare* namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis. *Endo procinctu* in procinctu. Significat autem, cum ex castris in proelium exitum est, *procinctos* quasi praecinctos atque expeditos. Nam apud antiquos togis incincti pugnitasse dicuntur.

(Gloss.) *Endoriguom* inriguum. *Endogenia* naturaliter amoena. *Endo*. *Endopitus* (?). *Endoclusa*. *Endopeciscas*. *Endodicarit* (-*assit* ?) <indicaverit>. *Endofestabat*. *Endo rivom*.

Emptivum (-us) *militem* (-les) mercennarium (-us).

Emancipati duobus modis intelleguntur, aut [h]i qui ex patris iure exierunt, aut [h]i qui aliorum fiunt dominii ; quorum utrumque fit mancipatione.

Eum antiqui dicebant pro eorum. *Em* pro eum, ab eo quod est is.

---

sicut in I-Capitulo est (IN 147) Inebra : ὄρνεον μαντευτικόν. In augurali sermone inebrae aves erant adversae, sed praepetes prosperae (cf. Serv. auct. Aen. 3, 246 : Quae si fuerint prosperae, praepetes ; si adversae, inebrae vocantur). Cf. infra, s. v. Praepetes Aves (224, 6 ; 286, 14).

ELIXA. Cf. Varr. L. L. 5, 109 : Elixum e liquore aquae dictum. Haec vox a Nonio (et fortasse hic a Festo) cum militari vocabulo lixa coniungitur (48, 17) : Elixum quidquid ex aqua mollitur vel decoquitur, nam lixam aquam veteres esse dixerunt ; unde et lixae dicti qui militibus aquam ad castra vel ad tentoria solent ferre ; (62,6) : Lixarum proprietas haec est quod officium sustineant militibus aquae vehendae ; lixam namque aquam veteres vocaverunt, unde elixum dicimus aqua coctum. Sane Festus infra (s. v. Lixae, 103, 17) aliud vocis militaris etymon profert. Hincine Gloss. Philox. EL 35 Elixa : ἐξ ὕδατος ἐκζεστόν?

ENDOPLORATO. Hinc gl. Ansil. (=Abol.) EN 19 Endoplorato : implorato ; gl. Philox EN 21 Endoplorato : ἐπικάλεσον. Ex XII Tab. (8, 12) profert Festus infra (s. v. Sub Vos Placo) : endoque plorato (402,33).

IMPLORARE. Hinc Gloss. Abol. IN 45 Inplorat : cum fletu invocat vel rogat (cf. Gloss. Abav. IN 225). Cf. infra, s. v. (96, 23 inclamare, ad auxilium invocare).

ENDO PROCINCTU. An -tud ? Hinc gl. Philox. EN 2 E. ἐζωσμένοι ἐν πολέμῳ, IN 389 In procinctu : ἐν προτομῇ πολέμου στῆναι μετὰ ἐσθῆτος ὑπατικῆς ἤτοι διαθέσθαι ἐν παρατάξει πολέμου.

PROCINCTOS. Cf infra, s. v. Procincta Classis (251, 19 ; 294, 3) Aut hinc aut inde Gloss. Philox. PR 255 Procinctum : ὅταν εἰς πόλεμον συγκαλέσωνται.

ENDORIGUOM etc. Harum glossarum (quibus adde ex Paulo Indostruom : industrium. Endoitium : initium) hi sunt testes : Gloss. Ansil. (=Abol.) EN 20 Endoriguum : inriguum ; EN 18 Endogenia : naturaliter amoena ; Gloss. Philox. (ex Festo) EN 1 Endo : ἐν, εἰς. EN 7 Endopicus : ἄνωθε ε ἰς ἐνδότερο ν (quasi ' intus volans ' intellego), EN 12: Endoclusa : ἐνκεκλεισμένη, EN 13 Endope[s]ciscas (sine interpretatione). EN 17 Endodecarit : μηνύσει. EN 19 Endofestabat : ἐσ α ινεν, ὠργίζετο, EN 22 Endo ribum : ἐν ῥεῖθρον, κατὰ ῥεῖθρον. Adde has corruptas : (Ansil. EN 16-17) Endo : mansuetus, Endoetum : indigestum. Vide etiam infra, in I–capituli parte ii, Indu.

EMPTIVUM. Hinc Gloss. Ansil. (=Abol.) EM 161 Emptivus miles : conducticius.

EM. Cf. supra, s. v. Em ; s. v. Emem. Etiam Im (cf. infra, s. v., 92, 1 ; supra, s. v. Callim 41,7). Haereo utri Festi capitulo attribuam gl. Philox. IM 1 Im : αὐτόν (de qua glossa vide ea quae supra dixi, s. v. Emem 67,5) ; nam indicat. gl. Cyrill. (=Philox.) litteram I supra litteram E in archetypo scriptam esse, Eim : αὐτόν, τοῦτον. Et quoniam Omicron et

Egeriae nymphae sacrificabant praegnantes quod eam putabant facile conceptum alvo egerere.

Escariae mensae quadratae vocantur in quibus homines epulantur ; *anclabris* ea qua in sacrificando dis *anclatur*, quod est hauritur ministraturque

Escit erit.

Eapse ea ipsa <*Eopse* eo ipso> <*Eumpse* eum ipsum>.

Evelatum eventiulatum ; unde *velabra* quibus frumenta ventilantur.

Egens velut ' ex-gens ', cui ne gens quidem sit reliqua.

Eiuratio significat id quod desideretur non posse praestari. Plautus (inc. 25) " eiuravit militiam ».

Everriator vocatur qui iure accepta hereditate iusta facere defuncto debet ; qui si non fecerit seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat. Id nomen ductum a verrendo ; nam *exverrae* (–rriae ?) sunt purgatio quaedam domus ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae fit per everriatorem, certo genere scoparum adhibito ab extra verrendo dictarum.

Egretus <egressus>et *adgretus* <adgressus> ex Graeco sunt ducta a surgendo et proficiscendo ; unde et *Nyctegresia* <**Accii tragoedia**> quasi noctisurgium.

Eccere iurisiurandi est ac si dicatur per Cererem, ut ecastor, edepol. Alii eccere pro ecce positum accipiunt.

Omega saepissime in eo archetypo confusa sint, fortasse legendum est (Philox. EU 20) Eum : αὐτῶν, (Cyrill. Eim etc.) Eum: αὐτῶν, τούτων Doleo corrupta etiam Charisii verba (in unico, sicut Philoxeni,codice servata) quae sic legere velim (133, 1 K = 169, 20 B.) : Im pro eum; nam ita Scaurus in Arte Grammatica disputavit, antiquos imdem (im ques cod.) hunc eundem significare consuesse et declinari (–re ?) ita, is eius ei eum vel im ; numero plurali est locutus Pacuvius in Medo (221 R) :

ques sunt ? Ignoti nescioques ignobiles.

EGERIAE. Aliter Varr. ap. Aug. Civ. 7, 35.

ESCARIAE. Cf. supra, s. v. Cillibae (38,3 mensae rotundae).

ANCLABRIS. Cf. supra, s. v. (10, 18 mensa ministeriis aptata divinis).

ANCLATUR. Cf. supra, s. v. Anclare (10, 16).

ESCIT. Infra (s. v. Nec 158, 31) profert Festus e XII Tab. (5, 7) : ast ei custos nec escit. Cf. etiam infra, s. v. Superescit (394, 6 significat supererit); s. v. Obescit (207,5 oberit vel aderit). Cf. Gloss. ps. –Plac. Escit : erit.

EAPSE. Supplevi ex Gloss. Ansil. (=Abol.) EO 15 Eopse : eo ipso; EU 189 Eunte : eum ipsum ; Gloss. AA (=Abol.) Eumpse : eum ipsum.

EVELATUM. Huc revocandae videntur obscurae glossae Cyrill. (=Philox.) Evelo : ἀποκαλύπτω, Abba (=Abol.) Evelantur : spoliantur, Evelatus : spoliatus. Num gl. Philox. EV 12 sic emendanda est, <Evelata :> eventilata ἐκγεγυμνασμένα ?

EGENS. Hincine Isid. Etym. 10, 88 Egens et egenus, sine gente et sine genere indigentes ? Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) EG 8 Egentes : sine opibus, sine gente indigentes ?

EVERRIATOR. Hinc Gloss. Ansil. (=Abol.) EV 69 Everriatores : qui defunctorum umbras colunt.

EGRETUS. Hinc credo gl. Ansil. (=Abol.) EG 79 Egretus : egressus. De duobus vocabulis disputavi supra, s. v. Adgretus (6, 4 apud Ennium " adgretus fari " pro eo quod est adgressus ponitur) et hic addo Plinium N. H. 21, 36 : Herbam nyctegreton memorare.

ECCERE. Hinc nimirum gl. Philox. EC 1-3. Eccere : ecce, ἰδοῦ, κατὰ τῆς Δήμητρος. Artissime cum Festo consentit ps.– Plac. (Eccere : ecce vel iureiurando per Cererem).

Eamus ex Graeco ἴωμεν.

Europam tertiam orbis partem ab Europa Agenoris filia certum est appellari. Sed alii de amore Iovis in taurum versi narrant ; alii eam a praedonibus raptam et navem quae Iovis tutelam, effigiem tauri, habuerit in eam regionem esse delatam. Quidam ob pulchritudinem regionis per simulationem raptae filiae occupatam eam terram ab Agenore et Phoenicibus ferunt.

Epolonos dicebant antiqui quos nunc epulones dicimus. Datum est autem [h]is nomen quod epulas indicendi Iovi ceterisque dis potestatem haberent.

Eudiaeon (εὐδίαιον) lineum filum quod medici extremo in clysterio relinquunt, per quod κλυσμός emittitur.

Euboicum talentum nummo Graeco septem milium et quingentorum cistophorum est, nostro quattuor milium denariorum.

Extrarium ab *extraneo* sic distinguitur : extrarius est qui extra focum sacramentum iusque sit ; extraneus ex altera terra, quasi ' ex-terraneus '. *Exta* dicta quod ea dis prosecentur quae maxime extant eminentque. *Extimum* extremum ita significat ut intimo sit contrarium. Ext[er]raneus, ex alia terra. Ext[er]raneus quoque dicitur et qui ante tempus natus vel potius eiectus est. Dictus autem ' exterraneus ' quod eum mater exterrita alvo eiecit · quod genus hostiarum sacris non adhibetur>. *Externus* est alienus terrae.

Experrectus a porrigendo se vocatus, quod fere facimus recentes a somno.

---

quod me iudice documento est ea esse ipsa verba antiquorum glossographorum. Quare non scribo ' pro ecce <rem> '. Cf. infra, s. v. Equirine (71, 17 iusiurandum per Quirinum).

EAMUS. cf. Varr. L. L. 6, 96 : Quae in Graeca lingua putant Latina ut...i ab ἴθ<ι>, ite ab ἴτε.

EUROPAM. Cf. Varro (qui nonnisi duas orbis partes agnoscit, Asiam et Europam) L. L. 5, 32 ; Europa ab Europa Agenoris quam ex Phoenice Manlius scribit taurum exportasse : quorum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti.

EPOLONOS. Cf. supra, s. v. Centurionus (43, 10 antea, qui nunc centurio, et curionus et decurionus dicebantur). An transponend. ante praecedens lemma (a quo series EU incipit) ?

EUBOICUM. Cf. infra, s. v. Talentorum Genera (492, 12) Aut Festus aut Paulus deerrasse videtur. Non ex Gloss. Abol. sed ex marginali in Orosium (Hist. 4, 11, 2) adnotatione provenit glossa Corp. (E 331) etc. Euboicorum : genus maiorum talentorum.

EXTIMUM. Incertae originis est gl. Ansil. EX 1240 Extima : extrema, ut Lucretius (4, 647) " extima membrorum circumcaesura ".

EXTERRANEUS. Supplevi ex. gl. Ansil (= Abol.) EX 1319 Extraneos : ex alia terra, vel inmaturi quos exterrita mater alvo eiecit, quod genus, etc. Cf. ps. -Plac. Extraneam : abortivam, quia plurimum exterritae abiciunt extra.

EXTERNUS. Hincine Isid. Etym. 10, 87 Externus, eo quod sit alienae terrae ? Hincine gl. Cyrill. (= Philox.) Exterrenus [exterrimus] : ἀπόδημος (unde Gloss. Abav. EX 112 Exterrinus : peregrinus) ?

EXPERRECTUS. Cf. infra, s. v. (70, 12). An Exporrectus (cf. Nonius 47, 4) ? Corrupta gl. ps.- Plac., quam supra memoravi s. v. Adgretus (6, 4), haud scio an sanitatem hic inveniat, Egregius : erectus, evigil. Nam sequens glossa est Expergito : velut somno ablato. Ne tamen credas ps. -Placidum unam gl. (non duas) scripsisse (Experrectus : erectus, evigil, expergito somno, velut ablato), consule Nonium 104, 13.

Expreta antiqui dicebant quasi expertia habita.

Excudere, *procudere* et *incudis* ipsa a caedendo dicta sunt.

Explorare antiquos (-qui) pro exclamare usos (usi) ; sed postea prospicere et certum cognoscere coepit significare. Itaque *speculator* ab *exploratore* hoc distat quod speculator hostilia silentio perspicit, explorator pacata clamore cognoscit.

Expapillato brachio exerto ; quod cum fit papilla nudatur. <Plautus (Mil. 1180) :

id conexum in umero laevo, expapillato brachio.>

Exbures exinteratas (-tae ?), sive exburae quae exbiberunt, quasi epotae. <**Plautus** ?>

Exdorsua dorsum confringe ; alii, exime. <Plautus (Aul. 398) :

congrum, murenam exdorsua quantum potest.>

Exfir (?) purgamentum ; unde adhuc manet *suffitio*.

Exscendere egredi.

Experitos imperitos.

Explenunt explent.

Exdutae exuviae.

Excipuum quod excipiatur ; ut *praecipuum* quod ante capitur.

Exciet excutiet.

Expatiare in locum patentem se dare, sive in spatium se conferre.

EXPRETA. Hucine redit gl. Ansil. (=Abol.) EX 1044 Expreta : valde consumpta ? Notus est Plautinus versus (Bacch. 446) :

it magister quasi lucerna uncto expretus linteo.

EXCUDERE. Quae supra, s. v. Cudere (54, 15), disputaverat Verrius ad hanc doctrinam pertinere credit Reitzenstein (Verrianische Forschungen 32), quam ad adnotationes Plauti Amph. 159 vel Pseud. 614 bene revocat.

EXPLORARE. pro excl.] noli credere Verrium hoc pro certo habuisse. Cf. infra, s. v. Plorare (260, 4 significat apud antiquos plane inclamare).

EXPAPILLATO. Alia lectio erat effafilato (cf. infra, 73, 17, s. v.). Nonius (103, 2) in suo Plauti exemplari repperit expapillato cum marginali interpretatione ‘ quasi usque ad papillam renudato ’. Glossam Philoxeni ex Festo tractam Latine vertisse videtur Gloss. Nom. (Expapillato : nudato). Hinc etiam Gloss. Ansil. (=Abol.) EX 153 Ex. : exserto brachio ad mammam,

EXBURES. Cf. infra, s. v. Inbutum (96, 30 quod cuiuspiam rei sucum perbibit).

EXDORSUA. Eandem lectionem repperit in suo Plauti exemplari Nonius (17 et 95). Qui extant Plauti codices (Ambrosianus hic deest) habent : exossata fac sient. Et lectionem exossata memoravit Festus, si ex Festo (quod prorsus incertum est) venit gl. Philox. EX 109 Exossat ἐξοστατίζει (pro qua vix audeo legere <Exdorsua :> exossa, ἐξοστάϊζε): Repperit ps. -Placidus in scriptore antiquo (cum marginali glossa vel ‘ iudicandum ’ vel ‘ indicandum ’) formam exdorsuandum.

EXSCENDERE. Si Festina et integra est gl. Philox. ES 2 (Escendit : συμβαίνει), scripsit Festus non egredi sed evenire.

EXPERITOS. Cf. ps. -Plac. Experitus : non peritus sed extra peritiam positus, sicut expers extra partem.

EXPLENUNT. Cf. supra, s. v. Danunt (60, 8) ; infra, s. v. Nequinont (160, 3) ; s. v Prodinunt (254, 22), Redinunt (362, 3).

EXDUTAE. Falsa, ni fallor, forma secundum analogiam formae indutus -a-um ficta Cf. infra, s. v. Exuviae (70, 28 ab exuendo dictae).

Edecumata **(exd– ?) electa.**

Expectorat ex pectore eicit.

Experrectus **est qui per se vigilare coepit ;** *expergitus* ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum.

Excidionem urbis a caedendo dictam manifestum est.

Effata (exf– ? ecf– ?) elocuta.

Exporgere porro agere, exporrigere.

Exoletus qui adolescere, id est crescere desiit.

Exanclare **exhaurire.**

? (Nonius et Placidus) Exanclare exhaurire <ex Graeco veniens> Plautus Sticho (272) :

ne iste edepol vim poculo pauxillulo
saepe exanclavit submerum scitissume.

Examen est et aequamentum et iudicii investigatio et apium congregatio vel locustarum.

Examussim regulariter ; *amussis* enim regula fabrorum est vel, ut alii volunt, ferramentum quo in poliendo utuntur. <**Plautus**>.

EDECUMATA (–im– **codd.**) Hincine Gloss. Cyrill. (=Philox.) Edecumo : ἀποδεκατῶ ?

EXPECTORAT. Hinc gl. Abba (= Abol.) Expectorat : extra pectus eicit. Vix ex Nonio (16, 1 Expectorare est extra pectus eicere) qui citat (sicut credo etiam Festus citavit) notissimum versum Ennii (trag. 21 R.) :

tum pavor sapientiam omnem mi exanimato expectorat.

EXPERRECTUS. Vide quae dixi supra, s. v. (69, 17).

EXPERGITUS. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) EX 541 Expergitus : experrectus, expergefactus ?

EXCIDIONEM. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) EX 240 Excidio : excisio ?

EFFATA. Cf. infra, s. v. (71, 14). Non hinc, sed ex scholio Vergiliano fluxit gl. Abstr. EF20 Effata : locuta. Aut hinc aut ex marginali ad Verg. adnotatione gl. Abol. EF13 Effatus : elocutus.

EXPORGERE. An ex Plauto (v. g. Pseud. 1) exemplum addend. ? Cf. infra, s. v. Porigam (244, 1... ducto verbo a porro regam... antiqui etiam porgam dixerunt).

EXOLETUS. Hincine Gloss. Philox. EX 106 ; 112 Exoletus : ὑπέραχμος καὶ ἐξώλης, τριβακός ? Cf. supra, s. v. Adolescit (5, 12 exoletus qui excessit olescendi, id est crescendi modum). An ex Plauto (Curc. 473 ; Poen. 17) exemplum addend. ?

EXANCLARE. Hinc gl. AA (= Abol.) Exanclare : exhaurire ; e Graeco. Videtur mihi Nonius haec ex De Verb. Signif. sumpsisse et Placidus (nonps.–Plac.) Festum exscripsisse potius quam Nonium. Illud 'ex Graeco veniens' Placidus habet, non Nonius. Cf. supra, s. v. Anclare (10, 16 h urire, a Graeco descendit). Hincine Gloss. Philox. EX 18 Exanclat : ἀρύεται ? Ex marginali in Apuleio adnotatione fluxisse videtur gl. Abol. EX 53 (Exanclasti : exhausti) ; sed incertae originis est gl. Ansil. EX 78 Exan laverint : pertulerint. Ex versu a scholiasta Vergil. citato venisse videtur gl. Abstr. EX 95 Exanclandi : p ragendi.

EXAMEN. Hincine Gloss. Philox. EX 13-14 Examen : ἐξέτασις, ἀκρόασις, δικαστήριον (-ων?), σήκωμα ? Hinc, ni fallor, gl. Abav. (=Abol.) EX 6 Examen : iudicium vel apium congregatio. Citavitne Festus Plautum ?(Truc. 314) :

neque istuc insegesti tergo coget examen mali.

EXAMUSSIM. Cf. supra, s. v. Amussim (6, 1 regulariter : tractum a regula ad quam aliquid exaequatur, quae amussis dicitur) ; s. v. Emussitata (67, 1). Plautus, v. g. Most 102 :

factae probe examussim.

[C]f. Varr. Quaest. Plaut. II (ap. Non. 9, 14) : Amussis est aequamen, levamentum, id est [a]pud fabros tabula quaedam qua utuntur ad saxa coagmentata : Plautus...

Exagogen evectionem. <**Plautus**>.

Exurgentes exprimentes.

' Ex-gregiae ' *egregiae*, id est e grege lectae

Exodium exitum.

Exoriri surgere.

Exuviae ab exuendo dictae.

Exercitus et militum copia dicitur et homo multis negotiis exercitus ; sed superius quarti ordinis, hoc secundi est.

Exomides (ἐξωμίδες) sunt comici vestitus exsertis humeris.

Exiles et *ilia* a tenuitate *inarum*, quas Graeci in chartis ita appellant, videntur esse dicta.

Exilica (–uli–) *causa* quae adversus exulem agitur.

Exitium antiqui ponebant pro exitu ; nunc exitium pessimum exitum dicimus.

Exercirent sarcirent. <**Terentius** (Haut. 143) :

qui opere rustico
faciundo facile sumptum exercirent
suom,>

Exercitionem <et> *exerciti* dicebant antiqui exercitationem <et> exercitati ; item. *exercitiorem* <et> *exercitissimum*, sicut ab exercitato exercitatiorem <et> exercitatissimum.

Exfuti (ecf–?) effusi ut *mertat* pro mersat.

EXAGOGEN. Hincine Gloss. Philox. EV 9 Evectio : ἐξαγωγή ? Plaut.]v. g. Truc. 716 ; Rud. 631.

EXURGENTES. An –is –is ? Non haec pars verbi est in Plaut. Rud. 1008 :
quasi peniculus novus exurgeri solet.

EGREGIAE. Cf. supra. s. v. Abgregare (21, 22 egregius dicitur e grege lectus), Hincine Gloss. Philox. EG 15 Egregia : ἐξοχωτάτη (unde fortasse Gloss. Abav. EG 9 Egregiae : extantiae) ? Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) EG 65 Egregium : ex grege praecipuum ?

EXODIUM. Cf. Non. 27, 12 (Exodium est finis ; a Graeco tractum, quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ, id est extra viam), qui exempla e Varrone profert ; ps. –Plac. Ad exodium : ad finem vel terminum.

EXORIRI. Ex marginali in Terentio et in Vergilio adnotatione glossae Abol. EX 72 Exorere : exsurge, 109 Exoritur : exsurgit. Non hinc provenerunt.

EXUVIAE. Hincine Gloss. Philox. EX 225 Exuviae : λάφυρα. ἐκδύματα ? Hincine glossae Ansil. (=Abol.) EX 1440-1441 Exuvias : vestes, spolia, EX 1443 vestes ; ab exuendo dictas ? Vix gl. Ansil. incertae originis EX 1447 Exuviae hominum dicuntur induviae deorum apud Paganos.

EXERCITUS. Cf infra, s. v. Exercitionem et Exerciti (71,10).

INARUM. Cf. infra. s. v. Ilia (92,31 dicta ab ina, quae pars chartae est tenuissima).

EXITIUM. Hincine gl. AA (=Abol.) Exitium : periculum seu exitum malum vel calamitas ? Exitio (non exitium) significat exitum vel evitationem in Plaut. Capt. 519.

EXERCIRENT. Codices qui extant Terentii habent ' exercerent ', sed ' exercirent ' indicat scholium in codice Bembino. Id scholium ex Donati Commento (in hac parte nunc deperdito) sumptum esse videtur. Donatus nimirum in suo Terentii exemplari veram lectionem repperit. Nec possum quin moneam Donati testimonium de veris Terentianis lectionibus fere numquam in errore esse. In errore sunt hodierni philologi qui non intellexerunt cuiusmodi revera sit lacerum illud, contaminatum et miserum fragmentum quod solum nunc de Donati Commento superest.

EXERCITI. Cf. supra, s. v. Exercitus (71,1) An huc redit gl. Philox. EX 22 Exercipes : ταχυδρόμος, δρομεύς καὶ κούρσωρ ?

EXFUTI. Est corrupta gl. Abol.(EF 16 Effute : vanae loquis sine effectu), cuius si ver

? (Plac.) *Effutire* foras aliquid effundere vel producere cum garrulitate. Dicimus enim *futiles* homines vanos superfluos et loquaces ; et est metaphora a vasis quae quassa et rimosa non tenent quae inieceris.

Effari et *effata* a fando ; quod ipsum ex Graeco ὥς φάτο..

Equirria ludi quos Romulus Marti instituit per equorum cursum qui in Campo Martio exercebantur.

Equirine iusiurandum per Quirinum.

Equestre aes quod equiti dabatur. *Equitare* antiqui dicebant equum publicum merere.

Equus Marti immolabatur quod per eius effigiem Troiani capti sunt, vel quod eo genere animalis Mars delectari putaretur. *Equo vehi flamini Diali non licebat* ne, si longius digrederetur, sacra neglegerentur.

Exinfulabat exserebat ; *infulas* enim sacerdotum filamenta vocabant.

Existimare dictum ab aestimatione.

Exrogare (ero - ?) est ex lege vetere aliquid eximere per novam legem.

Eximium inde dici coeptum quod in sacrificiis optimum pecus e grege eximebatur vel quod primum erat natum.

---

forma est <Effutire :> effute, id est vane, loqui sine effectu (cf. Gloss. AA Effute : vane loqui sine effectu). Festum hoc lemma quasi etymon verbi Effutire adhibuisse colligimus Cf. infra, s. v. Futtiles (79,7 qui ... tacenda... effundunt). Ne tamen illud ' sine effectu ' Festo attribuas monet Gloss. Abstr. EF 14. Cf. Gloss. Corp. E 76 Effuit : vane loquitur. Est etiam alia gl. Abol. (EF 10) Effutare : mentiri, diffamare (ex glossa Terentiana ?) Et variam lectionem in archetypo indicare videtur gl. corrupta Ansil. (= Abol.) EF 9 Effacit : vane loquitur ; alii effutit, dicit. Necnon est alia gl. Ansil. (= Abol.) EF 168 Effutire : simul verba fundere. Placidi (non ps. -Placidi) verba credo ex Festo esse sumpta. quassa] cassa codd. Isidori (10,109), qui Placidum excerpsit. Cf. Donat. Phorm. 746 : Effutire dicitur ab eo quod est effundere ; nam translatio est a vase futili nomine quod patulo ore, fundo acuto instabile nihil per se continet ; unde et futilis dicitur eiusmodi homo qui nihil inter se contineat et semper inanis sit.

MERTAT. Cf. infra, s. v. (111, 19 pro mersat dicebant).

EFFARI. Cf. Varr. L. L. 6, 53 : Hinc effata dicuntur, qui<a> augures finem auspiciorum caelestum extra urbem agris sunt effati ut esset ; hinc effari templa dicuntur : ab auguribus effantur qui in his fines sunt. Hanc vocem auguralem Vergilius arripuit ; v. g. Aen. 3, 463 (vates sic ore effatus), ubi Serv. auct.: Verbo augurali usus est, quia scit loca sacra, id est ab auguribus augurata, ' effata ' dici.

EQUIRRIA. Cf. infra, s. v. Martialis Campus (117, 25 in eo Equirria solebant fieri siquando aquae Tiberis Campum Martium occupassent). Cf. Varr. L. L. 6, 13 : Ecurria ab equorum cursu ; eo die enim ludis currunt in Martio Campo.

EQUIRINE. Cf. supra, s. v. Eccere (68, 16 iusiurandi est ac si dicatur per Cererem, ut ecastor edepol).

EQUUS MARTI. Cf. infra, s. v. October Equus (190, 11 qui in Campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior) ; s. v. Panibus (246, 21 redimibant caput equi immolati idibus Octobribus in Campo Martio).

INFULAS. Cf. infra, s. v. Infulae (100, 7 filamenta lanea quibus sacerdotes et hostiae templaque velantur).

EXROGARE. Vide supra ad Derogare (61,3 cum quid ex lege vetere quominus fiat sancitur lege nova). Hincine Gloss. Philox. ER 13 Erogare : ἐξοδιάζειν?

EXIMIUM. Cf. Macrob. 3, 5, 6 : Eximii... sacerdotale nomen est ; Veranius enim in

Exemplum est quod sequamur aut vitemus ; *exemplar*, ex quo simile faciamus. Illud animo aestimatur, istud oculis conspicitur.

Exhaustant efferunt.

Exin metri causa dicitur pro exinde.

Exesto extra esto. Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitabat, « hostis, vinctus, mulier, virgo exesto » ; scilicet interesse prohibebatur.

Epulares appellabantur qui in quibusdam ludis nocte epulabantur.

Epistylium trabs quae super columnas ponitur.

Epeus nomen cuiusdam fabri qui equum dureum fecit.

Epicrocum genus amiculi croco tinctum, tenue et perlucidum.

Epulam antiqui etiam singulariter posuere.

Epilimma (–pal– ?) genus vilissimi unguenti.

Erctum citum [*que*] fit inter consortes, ut in libris legum Romanorum legitur. Erctum a coercendo dictum ; unde et *erciscendae* et *ercisci*. Citum autem est vocatum a ciendo.

Ederam flamini Diali neque tangere neque nominare fas erat pro eo quod edera vincit ad quodcumque se applicat ; sed ne *anulum* quidem gerere ei licebat solidum aut aliquem in se habere *nodum*.

Edeatroe (?) qui praesunt regiis epulis, dicti ἀπὸ τῶν ἐδεσμάτων.

Ervum et *ervilia* a Graeco sunt dicta, quia illi ervum ὄροβος, erviliam ἐρέβινθος appellant.

Ergo correptum significat idem quod apud Graecos οὐκοῦν, producte idem quod χάριν, hoc est gratiā, cum scilicet gratia intellegitur pro causa. Sed illud superius

---

Pontificalibus Quaestionibus docet eximias dictas hostias quae ad sacrificium destinatae eximantur e grege, etc.

EXEMPLUM. Hincine Gloss. Philox. EX 55 Exemplum : ἀντίγραφον, ἀντίτυπον ὑποδεῖγμα (cf. EX 53) ·

EXHAUSTANT. Cf. Gloss. Abba (– Abol.) Exhaustam : exhauriunt. Vel cf. Gloss. ps.-Plac. Exhaust[e]rantibus : ubertim fluentibus veluti exhaurientibus.

EXESTO. vinctus] cf. Serv. auct. Aen. 4, 518 : Ad Iunonis Lucinae sacra non licet accedere nisi solutis nodis. Et cf. infra, s. v. Ederam (72, 23).

EPEUS. Verg. Aen. 2, 264 ; Ipse doli fabricator Epeos. De quo Serv. auct. (ad loc.) Epeos, Panopei filius.

EPICROCUM. Vide ea quae scripsi supra, s. v. Diabathra (65, 13). Hinc Gloss. Philox. (fort. una gl.) EP 4 ; 6 Epicrocum : ἐσθῆτος εἶδος. Epicrocum : δηλαυγές Citavitne Festus Plaut. Pers. 96 (« epicrocum pellucidum ») ? Cf. ps. — Plac. Epicroca : perlucida.

EPULAM. vix Epulum.

ERCISCUNDAE. Hinc fortasse gl. Philox. ER 1 : Erciscundae : διαιρέσεως. Et Isid. Etym. 5, 24,9 : Familia herciscunda est divisio hereditatis inter heredes ; herciscunda enim apud veteres divisio nuncupabatur. Cf. gl. Cyrill. (=Philox.) Erctus citus : διαίρεσ ὑπαρχόντων. Erciscundae familiae : διαιρετέας οὐσίας . Sed ex adnotatione in Apulei marginali provenisse videtur gl. Abol. ER 3 Erciscendae : evocandae, dividendae.

EDEATROE. Hincine gl. AA (– Abol.) Edesmata : ad comedendum electa (vel del–) Scripsitne Festus ἀπὸ τῶν ἐδ. <quae ad comedendum elegunt> ?

ERVUM. Incertae originis est Gloss. Philox. ER 27 Ervum : ὄροβος.

ERGO. Verrii, ni fallor, sunt omnia, cuius temporibus ergò in usu erat, praeter quod antiqua pronuntiatio antiquae et fere obsoletae postpositioni assignabatur. Incertae originis est gl. Abol. ER 7 Ergo : causa.

etiam sine exemplis notum est ; hoc inferius sic formatur cum dicimus de aliquo ' statua donatus est honoris virtutisque ergo ', id est honoris virtutisque gratia.

Eritudo servitudo.

Erugere semel factum significat quod eructare saepius. Illud enim perfectae formae est, hoc frequentativae. **Ennius** (Ann. 379)

> **contempsit fontes quibus ex erugit aquae vis.**

Erebum Vergilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos, cum ait (Aen. 6, 404) :

> imas Erebi descendit ad umbras ;

interdum flumen eiusdem loci, dicens (Aen. 6, 671) :

> et magnos Erebi transnavimus amnes.

Varro vero Erebo natam Noctem ait ; unde est et illud (trag. inc. 132) :

> Erebo creata fuscis crinibus, Nox, te invoco.

Effafilatum exsertum, quod scilicet omnes exserto brachio sint ' exfilati ' id est extra vestimentum filo contextum. <Plautus (Mil. 1180)>.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. Abav. EU 18) *Ebitere* . ἀρχαίως egredi.

(Gloss. Philox. EL2) *Ellam* : ἐκείνην.

(Gloss. Philox EN30) *En siet* : εἴη δέ.

(Gloss. Philox. EN 32) Entoridia *vel* Etorida (*Interidea* ?) : ἐν τῷ μεταξύ.

(Gloss. Philox. EX 188) *Extar* <*a*>*ulla* : ubi exta <co>quebantur.

F

I. Ex Paulo Diacono.

Fornacalia sacra erant cum far in fornaculis torrebant.

Formiae oppidum appellatur ex Graeco, velut ' Hormiae ', quod circa id crebrae stationes tutaeque erant, unde proficiscebantur navigaturi.

Forma significat modo faciem cuiusque rei ; modo calida[m] ut cum exta quae dantur *deforma* appellantur ; et Cato ait de quodam aedificio (inc. 23) : Aestate fri-

---

ERITUDO. An Er. <dominatio, ut> se. ? Cf. ps. –Plac. Eritudo : dominatio. Et similiter Festus, si e Festo fluxit gl. Cyrill. (= Philox.) Eritudo : δεσποτεία. Pro alia corrupta gl. ps.- Plac. (Eritum : dominum) fortasse est legend. Eritium : dominium. Cf. infra, s. v. Famulitium (77,9 dicebatur quod nunc servitium).

ERUGERE. Supplevi ex Macrobii exc. Bob. 651, 35, hinc nimirum sumptis (Eructo etiam a quo principali veniat quaeritur ; et est a verbo erugit. Ennius, etc.)

EFFAFILATUM. Cf. ps. –Plac. Effafilatus : exerto humero, hoc est extra filum manum proferens. Ad eundem versum spectant Fest. et ps. –Plac., qui supra (s. v. Expapillato Brachio 69, 25) laudatus est. Aliam partem verbi repperit ps. Plac. in antiquo scriptore nescioquo, Exfabillavero (–fafi–) : exeruero.

EBITERE. Ex Philox., id quod declarat illud ἀρχαίως.

INTERIDEA. pro interea, sicut postidea pro postea. An endoteridea ?

EXTAR. Cf. Plaut. Rud. 135 :

> aut aulam extarem aut aliquid — quid verbis opust ?

FORNACALIA. Cf. infra, s. v. (82, 30) ; s. v. Popularia Sacra (298, 20) ; s. v. Quirinalia (304,9) ; s. v. Stultorum Feriae (420,3).

FORMIAE. De mutato H sono in F vide quae citavi infra, s. v. Faedum (74,9), praesertim Serv. Aen. 7, 695 : Formiae quae Hormiae fuerant, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς.

FORMA , calida '. Cf infra, s. v. Forcipes (74, 6) ; s. v. Formucapes (81, 10).

gido, hieme formid . Item forma appellatur puls miliacia ex melle.

Fordicidis boves *fordae*, id est gravidae, immolabantur ; dictae a fetu,

Foedus appellatum ab eo quod in paciscendo foede hostia necaretur. Vergilius (Aen. 8, 641) :

et caesa iungebant foedera porca.

Vel quia in foedere interponatur fides.

Forcipes dicuntur quod his *forma*, id est calida. capiuntur. <..*Formosus* ?>

'*Forbeam*' antiqui omne genus cibi (herbae ?) appellabant quam Graeci φορβήν vocant.

Faedum antiqui dicebant pro haedo, *folus* pro holere, *fostim* pro hoste, *fostiam* pro hostia.

FORDICIDIS. i. e. -diis. Cf. infra, s. v. Horda (91, 17 praegnans ; unde dies quo gravidae hostiae immolabantur Hordicidia).

FORDAE. Hinc Gloss. Philox. FO 17 Fordas : ἐγκυμονούσας, FO 21 Forba (lege Fordicidia) :θυσία ἐγκύμονος βοός. **An** fordas i. e. gravidas immolabant ? **An** d. a fetu <quasi ferentes> ? Cf. Varr. L. L. 6, 15 : Fordicidia a fordis bubus ; bos forda quae fert in ventre ; quod eo die publice immolantur boves praegnantes in curiis complures, a fordis caedendis Fordicidia dicta ; R. R. 2, 5, 6. Boves etiam dicere videtur Serv. auct. Aen. 2, 140 (hostia... si gravida fuerat, forda dicitur ; quae sterilis autem est taurea appellatur). Unde igitur illud sus Gloss. Corp. F 274 Forda sus : praegnans ? Vide ne ex ps. -Placido emanaverit, siquidem is scripsit Forda : plena, dicta a praegnante <sue> quod proprie significat.

FOEDUS. Illud foede confirmat Serv. Aen. 1, 62 : Foedus autem dictum vel a fetialibus... vel a porca foede, hoc est lapidibus occisa, ut ipse " et caesa iungebant foedera porca ". Servius etymon fetiales potest ex Donato male intellecto sumpsisse. Cf. Serv. auct. Aen. 8, 641 : Porca... cum ante gladiis configeretur, a fetialibus inventum ut silice feriretur, ea causa quod antiqui Iovis signum lapidem silicem putaverunt esse ; Cicero foedera a fide putat dicta. Isidorus (Etym. 18, 1, 11) in scholiis Vergilianis potius quam in Festo niti videtur. Incertae et originis et significationis est gl. Abol. FI 11 Fidifragus : refraga fidei. Sed Varro indicat Ennium ' fidus ' pro foedus scripsisse (L. L. 5, 86). Cf. infra, s. v. Fidusta (79, 26).

FORCIPES. Cf infra (81, 10) : ' Formu-capes ' forcipes dictae quod forma capiant, id est ferventia. Illud ' formu-capes ' fictam esse formam intellege ex Serv. Aen. 8, 453 : Forfices sunt quibus incidimus, forcipes quibus aliquid formum tenemus, quasi ' formi-capes ' : nam formum est calidum, unde et formosos dicimus quibus calor sanguinis ex rubore pulchritudinem creat. Potest sane Servii doctrina (per Donatum) e Festo fluxisse. Et eam doctrinam indidem profectam exhibet Isidorus Etym. 20, 13, 3 : Forfices secundum etymologiam, si a filo dicuntur, F ponitur, ut forfices quae sunt sartorum ; si a pilo, P, ut forpices quae sunt tonsorum ; si ab accipiendo, C, ut forcipes, eo quod formum capiant, quae sunt fabrorum ; formum enim dixerunt antiqui calidum ; unde et formosus. Sed nonnisi illud formosus addere ausus sum, quamquam gl. Abol. FO 8 (Fornum : callidum), nisi scribae dormitantis est, indicare videatur Festum etiam de fornace, etc. dixisse. Cf. Donat Phorm. 107 : Fornum veteres ignem et calorem quendam quasi fervorem dixerunt, et ideo fornaces, forcipes, formam, et formosos ex quibus amoris ignis exsolvitur.

FORBEAM, i. e. herbeam, vox, ni fallor, ficticia qua ex Graeco vocabulo φορβή ad Latinum herba eatur. Hinc Gloss. AA (— Abol.) Fordea (lege -rbea): omnis herba. Cf. Serv. auct Geo. 1, 120 ; Nigidius commentario grammaticali " φορβή, sed antea fibra dicta est, ut nunc etiam rustici dicunt " ; potest ergo hic « fibris » pro herbis accipi.

FAEDUM. vel fedum. antiqui] immo rustici. Cf. Varr. L. L. 5, 97 : Hircus, quod Sabin

Furvum nigrum vel atrum ; hinc dicta *furnus, Furiae, funus, fuligo, fulgus, fumus.*

Fodare fodere.

Forctes (-us ?) frugi et bonus (-os ?) sive validus (-os ?)

Forum sex modis intellegitur. Primo negotiationis locus, ut forum Flaminium, forum Iulium, ab eorum nominibus qui ea fora constituenda curarunt ; quod etiam locis privatis et in viis et agris fieri solet. Alio in quo iudicia fieri, cum populo agi, contiones haberi solent. Tertio cum is qui provinciae praeest forum agere dicitur, cum civitates vocat et de controversiis eorum cognoscit. Quarto cum id forum antiqui appellabant quod nunc vestibulum sepulchri dicari solet. Quinto locus in navi, sed cum masculini generis est et plurale. Sexto fori significant et Circensia spectacula, ex quibus etiam minores *forulos* dicimus. Inde et *forare, foras dare,* et *fores* et *foras* et *foreculae,* id est ostiola, dicuntur.

Fons a fundendo dictus.

Fomites sunt assulae ex arboribus dum caeduntur excussae, dictae quod in eo opere occupati cibis potuque confoventur. At Opilius adustas iam fomites vocari existimat. Fomites alii vocari putant scintillas quae ex ferro candenti malleis excutiuntur ; dictae autem ita quia igne sunt confotae. Pari modo assulae, quae sunt securibus excussae.

Fontinalia (-tan- ?) fontium sacra ; unde et Romae *Fontinalis porta.*

Folium a Graeco venit, quod illi dicunt φύλλον ; sed ideo per unum L quia antiqui non geminabant consonantes.

Focus, fomenta, focilationes, focula a

---

fircus ; quod illic faedus, in Latio rure haedus ; Quintil. 1, 5, 20 (aedos ircosque) ; Serv. Aen 7, 695 ; Faliscos Halesus condidit ; hi autem, immutato H in F, Falisci dicti sunt, sicut febris dicitur quae ante hebris dicebatur, Formiae quae Hormiae fuerunt, ἀπὸ τῆς ὁρμῆς Cf. supra, s. v. Formiae ; s. v. Fordicidis ; infra, s. v. Horctum ; s. v. Hanula ; s. v. Horreum.

FODARE. Fodentes est in Ennii versu (Ann. 504) infra, s. v. Sybinam (453, 11) laudato. Quid sit in Ann. 571 (ap. Varr. L. L. 7, 100 : Hoc verbum Ennii dictum a fodiendo) celat unicus qui extat Varronis codex.

FORCTES. Cf infra, s. v. Horctum (91, 14 et forctum pro bono dicebant) ; s. v. Sanates (474, 26 in XII cautum est ut idem iuris esset Sanatibus quod Forctibus, id est bonis).

FORUM. Exscripsitne Festum Paulus ?

Circensia] cf. Charis. 32, 19 K : Fori loca spectaculorum ; item fori sunt in navibus quo nautae sedentes remigant.

FONS. Cf. Varr. L. L. 5, 123 ; Fons unde funditur e terra aqua viva. Sed ordo displicet. Cur non Fons, Fontinalia, Fomites, Focus, etc. ?

FOMITES. confoventur] O stultum etymon ! Melius Serv. auct. Aen. 1, 176 : Fomites sunt assulae quae ab arboribus cadunt quando inciduntur, quod foveant ignem ; Clodius Scriba commentariorum IV " fomenta taleae excisae ex arboribus » ; item alio loco " astulae ambustae, ligna cavata, a fungis nomine excepto ". Unde Isid. Etym. 17, 6 26.

FONTINALIA. Cf. Varr. L. L. 6, 22 : Fontanalia a Fonte, quod is dies feriae eius ; ab eo tum et in fontes coronas iaciunt et puteos coronant.

FONTINALIS PORTA. Cf. Huelsen (Rhein. Mus. 49, 411).

FOCUS. Cf. Varr. Rer. Div. (ap. Serv. auct. Aen. 3, 134) : Focus dictus a fotu, ut colina ab eo quod ibi ignis colatur, etc. Ex Donato (qui Varronem laudat) Isid. Etym. 20, 10,1.

fovendo, id est calefaciendo, dicta sunt.

Folliculare appellatur pars remi quae folliculo est tecta; a quo "*vita follicularis*".

Ferentarii auxiliares in bello, a ferendo auxilio dicti; vel quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur non tenentur, ita appellati.

Ferctum genus libi dictum quod crebrius ad sacra ferebatur; nec sine *strue*, altero genere libi, quae qui adferebant *struferctarii* appellabantur.

Feralia <**Parentalia**> dis Manibus sacrata festa, a ferendis epulis, vel a feriendis pecudibus appellata.

Feria a feriendis victimis vocata.

Februarius mensis dictus quod tum, id est extremo mense anni, populus *februaretur*, id est lustraretur ac purgaretur. Vel a *Iunone Februata*, quam alii *Februalem*, Romani *Februlim* vocant, quod ipsi eo mense sacra fiebant; eiusque feriae erant *Lupercalia*, quo die mulieres februabantur a Lupercis *amiculo Iunonis*, id est pelle caprina; quam ob causam is quoque dies *Februatus* appellabatur. Quaecumque denique purgamenti causa in quibusque sacrificiis adhibentur *februa* appellantur; id vero quod purgatur dicitur *februatum*.

Fescennini versus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescennina dicuntur allati sive ideo dicti quia fascinum putabantur arcere.

FOCULA (-li **codd.**) Cf. Non. 9, 25: Focula dicta sunt nutrimenta; unde et foculare dicitur, ut fovere; Plautus Persa (104):

at edes; nam iam intus ventris fumant focula.

A Latino fōculum. i. e. fŏvĭculum.

VITA FOLLICULARIS, i. e. nautica. Vox puta Enniana vel Luciliana.

FERENTARII. Cf. infra, s. v. (83, 2 levis armaturae pugnatores); s. v. Velati (506,2[5] ferentarii qui fundis ac lapidibus pugnabant, quae tela feruntur non tenentur). Et vide supra ad Adscripticii (13, 26 ferentarios, quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent quae in hostes iacerent). Hinc, ni fallor, Gloss. Amplon. II (= Abol.) Ferentarii: signiferi vel vexilliferi. Conditor igitur Abolita Glossarii male legerat vexillo pro 'auxilio'.

FERCTUM. Ab hoc antiquo vocabulo Isidorus (Festo scilicet usus) mire offertorium Christianum derivat (Etym. 6, 19, 24). Dubito utrum ex Festo an ex Paulo hauserit Gloss. Vat. 1469 Fertum: genus panis ad sacrificium.

STRUFERCTARII. Cf. infra, s. v. Strufertarios (376, 12).

FERALIA. Cf. Varr. L. L. 6, 13: Feralia ab inferi i>s et ferendo, quod ferunt tum epula ad sepulcrum quibus ius ibi parentare; Div. Rer. (ap. Macrob. Sat. 1, 4, 14). Supplevi e Gloss. Abol. FE 15 (Feralia: Parentalia), quae glossa glossae Festinae vicina est.

FERIA. Melius infra, s. v. Ferias (76, 17 antiqui fesias vocabant).

FEBRUARIUS. Iunonis] Inui **docti**. Cf. Unger (Rhein. Mus. 36, 72). Cf. Varr. L. L. 6, 13: Lupercalia dicta quod in Lupercali Luperci sacra faciunt; rex cum ferias menstruas nonis Februariis edicit, hunc diem Februatum appellat; februm Sabini purgamentum, et id in sacris nostris verbum; nam et Lupercalia februatio, ut in Antiquitatum libris demonstravi; 6, 34: Mensis... posterior ut idem dicunt scriptores, ab diis inferis Februarius appellatus, quod tum his parentetur; ego magis arbitror Februarium a die Februato, quod tum februatur populus, id est Lupercis nudis lustratur antiquum oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum. Docet Varronis locus alter qua via Verrius a lemmate Feralia ad lemma Februarius processerit. Hucine redeunt gl. corruptae Ansil. FE 15-16 Februa: p[l]uto dea Paganorum, Februare: purgare?

FESCENNINI. Cf infra, s. v. Fesceninoi (76, 16 qui depellere fascinum credebantur).

Fenus et *feneratores* et lex de credita pecunia *fenebris* a fetu dicta, quod crediti nummi alios pariant, ut apud Graecos eadem res τόκος dicitur. *Fenum* quoque pratorum ab hac causa est appellatum, quando id ipsum manens quotannis novum parit ; unde etiam et *festuca* vocata est.

Felicata patera dicta quod ad felicis herbae speciem sit caelata.

Fescemnoe (-ceninoi ?) vocabantur qui depellere fascinum credebantur.

Ferias antiqui *fesias* vocabant. Et aliae erant sine die festo, ut nundinae ; aliae cum festo, ut Saturnalia, quibus adiungebantur epulationes ex proventu fetus pecorum frugumque.

Ferire dictum quod ferientes ferantur.

Feliconés mali et nullius usus, a felice dicti.

Ferus ager incultus.

Factio et *factiosus* initio honesta vocabula erant ; unde adhuc factiones histrionum et quadrigariorum dicuntur. Modo autem nomine factionis seditio et arma vocantur.

Fama a fando dicta ; sic apud Graecos φήμη ἀπὸ τῆς φάσεως.

Familia antea in liberis hominibus dicebatur, quorum dux et princeps generis vocabatur pater et mater familiae. Unde familiae nobilium Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum ; et *familiares*, ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam *famuli* appellari coeperunt, permutata I cum U littera.

Facessere significat interdum facere, ut est (Verg. Aen. 4, 295) « iussa facessunt ». Interdum vero facessat pro abeat

---

FENUS. Cf. infra, s. v. Fenum (83, 8). Cf. Varr. Serm. Lat. III (ap. Gell. 16, 12, 7) : Fenerator a fenore est nominatus ; fenus autem a fetu et quasi a fetura pecuniae parientis atque increscentis.

FELICATA PATERA. Cf. Cic. Parad. 11 : Quid ? A Numa Pompilio minusne gratas dis immortalibus capudines ac fictiles urnulas fuisse quam felicatas S aliorum pateras arbitramur ?

FESCENINOI. Cf. supra, s. v. Fescennini Versus (76, 6).

FESIAS. festas codd. Cf. Varr. ap. Vel. Long. 73, 9 (apud antiquos fesiae). Addiditne Festus « unde etiam dies festus » ? Cf. Gloss. Ansil. (= Abol. ?) FE 342-3 Feriae : otia, quasi festa ; indicticiae et honorariae dicuntur ?

FERIRE. ferantur] sc. irā. Vix efferantur (i. e. feri fiunt).

FERUS. Cf. Varr. R. R. 1, 7, 7 : In locis feris.. in iis quae sunt culta.

FACTIOSUS. Cf. supra, s. v. Axitiosi (3, 6).

FACTIO. Hincine Gloss. Philox. FA 19-21 Factiosus : νεωτεριστής, Factionem : συνσκευήν, Factio : τάγμα ?

FAMA. Cf. Varr. L. L. 6, 55 : Ab eodem verbo fari... fama et famosi. Hincine Gloss. Philox. FA 45 Fama : φήμη ? Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) FE 160 (Feme : fama Graece ; vides quia ex Graeco venit) ?

FAMILIA. I cum U] cf. Vel. Long. 67, 2 ; 75, 12, etc. Cf. infra, s. v. Famuli (77, 12 unde et familia vocata). Hincine Gloss. Corp. (= Abol.) F 106 Familiaris : amicus ; quasi unius familiae ; Gloss. AA (= Abol.) Familiaris : amicus vel domesticus ; tamquam unus ex familia ?

FACESSERE. Significationis ' abire ', ' discedere ', ' recedere ' usitatum exemplum est Terentii is quem supplevi versus. Facessit ' facit ' frequentativam formam appellavit Servius (Aen. 4, 295 ; Geo. 4, 547) : pro intensiva forma habuit Verrius, siquidem ad Festum redit corrupta gl. Abol. FA 9 Facessit dicitur facit et libenter facit ; gl. Ansil. (= Abol. ?) FA 80 Facessit : plus facit, ut capessit plus capit.

ponitur. <Terentius (Phorm. 635) « haec hinc facessat »>. Pacuvius (326) " facessite omnes hinc ", id est abite.

Facul antiqui dicebant et *faculter* pro facile; unde *facultas* et *difficultas* videntur dicta. Sed postea facilitas morum facta est, facultas rerum.

Famuletium <et *famulatus*> dicebatur quod nunc servitium.

? (Schol. Isid.) Siquis tempore famis aliquem nutriendo servasset, eum famulum habebat. Hinc et *famulus* dictus, ut quibusdam placet.

Famicosam terram palustrem vocabant.

Famuli origo ab Oscis dependet apud quos servus *famel* nominabatur; unde et *familia* vocata.

Fagutal sacellum Iovis in quo fuit fagus arbor quae Iovis sacra habebatur.

Fovi qui nunc Favi (-bi ?) appellantur dicti quod princeps gentis eius ex ea natus sit cum qua Hercules in fovea concubuit. Alii putant eum primum ostendisse quemadmodum ursi et lupi foveis caperentur.

Faces antiqui dicebant ut fides.

Famino dicito.

Facem in nuptiis in honorem Cereris praeferebant; *aqua aspergebatur nova nupta* sive ut casta puraque ad virum veniret sive ut ignem atque aquam cum viro communicaret.

Fabam nec tangere nec nominare Diali flamini licet quod ea putatur ad mortuos

---

FACUL. Partem crede esse eius doctrinae quam habes infra, s. v. Perfacul (236, 16 anti qui et per se facul dicebant quod nunc facile dicimus; inde permansit in consuetudine facul tas). Facile] i. e. adverbium. Recte etiam Nonius (111, 21 Facul pro faciliter; huic contra rium est difficul); sed prave (ex Festo male intellecto ?) Donatus Phorm. 610 : Hoc voluj nomen est, ut hoc facul; sic enim per ἀποκοπήν veteres loquebantur.

FAMULETIUM. Hinc gl. Ab Abs. (= Abol.) Famulitium, famulatum: <servitium> gl. AA (= Abol.) Famulatum : servitium ; gl. Cyrill. (= Philox.) Famulatus, famulatio δουλεία. Quid ps.-Placidus scripserit vix constat. Si scripsit (Famulitio : servitio, u eritio : dominatio<ne>), reppererat in antiquo scriptore abl. casum. Vide supra, ad Eri tudo (73, 7 servitudo).

FAMICOSAM. Supplementum quod praecedenti lemmati dare ausus sum monstra viam, siquidem Verrius voces fames et famex coniunxit.

FAMULI. Aliter supra, s. v. Familia (77, 1).

FAMEL. Expectes haec post lemma Facul, cum mentione Ennii (Ann. 313) :

mortalem summum Fortuna repente
reddidit e summo regno ut famul oltimus esset (unde Lucr. 3, 1035).

FAGUTAL. Cf. infra, s. v. Septimontium (458, 4 ; 476, 3). Cf. Varr. L. L. 5, 49 : Regioni Esquiliae... ibi lucus dicitur Facutalis et Larum Querquetulanum sacellum.

FOVII. Scripserat Verrius (et Festus ?) Fa. olim Fo. appellabantur, etc. Cf. Plu Fab. 1, 1-2. Aliter (a faba) Plin. N. H. 18, 10. Cf. Unger (Rhein. Mus. 36, 53).

FACES. i. e. quintae declinationis. Declarat derivativa vox facetus.

FAMINO. Cur lemmata Faces, Facem dividit ? Eratne in exemplo antiquae Faces forma citatio ? An novus fons Verrii, scilicet liber de Nuptiis, succedit ?

FACEM. Cf. infra, s. v. Patrimi et Matrimi (282, 24 unus facem praefert ex spina alba) s. v. Rapi Solet Fax (364, 29 qua praelucente nova nupta deducta est).

AQUA. Cf. supra, s. v. Aqua et Igni (3, 1 tam interdici solet damnatis quam accipiunt nuptae, videlicet quia hae duae res humanam vitam maxime continent).

FABAM. Cf. Gell. 10, 15, 12 ; Capram et carnem incoctam et hederam et fabam nequ tangere Diali mos est neque nominare. Ex Varrone Plin. N. H. 18, 118-119 : Damnat

pertinere ; nam et Lemuralibus iacitur Larvis, et Parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore eius luctus litterae apparere videntur. *Flamen Dialis* dictus quod filo assidue veletur ; indeque appellatur *flamen* quasi ‘ filamen ’. Dialis autem appellatur a Dio, a quo vita dari putabatur hominibus

(Schol. Isid.) Flamines [id est sacerdotes Paganorum] calceis de morticinis pellibus non utebantur.

Famella deminutivum a fama.

Faviani (–abi– ?) et *Quintiliani* appellabantur Luperci a Favio (–abi ?) et Quintilio praepositis suis.

Fastorum libri appellantur in quibus totius anni fit descriptio (dis– ?) ; *fasti* enim dies festi sunt.

Fanum a Fauno dictum ; sive a fando, quod dum pontifex dedicat certa verba fatur.

Fastigium aedificii summum.

Fari a fovendo.

Favisae locum sic appellabant in quo erat aqua inclusa circa templa. Sunt autem qui putant favisas esse in Capitolio cellis cisternisque similes ubi reponi erant solita ea quae in templo vetustate erant facta inutilia.

---

ut alii tradidere, quoniam mortuorum animae sunt in ea, qua de causa parentando utique adsumitur ; Varro et ob haec flaminem ea non vesci tradit et quoniam in flore eius litterae lugubres reperiantur. Ex Plinio, ni fallor, Didymus (Geopon. 2, 35, 6). Lemuralibus. Cf Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 135, 13) : Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu ac dicunt se Lemurios extra ianuam eicere. [luct. litt.] Quas litteras in nigris fabae floris signis agnoverit Varro non liquet. Cf. Crusius (Rh. Mus. 39, 166).

FLAMEN. Cf. Varr. L. L. 5, 84 : Flamines, quod in Latio capite velato erant semper ac caput cinctum habebant filo, flamines dicti. Alia lemmata, nunc disiecta, quae huc pertinent sunt Equo Veli (71, 23). Ederam (72, 23), Funebres Tibiae (82, 14), Iurare (92, 25), Praeclamitatores (292, 3). Non Festum, sed Servium Aen. 8, 664 excerpsit Isid. Etym. 7,12, 18-19. Coniunctam habes disputationem de flamine Diali in Gell. 10, 15 : Caerimoniae impositae flamini Diali multae, item castus multiplices quos in libris qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabii Pictoris lib. I scriptos legimus, etc. [Dio] an dio ? Cf. infra, s. v. Ordo Sacerdotum (198, 36). Dialis, quia universi mundi sacerdos qui appellatur dium). Cf. supra, s. v. Dium (65, 20 ; 62, 13). Cf. Varr. L. L. 5, 84 : Cognomina... obscura Dialis et Furinalis, cum Dialis ab Iove sit (Diovis enim) etc.

QUINTILIANI. Cf. infra, s. v. (308, 8).

FASTORUM. Cf. infra, s. v. Fastis Diebus (83, 6 iocunda fari licebat, unde viam hinc ad sequens lemma discernis.

FANUM. Cf. infra, s. v. Fana (83, 5 quod fando consecrantur). Cf. Varr. L. L. 6, 54 : Hinc fana nominata, quod pontifices in sacrando fati sunt finem ; 7, 36 : Apud Ennium... (Ann. 214) « versibus quos olim Fauni vatesque canebant » ; Fauni dei Latinorum, ita ut et Faunus et Fauna sit ; hos versibus quos vocant Saturnios in silvestribus locis traditum est solitos fari, a quo fando Faunos dictos. (Cf. infra, s. v. Saturno, 432, 13). Varronem adhibet Serv. auct. Geo. 1, 10-11, qui etiam dicit : Quidam Faunos putant dictos ab eo quod frugibus faveant ; Cincius et Cassius aiunt ab Euandro Faunum deum appellatum ideoque aedes sacras ‘ fauna ’ primo appellatas, postea fana dicta, et ex eo qui futura praecinerent fanaticos dici.

FAVISAE Verrio iudice, ni fallor, quasi favi apum. [qui putant] i. e. Varro (cf. Gell. 2, 10), qui Valerio Sorano assensit dicenti prius eas ‘ flavisas ’ ideo appellatas esse quod in eas non rude aes argentumque sed flata signataque pecunia conderetur. Gellium excerpsit Nonius (112, 26).

Faventia bonam ominationem significat ; nam praecones clamantes populum sacrificiis favere iubebant. *Favere* enim est bona fari ; at veteres poetae pro silere usi sunt favere.

Falcones dicuntur quorum digiti pollices in pedibus intro sunt curvati a similitudine falcis.

Farreum genus libi ex farre factum.

Falarica genus teli missile quo utuntur ex falis, id est ex locis extructis, dimicantes. *Falae* dictae ab altitudine, a *falado* quod apud Etruscos significat caelum.

Fatantur (–ent– ?) multa fantur.

Farfenum (–rum) virgulti genus. <**Plautus** (Poen. 478) :

eo praesternebant folia farferi>.

Fascinum et *fas* a fando nominantur.

Fartores nomenclatores, qui clam velut infercirent nomina salutatorum in aurem candidati.

Fur<i>*nalia* sacra Furinae quam deam dicebant.

Furcilles (?) sive *furcilla* (–ae ?) quibus homines suspendebant. <.. **Furcifer**>.

Fundus dicitur ager quod planus sit ad similitudinem **fundi** vasorum. Fundus

---

FAVENTIA. Citavitne Festus Acc. trag. 510-511 ?

cives ominibus faustis augustam adhibeant.
faventiam, ore obscena dictu segregent.

FAVERE. Cf. Serv. auct. Aen. 5, 71 : Praeco magistratu sacrificante dicebat " favete linguis, favete vocibus ", hoc est bona omina habete aut tacete ; (Paene eadem Donat. Andr 24) ; Geo. 1, 18 ; 4, 230.

FALCONES. Cf. supra, s. v. Capuam (38,9). Hinc Gloss. Abol. FA 32 Falcones : qu pollices pedum intro curvos habent ; Gloss. Philox. FA 40 Falcones : δάκτυλοι ποδῶν ἔσω βλέποντες.

FARREUM Cf supra, s. v. Diffarreatio (65, 17).

FALARICA. Ex schol. Aen. 9, 702 (exscript. in Isid. Etym. 18,7, 8) venit gl. Abstr. (FA 37 ; Gloss. Ansil. AL 38, etc.).

FALAE. Cf. Serv. auct. Aen. 9, 702 (contorta falarica venit) : Hoc autem telo pugnatur de turribus quas falas dici manifestum est ; unde et in Circo falae dicuntur divisiones inter euripum et metas, quod ibi constructis ad tempus turribus his telis pugnari solebat ; Non. 114, 5.

FATENTUR. ante Falae in codd. An ante Fascinum transponend. ? Similiter Varro (L. L. 6, 52-55) multus est in verbo fari et eius derivativis. Suspicor Verrium scripsisse Fatentur, quasi ' fatantur ' multa fantur

FASCINUM. i. e. fascinatio, ut supra, s. v. Fescennini Versus (76, 6).

FARTORES. Dat. sing. repperit ps. –Plac. in scriptore antiquo (Fartori : nomenclatori)

FURINALIA. qu. de. di.] Festi, non Pauli, possunt esse ; cf. Varr. L. L. 6, 19 : Furrinalia a Furrina, quod ei deae feriae publicae dies is : cuius deae honos apud antiquos, nam ei sacra instituta annua et flamen attributus : nunc vix nomen notum paucis. Cf. Savage (Trans. Amer. Philol. Assoc. 56, 238).

FURCILLES. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) FU 237-238 Furca : patibulum, supplici genus in quo homines adpensi cito exanimantur ? Supplevi ex Gloss. Philox. FU 34 (Furcifer : σταυροκόμιστος, δικρανοφόρος. οἱ πταίοντες ἀντὶ τιμωρίας δίκρανον ἐν τοῖς τραχήλοις ἔχοντες περιεβώμιζον δία τῆς πόλεως περιαγόμενοι) ;
unde verba Festi colligere potes.

FUNDUS. Cum Varro L. L. 5, 37 etymon in fundendo quaerat, hoc lemma cum sequentibus duobus iungo. Hincine Gloss. Philox. FU 27 Fundus : χωρίον, ἀγρὸς καὶ πυθμήν ?

quoque dicitur populus esse rei quem (quam) alienat, hoc est auctor.

utare arguere est, unde et *confutare*. Sed Cato hoc pro saepius fuisse posuit.

uttiles dicuntur qui silere tacenda nequeunt sed ea effundunt. Sic et vasa futtilia a fundendo vocata.

lagratores dicebantur genus hominum quod mercede flagris caedebantur.

lustra dicuntur cum in mari fluctus non moventur, quam Graeci μαλακίαν vocant. <Naevius (Pun. 64) :

oneraria onustae stabant in flustris.>

(Isid.) Flustra sunt motus maris sine tempestate fluctuantis ; unde Naevius in Bello Punico sic ait " oner. . . . fl. ", ac si diceret in salo.

Flator tibicen <.. " flat flator " >

Flemina dicuntur cum ex labore viae sanguis defluit circa talos. Plautus (Epid. 670) :

ita, dum te sequor,
lassitudine invaserunt misero in genua flemina.>

Flaminius Circus et *Via Flaminia* a Flaminio consule dicta sunt qui ab Hannibale interfectus est ad lacum Thrasimennum.

Flaminiae aedes domus flaminis Dialis.

Flamm[e]ari infectores flammei coloris ; *violari* violacii dicuntur. <Plautus (Aul. 510) :

flammarii, violarii, carinarii.>

FUTARE. Repperitne in Catone ps. -Plac. futavit (cum glossa ' fuit '), futavere (cum glossa ' fuere ') ?

CONFUTARE. Recte Nonius (87,8) : Confutare est confundere. Cf. infra, s. v. Refutare 346, 7 significat, redarguere... a fando versa A littera in U, etc.).

FUTTILES. Vide supra, ad Exfuti (71, 13).

FLAGRATORES. Cf. ps. -Plac. Flagratores : qui se flagris conducti caedunt.

FLUSTRA. Anglice ' ground-swell '. In Naevio ridiculam adnotationem invenit ps. -Plac. (in flustris : in portu). Isidorus (Nat. Rer. 44, 3) Festum exscripsisse potest, Graeco vocabulo omisso. Potest tamen ex Suetonii Prat. hausisse, qui ipse ex Verrio hauserat.

FLATOR. Ex Gloss. Philox. FL 14 (Flat flator : φυσᾷ αὐλητής) supplevi, sed dubitanter. Cf. ps. Plac. Flatores : tibicines ; a flando.

FLEMINA. Aliena videtur gl. Abol. (FL 1 Fleuma : diffusio sanguinis), minus certe FL 7 Plemina : cum in manibus vel pedibus callosi sulci sunt. Similia morborum nomina coniunxit versus notissimus Lucilii (1195) :

inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxit,

quibus Festinas glossas servavit Paulus : Bova (27, 28 crurum tumor viae labore collectus), Tama (495, 12 cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem fecit). Sed, nisi in exiguo indicio fallor, cum hic de talis, non de cruribus mentio fiat, alioversus specto : glossam Plautinam videor agnoscere et hic et in ps-. Placidi verbis, quae sic lego, Fleminum : pestis in qua sanguis ambulando in pedes fluit.

FLAMINIUS CIRCUS. Cf. Varr. L. L. 5, 154 : Item simili de causa circus Flaminius dicitur qui circum aedificatus est Flaminium campum, et quod ibi quoque ludis Tauriis equi circum metas currunt.

FLAMINIAE AEDES. Cf. 94, 5 (domus flaminia) ; Serv. auct. Aen. 8, 363 (flaminia domus).

FLAMMARII. Quot glossas ex hoc loco Plautino exhibuerit Verrius, quot obtinuerit Festus nescimus. Sed illuc possumus referre fortasse (s. v. Patagium, 246, 28) Patagiarii : qui eiusmodi faciunt. Dea Fortuna commode vetuit lemma Violarii a lemmate Flammarii avulsum in V capitulum semoveri.

Flumentana porta Romae appellata quod Tiberis partem ea fluxisse adfirmant.

Flammeo amicitur nubens ominis boni causa quod eo assidue utebatur *Flaminica*, id est Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.

Fidusta a fide denominata, ea quae maximae fidei erant.

Fides genus citharae dicta quod tantum inter se chordae eius quantum inter homines fides concordet ; cuius deminutivum *fidicula* est.

(Placidus) Fidiculae sunt ungulae quibus torquentur in eculeo adpensi.

Fixulas (?) fibulas.

Fiscellus (-llo ?) casei mollis appetitor, ut *catillones* catillorum ligurritores.

Fiber genus bestiae quadripes. Plautus (inc. 26) " sic me subes cottidie quasi fiber salicem " ;

<**a fibris**> quo nomine extremae orae fluminis appellantur. Unde et *fibras* iocinerum et *fimbrias* vestimentorum dicimus.

Fratria uxor fratris.

Frivola sunt proprie vasa fictilia quassa ; unde dicta verba frivola quae minus sunt fide subnixa.

Frater a Graeco dictus est φρήτρη, vel quod sit fere alter.

FLAMMEO AMICITUR. Cf. infra, s. v. Flammeo Vestimento Flaminica Utebatur (82 6 id est Dialis uxor et Iovis sacerdos, cui telum fulminis eodem erat colore).

FIDUSTA. Hinc Gloss. AA (=Abol.) Fidustum : fidum, fidele[m]. Cf. supra, s. v. Con foedusti (35, 26 foedere coniuncti) et Varr. L. L. 5, 86 : Foedus, quod fidus Ennius scribi dictum.

FIDES. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) FI 111 Fidibus : chordis ; fidis enim cithara chordam designat ; fides autem dictae quod fidem sibi servent nec alterius sonos imiten tur ?

FIDICULA. Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. FE19 Fidicula : genus tormentorum ; Gloss Abba (=Abol.) Fidicula : genera tormentorum sicut lamminae ; Gloss. Cyrill. (=Philox Fidicula : βασάνου γένος, Fidiculae : ὄνυχες οἱ εἰς τὰς βασάνους ; Plac. (non ps. -Plac quem exscripsi.

FIXULAS. Cf. infra, s. v. Fivere (81, 23 pro figere).

FISCELLUS. Vix possum quin suppleam : Fiscella, a fiscina diminutive, vas vimin gracilis factum, est forma ubi casei exprimuntur. Haec sunt in glossis (Ansil. FI 291 ; 293 Aff. etc.). Sed utrum eae glossae Abol. sint an Abstr. non liquet. Si gl. Abstr. sunt, ad scho Geo, 1, 266 redire videntur (ubi Brev. Exp.: Fiscina genus virgae ubi caseum premitu diminutive fiscella).

CATILLONES. Cf. supra, s. v. (39, 1).

FIBER. subes] subedo, subes, subest. [orae fl.] noli credere ; ficticium est quo via et mologica muniatur. Cf. Varr. L. L. 5, 79 : Fiber, ab extrema ora fluminis dextra et sinist maxime quod solet videri, et antiqui februm dicebant extremum, a quo in sagis fimbriae in iecore extremum fibra [fiber] dictus (-um). Non illud (ni fallor) ficticium februm, s Graecum etymon praebet Isidorus Etym. 19, 24, 20 : Graeci enim terminum ὅρον vocai

FRATRIA. Cf. ps. -Plac. Fratria : fratris uxor.

FRIVOLA. Hincine Isid. Etym. 9, 7, 26 : Frivolus est velut quassae mentis et flux nec stabilis ; proprie autem frivola vocantur fictilia vasa inutilia.

FRATER. Cf. Gell. 13, 10, 4 (unde Non. 36,1) : Fratris autem vocabulum P. Nigidii homo inpense doctus, non minus arguto subtilique ἐτύμῳ interpretatur : « Frater » inquit « est dictus quasi fere alter. »

Frontem antiqui masculino genere dixere.

Fremitum dictum velut ' ferimentum '.

Fratilli villi sordidi in tapetis.

Fracebunt displicebunt. <Ennius in Thyeste (301) :

sin fracebunt condiciones, repudiato et reddito.>

Forago filum quo textrices diurnum opus distinguunt, a forando dictum.

Frutinal templum Veneris Fruti (–tis ?).

Fringilla avis dicta quod frigore cantet et vigeat ; unde et *friguttire*. <Plautus (Cas. 267) :

quid friguttis ? quid istuc tam cupide cupis ?>

Fratrare puerorum mammae dicuntur cum primum tumescunt, quod velut fratres pares oriuntur ; quod etiam in frumento spica facere dicitur. <.. " **fratrarent** > <.. **Plautus in Frivolaria** (85) :

tunc papillae primulum fraterculabant ; illud volui dicere sororiabant.>

Frigere et *frictum* (-ta) a Graeco venit φρύγειν.

Fregellae locus in Urbe in quo civitatis eius hospites habitaverunt.

Festram antiqui dicebant quam nos fenestram.

FRONTEM. Vide supra, ad Corius 53,3 pari modo diverso genere dicebant haec lupus, haec metus, haec amnis, hic frons).

FREMITUM. ferim.] Quid sibi vult ? Spectatne ad nomen fera (cf. Cassiod. in Psalm. 2, 1 : Fremitus proprie ferarum est) ? Estne quasi ferae mentis indicium (cf. Isid. Diff. 1, 226 ; Fremere est furorem mentis usque ad vocis tumultum excitare) ?

FRATILLI. Cave mutes in frac– ; nam ps. –Plac. repperit in scriptore aliquo Fratellis cum interpretatione 'sordium glomusculis ' Sed potest Festus scripsisse : ' Sunt qui legant fracelli, ab eo quod est fraces, unde Ennius> Fracebunt, etc.

FRACEBUNT. Supplevi ex Non. 110, 17, qui tamen testatur flaccebunt. Nam scribit ps. –Plac., ex eodem nimirum versu Ennii, Fracebunt : sordebunt, disciplicebunt ; dictum a frat[r]ibus qui sunt stillicidia sterquilinii. Doctorum in Ennio commentando doctrinam hic et in praecedente lemmate habes, quam potest multo plenius exhibuisse Festus quam Paulus. Quin etiam cum Fratilli potest non solum Fraces sed Forago coniunxisse.

FORAGO. Cf. ps. –Plac. Forago : nota in textura significans cuiusque diei opus.

FRUTINAL. Fruti] Frutis **Solin.** (2, 14 Veneri quae Frutis dicitur).

FRINGILLA. Cf. Varr. L. L. 7, 104 : Multa ab animalium vocibus tralata in homines... Plauti in Casina (267) a fringuilla : « quid », etc.

FRIGUTTIRE. Plenius Nonius, qui ab eo versu quem supplevi initium sumit, eius adnotatione marginali usus (7, 8) : Frigere est et Friguttire et Fritinnire sussilire cum sono vel erigi et excitari, quod quaecumque friguntur vel frigent nimio calore vel frigore cum sono sussiliunt ; 308, 6.

FRATRARE. Si hoc, sicut praecedens lemma Plautinum est, recte supplevi ex lemmate Sororiare (380, 25). Utram significationem, pectoris an spicae, haberet illud fratrarent quod ps. –Plac. in antiquo scriptore repperit non liquet (Fratrarent : turguerent, pubescent). Credo tamen Festum etiam hoc exemplum citavisse. (Cf. Gloss. Accipe (· Abol ? Abstr. ?) Fratescunt papillae cum primum extumescunt. Illud fratescunt ne mutes in net illud in. rel esco.

FRIGERE. Hinc nimirum. Gloss. Philox. (FR 25 ; 23) Frigit : φρύγει, τηγανίζει, Fricta : γανιστά. Cf. infra, s. v. Refriva Fal a (344, 9 quae refrigatur, id est torreatur).

FESTRAM. Acc. sing. repperit ps. –Plac. (Festram : fenestram). Nec trisyllabi certum licium est ante tempora Vergilii (cf. Thes. Lat.) Cave igitur credas Plautum et Teren-

Firmum ἀπὸ τοῦ ἕρματος dictum.

Frausus erit fraudem commiserit.

Faleri oppidum a Fale dictum.

Fraxare (fla– ?) vigiliam (–ias) circuire.

Florifertum dictum quod eo die spicae feruntur ad sacrarium.

Frugamenta (frumenta ?) a frugibus appellata.

Frendere est frangere, unde et *faba fresa* ; unde et dentibus dicimus frendere.

' Formu-capes ' *forcipes* dictae quod *forma* capiant, id est ferventia.

Farrago appellatur id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis.

Fetiales a ferendo (foedere) dicti ; apud hos enim belli pacisque faciendae ius est.

Feretrius Iuppiter dictus a ferendo, quod pacem ferre putaretur ; ex cuius templo sumebant sceptrum per quod iurarent et lapidem silicem quo foedus ferirent.

---

tium trisyllabice scripsisse. De exquisitiore vocabuli significatione disputavit Ant. Gnipho (ap. Macrob. 3, 12, 8) : Quod est ostium minusculum in sacrario, quo verbo etiam Ennius usus est.

FIRMUM. Reliqua pars est infra, in H capitulo s. v. Ἕρμα (88, 20 a Graecis ponitur pro firmamento ; unde etiam Mercurii nomen, inventoris firmae orationis dictum ; interdum etiam saburram significat).

FRAUSUS. Neutralia verba in antiquo sermone eandem coniugationem atque soleo, –litus sum, -lere exhibebant : fraudo (–deo ?) –sus sum, –dere ; taceo, –citus sum, –cere ; maereo, –stus sum, –rere, etc. Sic Plaut. Asin. 286 :

metuo in commune nequam fraudem frausus sit.

FALERII. Fale' Haleso (cf. Serv. Aen.7, 695 Faliscos Halesus condidit ; hi autem, inmutato H in F, Falisci dicti sunt) vel fala (cf. supra, 78, 20, s. v. Falarica) vel Falerio(cf. Solin 2, 7 Ab Haleso Argivo Faliscam, a Falerio Argivo Falerios) docti.

FRAXARE. Cf. ps.- Plac. Flaxare : vigilias circumire. Suspicor hoc testimonium pro diisse in etymologia vocis anfractus. Cf. Varr. L. L. 7, 15 : Quod est (Acc. 336 R.) « terra rum anfracta revisam », anfractum est flexum, ab origine duplici dictum, ab ambitu e frangendo ; ab eo leges iubent « in directo pedum VIII esse viam, in anfracto XVI », id es in flexu ; Gloss. Abstr. (ex Schol. Aen. 11, 522) Anfractu : reflexu adeunti difficili (cf. Glo saria Latina I praef. p. 6).

FRUGAMENTA. An <Frumenta quasi> 'frugamenta' etc. ?

FRENDERE. Cf. supra, s. v. Defrensam (65, 22). Si Festus citavit aut Pacuvium (11)

fruges frendo sola saxi robore,

aut Accium (478) :

saxo fruges frendas,

vides viam ex lemmate Frugamenta ad Frendere.

FORMU-CAPES (vox ficticia). Vide supra, s. v. Forcipes (74,6).

FARRAGO. Dubito supplere ex gl. Ansil. (FA 409 ; FE 232) Farrago : fruges in herba colore. Potest enim gl. Abstr. esse (non Abol.) et ex scholio Vergil. emanasse (cum FE 2[illegible] Farra : veteres farre vivebant, ut Cymbri ; unde et farrago dicta). Sed confirmat aliq[illegible] tenus gl. Abav. (—=Philox.) FE 18 Farrago : viridis γράστις.

FETIALES ferendo] a sequente lemmate sumptum est (ut infra, 84, 14). Cf. Glos Ansil. FE 537 Fetiales : qui ante ' foediales ' dicti sunt ; foedus vero a Fetialibus dictur Varro (L L 5, 86) derivat a fide.

FERETRIUS Alia etyma memorat Propert. 4, 10, 46 sqq.

Femur, femoris et *femen*, feminis.

Fenero et *feneror* dici potest.

Frux, frugis dixerunt antiqui ; *fructam* (?) et fructum.

Ferocit apud Catonem ferociter agit <..“ ferocibant ”>.

Fivere item pro figere.

Fruniscor et *fruni'tum* dixit Cato ; nosque cum adhuc dicimus infrunitum, certum est antiquos dixisse frunitum.

Felices arbores Cato (inc. frag. 27) dixit quae fructum ferunt, *infelices* quae non ferunt.

Falsius et *falsior* cum rationabiliter dici possint, non tamen sunt in consuetudine.

Furum genetivus pluralis a fure.

Fucilis falsa ; dicta autem quasi fucata. .. “ **fucili fallacia** ” . .

Feriae statae appellabantur quod certo statutoque die observarentur.

Fluoniam Iunonem mulieres colebant quod ea m] sanguinis fluorem in conceptu retinere (nebat) [putabant].

Flammeo vestimento Flaminica utebatur, id est Dialis uxor et Iovis sacerdos, cui telum fulminis eodem erat colore.

FEMUR. Hincine Gloss. Abba (= Abol.) Femur dupliciter effertur, hoc est femur femoris et femen feminis ?

FENERO. Potest Placidus (non ps. –Plac.) e Festo hausisse : Faenero et faeneror dicimus ; habetque quattuor participia, ab activo duo, faenerans faeneraturus, a passivo duo, faeneratus faenerandus.

FRUX. Cf. ps. –Plac. Frugem fecisti : pro bene fecisti ; unde quidam frugi a fruge landa>.

FEROCIT Supplevi ex Gloss. Abol. FE 16 (Ferocibant : in ferociam ibant). In antiquo scriptore (Catone ?) repperit ps. -Plac. particip. praes., Ferocientes : ferociam exercentes. Cf. Gloss. Ansil. (= Abol.) FE 381 Ferocire : furere velociter (ferociter ?).

FIVERE. item] apud Catonem. Cf. supra, s. v. Fixulas (80, 1 pro fibulas) ; infra (in parte ii O-capituli), s. v. Offivebant (claudebant seris).

FRUNISCOR. Cf. Gell. 17, 2, 5-8. Hincine Gloss. Abav. (= Abol.) FR 35 Fruniscitur : fruitur, intercipit ?

FELICES. inf.] Cf. Plin. N. H. 16, 108 : Infelices autem existimantur damnataeque religione, quae neque seruntur umquam neque fructum ferunt.

FALSIOR. Vide Thes. Lat. VI 191, 17. Voxne Catoniana ? An (cum sequente lemmate) e disputatione de analogia ? Cf. supra, s. v. Citior (54, 2 comparativum a cito Plautus, etc.) infra, s. v. Repulsior (364, 13 secunda conlatione dixit Cato) ; s. v. Ratissima (364, 18 ab his quae rata dicimus... Cato).

FURUM. Cf. Plin. Serm. Dub. VI (ap. Charis. 137, 5) : Murum Cicero (Deor. Nat. 2, 157) non murium ; quoniam non, ut fures furum et augurum et celerum dicimus, ita quoque murum censere debemus, etc.

FUCILIS. Supplevi ex ps. –Plac. Fucili fallacia : a fuco dicta. Quae verba Plauto attribuit dubitanter Goetz (Ind. Ienens. 1893-94, p. IV).

FERIAE STATAE. Cf. infra, s. v. Stata Sacrificia (466, 22) ; supra, s. v. Conceptivae Feriae (55, 1) ; Denicales Feriae (61, 23 celebrantur cum hominis mortui causa familia purgatur ; Graeci enim νέκυν mortuum dicunt) ; infra, s. v. Privatae Feriae (282, 15 vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denecales).

FLUONIAM IUNONEM. Vide supra ad Cinxiae Iunonis (55, 20).

FLAMMEO. Cf. supra, s. v. Flammeo Amicitur Nubens (79, 23 ominis boni causa, quod eo assidue utebatur Flaminica, id est flaminis uxor, cui non licebat facere divortium) Et vide supra ad Curiales Flamines (56, 7).

Fulguritum id quod est fulmine ictum, qui locus statim fieri putabatur religiosus quod eum deus sibi dicasse videretur. *Fanatica* (?) dicitur arbor fulmine icta.

Fulmen dictum a fluore (?) flammae.

Fulgere prisci pro ferire dicebant, unde fulgus dictum est.

(Isid.) Fulgur et fulmen, ictus caelestis iaculi, a feriendo dicti ; fulgĕre enim ferire est atque percutere.

Funebres tibiae dicuntur cum quibus in funere canitur, quas flamini audire putabatur inlicitum.

Flaminius camillus puer dicebatur ingenuus patrimes et matrimes qui flamini Diali ad sacrificia praeministrabat : antiqui enim ministros *camillos* dicebant. Alii dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine cum pater filio de agri cultura praeciperet, " hibernô pulvere, verno luto grandia farra, camille, metes ".

Flaminia dicebatur sacerdotula quae flaminicae Diali praeministrabat ; eaque *patrimes et matrimes* erat, id est patrem matremque adhuc vivos habebat.

Ficolea (?) palus ficulneus.

Flaminius lictor est qui flamini Diali sacrorum causa praesto est.

Frequentarium frequentem.

Fornacalia feriae institutae sunt farris torrendi gratia, quod ad fornacem quae in pistrinis erat sacrificium fieri solebat.

Furvum bovem, id est nigrum, immolabant Aeterno (?).

Ferentarii levis armaturae pugnatores.

Faustulum porcillum (–ell– ?) feturam porcorum.

Familiaris Romanus privatus Romanus.

Fana, quod fando consecrantur.

FULGURITUM. locus] bidental, ubi inscriptum est F(ulmen) S(acrum) C(onditum (cf. Comment. Lucan. 1, 607). Haec et sequentia coniunge cum Portenta sqq. (284, 4-17) Cyparissiae (56, 8) ; Renovativum Fulgur (366, 5).

FULMEN. fluore] cf. Apul. Mund. 16 (Stellae.. fluor.. qui.. cometes vocatur) : fulvor **Bugge** : fulgore **docti**. Cf. Varro L. L. 5,70 : Ab eo quod ignis propter splendorem fulget fulgor (–ur) et fulmen et fulguritum quod fulmine ictum contrariis dis.

FULGERE. Perfect. ind. repperit ps. -Plac. in antiquo scriptore (quem hic fortasse laudavit Festus) Fulsit : feriit vel percussit ; fulgere enim ferire est, unde quoque fulmen dictum est. Isid. (Etym. 13, 9, 1)ex Festo hausisse videtur. Haud scio an et illud fulgus et illu iaculi confirmentur gl. Abol. (Festina ?) FU 57 Fulmen : fulgus vel iacula.

FUNEBRES TIBIAE. Cf. infra, s. v. Nenia (154, 19 carmen quod in funere laudand gratia cantatur ad tibiam).

FLAMINIUS. Cf. Serv. auct. Aen. 11, 543 : Romani quoque pueros et puellos nobile et investes camillos et camillas appellabant flaminicarum et flaminum praeministros.

CAMILLUS. Cf. supra, s. v. (38,8). Carmine] idem profert Macrob. 5, 20, 18 : In libr vetustissimorum carminum, qui ante omnia quae a Latinis scripta sunt compositus vide tur, invenitur hoc rusticum vetus canticum ; Serv. auct. Geo. 1,101 : Est carmen rustico rum antiquum.

MATRIMES. Cf. infra, s. v. (113,5 ac patrimes dicuntur quibus matres et patres adhu vivunt.)

FICOLEA. Nempe eius mentio erat in flaminis Dialis caerimoniis.

FORNACALIA. Cf. supra, s. v. (73, 19 sacra erant cum far in fornaculis torrebant).

FURVUM. Cf. supra, s. v. (74, 11 nigrum vel atrum ; hinc dicta furnus Furiae funus fu go fulgus fumus). Aeterno] Helerno **Merkel** : Aterno **Mueller**. Cf. Otto (Rhein. Mus. 64, 46

FERENTARII. Cf. supra, s. v. (75, 14).

FANA. Cf. supra, s. v. Fanum (78, 6).

Fastis diebus iocunda (?) fari licebat ; *nefastis* quaedam non licebat fari.

Fenum appellatur naturalis terrae fetus ; ob quam causam et nummorum fetus *fenus* est vocatum, et de ea re *leges fenebres*.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. Philox. FA 109) *Favea* : παιδίσκη.

(Gloss. Abol. FI 23) *Fitilla* : cibi genus ex farre vel olere, pultes cum larido in sacris [Gentilium].

? (Gloss. Abol. FL 16) *Flocci* : fortuita.

(Gloss. Philox. FO 27) *Formio* (pho–) : κόφινος, παρῆκται δὲ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ. ὡς ὁ Ἡσίοδος (Op. 482) :

<οἴσεις δ' ἐν φορμῷ>.

(Gloss. Abol. FR 11) *Freniculus* (–os) : ulcera circum rostrum quae iumentis fiunt asperitate frenorum.

G

I. Ex Paulo Diacono.

Gerrae crates vimineae. Athenienses cum Syracusas obsiderent et crebro gerras poscerent, irridentes Siculi « gerras » clamitabant. Unde factum est ut gerrae pro nugis et contemptu dicantur.

Genas Ennius palpebras putat cum dicit hoc versu (Ann. 532) « pandite sulti<s> genas et corde relinquite somnum ». Alii eas partes putant genas dici quae sunt sub oculis. Pacuvius genas putat esse qua barba primum oritur hoc versu (362) « nunc primum opacat flore lanugo genas ».

FASTIS. Cf. supra, s. v. Fasterum (78,5). Varro idem etymon ponit (L. L. 6, 29) : Dies fasti, per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari : (L. L. 6, 53) : Hinc fasti dies quibus verba certa legitima sine piaculo praetoribus licet fari : ab hoc nefasti, quibus diebus ea fari ius non est et, si fati sunt, piaculum faciunt. Cf. Macrob. 1, 16, 14, etc. ; Fast. Praen. (Jan. 2) : Fasti dies appe<l>lantur quod iis licet fari apud <magistratus populi Romani ea sine quibu>s verbis lege agi non potest. Cf. infra, s. v. Nefasti Dies (162, 25).

FENUM (–nus codd.) Cf. supra, s. v. Fenus (76, 9).

FAVEA. Plaut. Mil. 797 :

Quasique hunc anulum faveae suae dederit, ea porro mihi.

Ex hac glossa Plautina, e Festo sumpta, confictam et temere adiectam credo (Philox. FA 108) Faveus : παῖς.

FLOCCI. vel Floccim fortuito. Obscuram et dubiae formae glossam haud scio an praetermittere debuerim.

FORMIO. Cf. Donat. Phorm. 122 : Phormio.. a formione dictus sparteo quem nos [illegible]ronem dicimus trivialiter et pro consuetudine.

FRENICULOS. Hinc Isid. Etym. 4, 8, 18 : Frenusculi ulcera circa rictum oris similia [illegible]is quae fiunt iumentis asperitate frenorum.

GERRAE. Cf. supra (in C- capitulo) s. v. Gerrones et Congerrones (35, 15) Cf. ps. –Plac. Gerras : nugas ineptiasque.

GENAS. Iterum citat Ennii versum (et iterum cum sulti pro sultis) Festus s. v. Sultis (462, 9). Cave tamen cum Lachmanno (ad Lucr. 1, 186) inde colligas Romanos in scriptura deficientem finalis S litterae sonitum sic expressisse. Alium Ennii versum citat Servius Aen. [illegible]. 686 : Genis palpebris. Ennius de dormiente « imprimitque genae genam » (trag. inc. 397). [illegible]raecumne etymon ex Festo sumpsit Isidorus (Etym. 11, 1, 43) : Genae sunt inferiores oculorum partes unde barbae inchoant ; nam Graece γένειον barbae ; hinc et genae quod inde

Gentilis dicitur et ex eodem genere ortus et is qui simili nomine appellatur, ut ait Cincius (21) « Gentiles mihi sunt qui meo nomine appellantur ».

Genialis lectus qui nuptiis sternitur in honore Genii, unde et appellatus.

Gens Aelia appellatur quae ex multis familiis conficitur.

Gerusia curia ab aetatis vocabulo dicta. <.. **senaculum** ?>.

Genuini dentes quod a genis dependent.

Gestus quo indicatur quid geratur, praeter participium quod a gerendo deducitur.

Genium appellabant deum qui vim optineret rerum omnium gerendarum. Aufustius « Genius » inquit « est deorum filius et parens hominum, ex quo homines gignuntur ; et propterea Genius meus nominatur quia me genuit. » Alii Genium esse [putarunt] uniuscuiusque loci deum.

Germen est quod ex arborum surculis nascitur ; unde et *germani*, quasi eadem stirpe geniti.

Gemursa sub minimo digito pedis tuberculum, quod gemere faciat eum qui id gerat.

Gingrire anserum vocis proprium est ; unde genus quoddam tibiarum exiguarum *gingrinae*.

Gizeriator (*gingriator* ?) tibicen.

---

incipiant gigni barbae) ? Romanum etymon genu maluerunt antiqui glossographi a ps.-Plac adhibiti (Genis : ea parte vultus quae inter malas et auriculas est ; ideo genae dictae quod infans in utero caput inclinatum inter genua tenet) ; et huic verborum conexioni faverunt medici. v. g. Vindicianus (Gynaec. 456 ; 435 R.), unde Isid. Etym. 11, 1, 108. Cf. Gloss. Ansil. GE 194 Gena : palpebrae ; genua ex genis.

GENIALIS LECTUS. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Genialis lectus ; qui in nuptiis sternitur ; Gloss. Ab Abs. (= Abol.) Gen. lec. : quod nuptiarum die sternatur. Contraria erat gl. Abstr. (GE 12), cuius pleniorem formam servavit Gloss. Corp. G50 Geniales lecti : qui sternuntur puellis nubentibus. Ea gl. Abstr. fluxit ex schol. Aen. 6, 603, ubi Serv. (a Isid. Etym. 20, 11, 5 exscript.) : Genialibus] veluti genialibus ; nam geniales propri sunt qui sternuntur puellis nubentibus, dicti a generandis liberis.

GENS AELIA. Aemilia (quasi ' e familia ') **docti**. Spectavitne Verrius (immo Aelius Stilo) ad Graecum etymon αἰόλος ?

GERUSIA. Cf. Varr. L. L. 5, 156 : Senaculum vocatum ubi senatus aut ubi seniores consisterent, dictum ut γερουσία apud Graecos. Et similiter Festum scripsisse colligo e Gloss. AA (= Abol.) Gerusia quo seneces conveniunt publice ; Gloss. Cyrill. (= Philox.) Senaculum : γερουσία.

GENIUM. gerendarum] gignendarum Varr. ap. Augustin. Civ. 7, 13 : Genius deus est qui praepositus est ac vim habet omnium rerum gignendarum. Sed cf. infra (84, 19), s. v. Geniales Deos (geniales autem dicti a gerendo quia plurimum posse putabantur). loci deum] Cf. Gloss. Cyrill. (= Philox.) Genius : ἔφορος, ὁ δαίμων ὁ ἐφορῶν τόπον τινά.

GERMEN. Hincine Gloss. Abol. GE 6 ; 18 (Germen : initium floris, Germani : ex un germine nati) ? Cf. Isid. Etym. 17, 6, 22 : Germen dicimus surculum praegnantem : unde et germinatio.

GERMANI. Aliter Varr. ap. Serv. Aen. 5, 412 : Germanus est, secundum Varronem in libris de Gradibus, de eadem genetrice manans, non, ut multi dicunt, de eodem genere, quos ille tantum fratres vocat. Servium exscripsit Isid. Etym. 9, 6, 6.

GEMURSA. Cf. Plin. N. H. 36, 8.

GINGRIRE. Hinc Gloss. Philox. GI 10 Gingrum : φωνὴ χηνός ; GI 5 Gingriunt : χῆν ἐκβοῶσιν ; GI 12 Gingrina : εἶδος φωνῆς σάλπιγγος. gingriator] **vel** gingrinator **vel** gingrito

Gizeria ex multis obsoniis decerpta.

Geniales deos dixerunt aquam terram, ignem, aerem ; ea enim sunt semina rerum quae Graecorum alii στοιχεῖα, alii ἀτόμους vocant ; duodecim quoque signa, lunam et solem inter hos deos computabant. Geniales autem dicti a gerendo quia plurimum posse putabantur ; quos postea *Geruntes* vel *Gerulos* appellarunt.

Gnarus cum significet id quod scius, peritus, tamen invenimus *prognare* significare aperte. <..*gnare*..>

Gnephonsum obscurum videlicet ex Graeco quod est κνέφας.

Galli qui vocantur Matris Magnae comites dicti sunt a flumine cui nomen est Gallo, quia qui ex eo biberint in hoc furere incipiant ut se privent virilitatis parte. Alii putant ideo eos sibi genitalia incidere quia violaverint numen patris matrisve, ne possint ipsi fieri parentes.

Gnarigavit apud Livium significat narravit, *gnarivisse* narrasse. <.. *gnaritur*,.. *gnarrat*, .. *gnarurat*... *ignarures*, .. *gnarurem*..>

Gaia Caecilia appellata est ut Romam venit quae antea Tanaquil vocitata erat, uxor Tarquinii Prisci regis Romanorum. Quae tantae probitatis fuit ut id nomen ominis boni causa frequentent nubentes, quam summam asseverant lanificam fuisse

« *Gallam bibere ac rugas conducere ventri* »

GIZERIA. Cf. Marx ad Lucil. 309. Vix aliena est gl. Philox. GI 12 Gileriis(galeris ?) gallinarum : τῶν ἄκρων τῶν ὀρνίθων (unde C. G. L. III 188, 11.)

GENIALES. Hincine altera pars gl. Philox. GA 36 Genialis : ἐπίσημος, γαμήλιος, καὶ στοιχεῖον, τύχη ?

GERULOS. Hincine Gloss. Philox. GE 68 Geruli : χειρισταί, πρακτῆρες ? Supplevi ex Gloss. AA (= Abol.) Geruntes : geruli.

GNARUS. Supplevi ex Gloss. Philox. GN2 Gnarus : γιγνώσκων, ἰδών, εἰδήμων, GN10 Gnare : ἀρχαίως ἐντρεχῶς. Hincine Gloss. Abol. GA 7 Gnarus : scius, peritus.GN2 Gnarus : doctus, scius ?

PROGNARE. Hincine Gloss. AA (= Abol.) Prognare : celeriter vel fortiter ? Cf. Non. 150, 5 (Prognariter strenue, fortiter et constanter) : 154, 26 (Prognariter audaciter).

GNEPHONSUM gnephosum et gnefosum codd. hic : cnephosum codd. supra. Hinc Gloss. Philox. GN 14 Gnetonsum : ἀμαυρόν, σκοτεινόν. Cf supra. s.v. Cnephosum (44, 24 antiqui dicebant tenebricosum ; Graeci enim κνέφας appellant obscurum).

GNARIGAVIT. Supplevi ex Gloss. Philox. GN15 Gnaritur : γνωρίζεται ; GN1 Gnarrat, narrat : διηγεῖται ; GN 9 Gnarurat : γνωρίζει ; IG 2 ; 23 Ignarures : ἀγνοοῦντες ; GN 11 Gnarurem : γνώριμον. Et ps. -Plac. testatur praeterea Gnarigationum : sermonum, conloquiorum. Pro gnaritur habent eius codices Gnoritur : cognitum sive compertum est. Duplex littera R (gnarro, narro) ad syncopen gnar(u)ro referenda videtur.

GAIA CAECILIA. Cf. infra. s. v. Praebia (276,8) ; s. v. Praenominibus (251,6 feminas esse appellatas testimonio sunt Caecilia et Taracia quae ambae Gaiae solitae sint appellari). Cf. Lib. de Praen. 7 : Gaia praenomen usu super omnes celebrata est ; ferunt enim Gaiam Caeciliam, Tarquinii Prisci regis uxorem, optimam lanificam fuisse et ideo institutum ut novae nuptae ante ianuam mariti interrogatae quaenam vocarentur Gaias esse se dicerent ; Plin. N. H. 8, 194 : Lanam in colu et fuso Tanaquilis, quae eadem Gaia Caecilia vocata est in templo Sancus durasse prodente se auctor est M. Varro factamque ab ea togam regiam undulatam in aede Fortunae, qua Ser. Tullius fuerat usus, etc.

GALLAM. Hunc locum Lucilii cum Nonius (445, 13) proferat adnotationis in vocem aceroso causa, discimus revocandas Festi glossas Aceratum (18, 30), Obacerare (203,5) ad glossographorum in his versibus doctrinam.

cum ait Lucilius (501), praemonet parsimonia esse utendum neque gulae indulgendum ventremque coartandum.

Gaulus genus navigii paene rotundum.

Galbeum (–us) ornamenti genus.

Gestit qui subita felicitate exhilaratus nimio corporis motu praeter consuetudinem exultat.

Gn<a>eus, et corporis insigne et praenomen, a generando dicta esse, et ea ipsa ex Graeco γίγνεσθαι apparet.

Ganeum <.. unde *ganeo*..> antiqui locum abditum ac velut sub terra dixerunt. Terentius (Ad. 359) « ubi illum quaeram ? credo abductum in ganeum ».

Galearia a galearum similitudine dicta.

Gnitor et *gnixus* a genibus prisci dixerunt.

Gnotu cognitu. <.. *gnovit*..>

Gravastellus senior Plautus (Epid. 620) « qui est gravastellus qui advenit ? » Ut puto, gravastellus a gravitate dictus.

Gramiae oculorum sunt vitia, quas alii *glamas* vocant.

GAULUS. Hinc Gloss. Philox. GA 23 Gauli : εἶδος πλοίου (unde Gloss. Corp. G30, etc.)

GALBEUM. Cf. supra, s. v. Calbeos (41, 2 armillas dicebant quibus triumphantes utebantur et quibus ob virtutem milites donabantur). Formam in Gloss. Philox. (CA 31 Calbae : κόσμια) confirmat ps. –Plac. Calbae : armillae quibus milites ob virtutem donantur. Sed galbeos (acc. plur.) est in illo loco Catonis quem citat Festus, s. v. Ruscum (320, 21). Cf. gl. corrupt. (=Abol.) quae in Gloss. Aff. et Gloss. Vat. 1468 est, Culpeum (?) : ornamentum.

GESTIT. Cf. Donat. Eun. 555 : Gestire est sensum corporis gestu indicare, quod magis animalium est mutorum ; Vergilius (Geo. 1, 387) « et studio incassum videas gestire lavandi ». Hucine referenda Gloss. AA (=Abol.) (Gestistis : gavisi estis), fortasse ex exemplo a Festo citato ?

GNAEUS. Cf. Lib. de Praen. 5 : Cnaeus ob insigne naevi adpellatus est ; quod unum praenomen varia scriptura notatur, etc.

GANEUM. Cf. Donat. ad. loc. : Ganeum veteres tabernam meretricum dixerunt ἀπὸ τῆ γαίας, τουτέστι γῆς, eo quidem quod ipsa sit in terra, non ut cenacula superius. Hausitne ex Festo Isid. Etym. 10, 114 : Ganeo luxuriosus et tamquam in occultis locis et subterraneis quae γάνεια Graeci vocant ? Et ganeonis Festum mentionem fecisse indicat Gloss. Abol. GA 9 Ganeo : ab eo quod ganeum dicatur proprie receptaculum luxuriosum sub terra. Hucine redit Gloss. Ansil. (=Abol.) GA 99 Ganea : occulta loca et subterranea γάνεια Graeci vocant ? Neque enim ad Isidorum redire videatur, quippe quae alio indiculo signata sit.

GALEARIA. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) GA 37 Galearia : pilleum sive tiara ?

GNIXUS. Cf. infra, s. v. Nixi Di (182, 24 signa...genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus).

GNOTU. Hinc gl. corruptae Philox. (unde supplevi) GN 5-6 Gno<vi>t : οἶδεν, ἐπιγινώσκει Gnotu : γνῶσιν, διάγνωσιν. Ps. –Plac. habet Gnoscet : sentiet, experietur.

GRAVASTELLUS. Alteram lectionem agnovit Festus ; cf. infra, s. v. Ravi Coloris (338, 10 quod genus hominum Plautus appellat ravistellos, etc.). Femin. genus proferre videtur ps. –Plac. si scripsit Gravastella<s> : graves, id est anni<s>.

GRAMIAE. Abl. –dat. plur. proferre videtur ps. –Plac. Gramis : glemis, quae sunt pituitae oculorum.

GLAMAS. Hinc (quam ex Gloss. Cyrill. augeo) Philox. GR 17 Gramia, <glama> : λήμη. Cf. Heraeus (Woch. kl. Phil. 34, 704). Utrum Graecum etymon hic (et in praecedente lemmate γραῦς) memoraverit Festus non liquet. Cf. infra, s. v. Plumbum In Oculis, in parte ii P– capituli.

Groma (-um-) appellatur genus machinulae cuiusdam quo regiones agri cuiusque cognosci possunt, quod genus Graeci γνώμονα dicunt.

Grumus terrae collectio minor tumulo.

Gracchuris urbs Hiberae regionis dicta a Graccho Sempronio, quae antea Ilurcis nominabatur.

Graeca sacra festa Cereris ex Graecia translata quae ob inventionem Proserpinae matronae colebant. Quae sacra dum non essent matronae quae facerent propter cladem Cannensem et frequentiam lugentium, institutum est ne amplius centum diebus lugeretur.

Gruere dicuntur grues, ut sues *grunnire* Unde tractum est *congruere*, hoc est convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est.

Gradivus Mars appellatus est a gradiendo in bella ultro citroque ; sive a vibratione hastae quod Graeci dicunt κραδαίνειν ; vel, ut alii dicunt, quia gramine sit ortus, quod interpretantur quia *corona graminea* in re militari maximae est honorationis.

Grassari antiqui ponebant pro adulari. Grassari autem dicuntur latrones vias obsidentes ; gradi siquidem ambulare est, unde tractum grassari videlicet ab impetu gradiendi. <.. « *Gredinunda* »..> .. « *gradum grandis* » ?

Grallatores appellabantur pantomimi qui, ut in saltatione imitarentur Aegipanas, adiectis perticis furculas habentibus atque in his superstantes ob simulationem cru-

---

GROMA. Hincine Gloss. Philox. GA 30 Gruma : ὄρχια (διόπτρα ?) τεκτονική, GR 86, 85, 90 Gruma : γνώμων, Grumat : μετροῖ, ἐξισοῖ, Grumari : καταστρέψαι, διορθῶσαι ? Certe hinc GR 91 Gruma : βασιλική γνώμη, siquidem illud βασιλική ex regula Festi male intellecta provenit.

GRUMUS Hinc ridicula gl. Philox. (GR 88 Grumi : τύμβοι), male intellecta Festi voce tumuli. Ex Charisio, non ex Festo provenit alia gl. Philox. GR 80 (Grumi : οἱ διορίζοντες τοὺς ὅρους λίθοι), quae tamen nobis indicio est conexionis lemmatum Grumus et Groma.

GRACCHURIS. Cf. Liv. epit. 41 (Gracchuris). Hiberae] A Graeco igitur auctore haec sumpta sunt.

GRAECA SACRA. centum triginta Liv. 22, 36. Cf. Hoffmann (Rhein. Mus. 50, 100).

GRUERE. GRUNNIRE. Hincine Gloss. Philox. GR 84 ; 70 ; 89 Gruunt : γερανίζουσιν, Grunniunt : γρύζουσιν, Grunnit : γρυλλίζει ? Vide supra ad Bombizatio (27, 12).

CONGRUERE. Cf. supra, s. v. (35, 12).

GRADIVUS. Hinc Gloss. Philox. GR 9 Gradivus : τακτικὸς Ἄρης. Aliam disputationem dant Serv. et Serv. auct. Aen. 3, 35.|| gram, sit ort.] Cf. Ovid. Fast. 5, 255.|| graminea cor.] cf. infra, s. v. Obsidionalis Corona (208, 12).

GRASSARI. Hincine Gloss. Philox. GR 38 ; 43 Grassari : ἐπερείδεσθαι, βαδίζειν, λωποδυτεῖν ; GR 44 Grassator : λωποδύτης ? Supplevi indidem ex GR 78 Gredinunda : βαδίζουσα. Cf. Gloss. Abav. (= Abol.) GR 10 Grassator : qui quasi impetu festinationis aliquid committit mali, quasi a gradiendo. Huc etiam revocare velim Gloss. Abol. GR 14 Gradum grandis (interpretatione, ut videtur, amissa, sed cum varia lectione « graderis »). Sane Plautus habet (Truc. 286) :

abire hinc ni properas grandi gradu ;

sed suspicor illud grandis verbum esse (2 Sing. ind. praes.) ; de quo cf. Non. 115, 1.

GRALLATORES. Hinc Gloss. Philox. GR 71 Grallatores : Πανικὰ φοροῦντες. Glossographorum in eodem Plautino versu doctrinam profert Varro L. L. 7, 69 : In Poenulo vinceretis circum cursu vel gralatorem gradu : gralator a gradu magno dictus.

rum eius generis gradiebantur, utique propter difficultatem consistendi. Plautus (Poen. 530) « vinceretis cursu cervas et grallatorem gradu ».

Gravida est quae iam gravatur conceptu ; *praegnans* velut occupata in generando quod conceperit ; *inciens* propinqua partui, quod incitatus sit fetus eius.

Graculi a sono oris vocati ; sive a gerendo dicti quod iacta segetum semina plurimum gerant, vel quod ex olivetis cubitum se recipientes duas pedibus bacas, tertiam ore ferant.

(Isid.) Graculus a garrulitate nuncupatus ; non, ut quidam volunt, pro eo ut gregatim volent, cum sit manifestum ex voce eos nuncupari.

Greges ex Graeco dicti, quod illi γέργερα (γάργαρα) solent appellare.

Grave aes dictum a pondere quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipso numero dictum. Sed bello Punico populus Romanus pressus aere alieno ex singulis assibus librariis senos fecit qui tantundem ut illi valerent. Item *nummi quadrigati* et *bigati* a figura caelaturae dicti.

Glomus in sacris crustulum, cymbi figura, ex oleo coctum appellatur.

Glos, <gloris>, viri soror, a Graeco γαλόως <.. Plautus>.

Gluttire et *glocidare* gallinarum proprium est cum ovis incubiturae sunt.

Glittis subactis, levibus, teneris.

Gluma hordei tunicula ; dictum quod glubatur id granum. Unde et pecus *glubi* dicitur cuius pellis detrahitur.

Gliscere crescere est. *Gliscerae* (?) *mensae* gliscentes, id est crescentes, per instructionem epularum scilicet.

INCIENS. Cf. Gloss. Abav. (=Philox.) IN 31 Inciens : ἀρχαίως gravida ; Gloss. AA (=Abol.) Inciens : cui partus adest, praegnans.

GRACULI, Cf. Varr. L. L. 5, 76 : Merula quod mera, id est sola, volitat ; contra ab eo graguli quod gregatim, ut quidam Graeci greges γέργερα. Quod pergit Festus ad lemma Greges documento est eum Varronianae etymologiae mentionem fecisse. Quare Isidorianum locum adicere placuit, quamquam initium eius (a garr. nunc.) potest Isidori proprium esse. Isidorus nimirum formam graulus adhibere solebat. Varroniana etiam merulae etymologia apparet in Festo, s. v. Merum (111, 12 antiqui dicebant solum ; unde et avis merula nomen accepit quod solivaga est et solitaria pascitur). Varro irridetur a Quintiliano (1, 6, 37) : Sed cui non post Varronem sit venia ? qui.. graculos quia gregatim volent dictos Ciceroni persuadere voluit — ad eum enim scribit —, cum... sit manifestum duci.. ex vocibus avium.

GRAVE AES. Cf. infra, s. v. Sextantarii Asses (468, 30) ; Sesterti (470, 31) ; supra, s. v. Contrarium Aes (5?, 23 grave aes).|| quadrig. big.] cf. Plin. N. H. 33, 46.

GLOMUS. Globus Varr. L. L. 5, 107 : A globo farinae dilatato, item in oleo cocti, dict a globo globi.

GLOS. Supplevi ex Gloss. Philox. GL 28 Glos : ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή, γάλως, παρὰ Πλαύτῳ. GL 31 Glos, gloris : ἀδελφὴ γαμετή, ὡς Πλαῦτος. Sed quomodo iteratio glossae est explicanda ?

GLUTTIRE. Hincine Gloss. Philox. GL 29 Gluttit : κροκκᾷ ὄρνις ? Vide supra ad Bombizatio (27, 12).

GLITTIS. gli- etiam Cato, ut vid., Agri Cult. 45, 1 (beneque glittus siet) ; glu- Plin. N. H. 17, 127.

GLUMA. Hincine Gloss. Philox. GL 30 Gluma : λέπυρον κριθῆς ?

GLISCERE. Cf. infra, s. v. Reglescit (348, 9 cum dixit Plautus, significat crescit... und

Glucidatum suave et iucundum : Graeci etenim γλυκὺν dulcem dicunt.

Gloria a Graeca voce dicta : hanc enim illi κλέος vocant.

Gulliocae nucum iuglandium summa et viridia putamina. **Lucilius** (1184).

Guturnium vas ex quo aqua in manus datur, ab eo quod propter oris angustias guttatim fluat.

Gaudium ἀπὸ τοῦ γαυριᾶν dictum. ... « *gavescite* » ?

Genus dictum putatur a terrae Graeco vocabulo, quam γῆν dicunt.

Gannitio canum querula murmuratio.

Gaesum grave iaculum.

Gurgustium genus habitationis angustum, a gurgulione dictum.

Gricenea (?) funis crassus.

Grando guttae aquae concretae solito grandiores.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. Philox. GA 12) *Gabalum* : βάσανος.

(Gloss. Abol. GR 15) *Grafice* (aphi-) picturate.

? (Gloss. Abol. GR 13) *Gremia* (cr-?) : siccamina lignorum.

---

etiam glires). glis-cerae) Vide ne Festus dixerit ut puta ' Gliscere mensae dicuntur, id est crescere, per instr. ' etc. et Paulus illud gliscere (praes. inf.) pro gliscerae (adiect.) male intellexerit.

GLUCIDATUM. Hinc Gloss. Philox. GL 32 Glucidatus : ἡδύς. Cf. supra, s. v. Clucidatum (48, 13 dulce et suave dicebatur).

GULLIOCAE. Cf. supra, s. v. Culliola (44, 4 cortices nucum viridium, dicta a similitudine culleorum quibus vinum sive oleum continetur). Ex Festo nimirum gl. corrupt. Philox. GU 11 Gutulliocae : κάρυα [μ] ἄκρα παρὰ Λουκειλίῳ : GU 3 Gulluca : καρυοτομία. Plus lucis tenebris offundit ps.-Plac. Galliciola : cortice nucis iuglandis viridis per quem corpus humanum intellegi vult. Ecce varias glossographorum interpretationes et lectiones vocis quam in abl. casu de corpore humano adhibuit Lucilius.

GUTURNIUM. Hinc Gloss. Philox. GU 12 Guturnium : εἶδος σκεύους ὀστρακινοῦ. Dat. abl. casum repperit ps.-Plac. in scriptore antiquo (Guturneo : guto). Cf. supra, s. v. Cuturnium (44, 12 vas quo in sacrificiis vinum fundebatur). Et vide Varronis citationem infra ad Simpulum (455, 14).

GAUDIUM. Supplevi ex Gloss. Philox. GA 9 ; 14 Gavescite : χαίρετε. Gavesco : χαίρω, γήθομαι. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) GA 154 Γαυριῶ : gaudeo Graece ?

GANNITIO. Cf. infra, s. v. Nictit (184, 8 unde ipsa gannitio). Vide supra ad Bombizatio (27, 12).

GURGUSTIUM. Etymon mire inculcavit Gloss. Philox. GU 15 Gurgulio : οἰκημάτιον βραχύ.

GRICENEA. Hincine Italice ' griselle ' ?

GABALUM. βασ.] i. e. patibulum Graece prave redditum ? Cf. Gloss. Corp. (= Abol. ?) G9 Gabulum : patibulum. Nonius dicit (117, 10) Gabalum crucem dici veteres volunt.

GRAPHICE. Vox Plautina, v. g. Trin. 767 :

is homo exornetur graphice in peregrinum modum.

GREMIA. Cf. Colum. 12. 19, 3 : Tenuibus admodum lignis, quae cremia rustici appellant, fornacem incendemus. De orthographia gr- cf. Havet (Arch. lat. Lex. 2, 135).

H

I. Ex Paulo Diacono.

Herbam do cum ait Plautus (inc. 28) significat victum me fateor ; quod est antiquae et pastoralis vitae indicium. Nam qui in prato cursu aut viribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo in quo certamen erat decerptam herbam adversario tradebant.

Heluo dictus inmoderate bona sua consumens ab eluendo ; cui aspiratur ut aviditas magis exprobretur ; fit enim vox incitatior.

(Gloss.) Helluo : vorax qui bona sua absumat.

Helvacea genus ornamenti Lydii dictum a colore boum qui est inter rufum et album appellaturque *helvus*.

Ἕρμα a Graecis ponitur pro firmamento ; unde etiam Mercurii nomen inventoris [ut putabant] *firmae* orationis dictum. Interdum etiam saburram significat.

Here, id est adverbium temporis heri, dictum a Graeco ἐχθές.

Hetta res minimi pretii, quasi ' hieta ', id est hiatus hominis atque oscitatio. Alii pusulam dixerunt esse quae in coquendo pane solet adsurgere, a qua accipi rem nullius pretii cum dicimus : Non hettae te facio.

Heres apud antiquos pro domino ponebatur. *Heredium* praedium parvulum.

Hecate Diana eadem putabatur et Luna et Proserpina.

HERBAM DO. Cf. Serv. Aen. 8, 128 : Hinc est illud proverbium ' herbam do ' quod Varro in Aetiis ponit, cum in agonibus herbam in modum palmae dat aliquis ei cum quo contendere non conatur. et fatetur esse meliorem. Vocem ' herbam dedit ' repperit ps.-Plac. in antiquo scriptore (Plauto ?) cum adnotatione : Mos enim contendentibus erat vulsam herbam qui vinceretur porrigendi, ut nunc dicitur. Alia exempla profert Nonius 317, 14. Cf. infra, s. v. Obsidionalis Corona (208, 14 .. herbam autem victoriae signum fuisse apud antiquos aliquot exemplis docuimus).

HELUO. Cf. supra, s. v. Elucum (66, 19 heluonem, id est hesterno vino languentem, quod ἔωλον vocitant Graeci). Addidi glossam Festinam (?) ex Gloss. Vat. lat. 1469. Hincine Gloss. Philox. HE 2 Helluo : ἄσωτος καταφαγᾶς ? Hincine Gloss. Ansil. HE 81 Helluabundi : multum bibentes, ebriosi ; HI 114 Helluo : gulosus, luxuriosus, eversor, absumtor?

HEPMA. Alphabetica dispositio segregavit hoc a proprio loco supra, s. v. Firmum (81, 1 ἀπὸ τοῦ ἕρματος dictum).

HERE. Cf. Donat. Phorm. 36 : Propter cognationem E et I litterarum non dubitaverunt antiqui et here et heri dicere, et mane et mani, et vespere et vesperi, etc.

HETTA. Hinc una gl. Cyrill. (= Philox.) Hitta : φλυκτὶς ἄρτου. Sed unde altera (Hitta : ὑμὴν ῥοίας) ? Si ea quoque ex Festo, Festus tertiam interpretationem adiecit, scil. quasi ciccum (vide supra, s. v., 37, 12).

HERES. Vix audeo proferre Gloss. Philox. HE 10 Heres : κύριος, κληρονόμος. Nullo modo proferenda gl. PP (Heres : dominus proprie), quae nil est nisi Gloss. Ansil. HE 183 Herus : dominus proprie.

HEREDIUM. Hanc formam confirmat Gloss. Abol. HE 2 Heredium : praediolum. Diminutivam (acc. cas.) repperit ps.-Plac. in scriptore antiquo, Herediolum : possessiunculam. Et Nonius (61, 10) profert herediolum ex Varr. R. R. 1, 10, 2, ubi nostri codices ' heredium '. Hucine redit absurda etymologia in Gloss. Abol. PRAE 4 Praedium : possessio valde dives ? Aliter Plin. N. H. 19, 50 (cf. infra, s. v. Hortus, 91, 12).

HECATE. Tergemina Hecate (Aen. 4, 511). Cf. Serv. auct. ad loc.; Serv. Aen. 6, 118 : Hecate trium potestatum numen est, Luna, Diana, Proserpina.

Helus et *helusa* antiqui dicebant quod nunc holus et holera.

Herem Marteam (-tiam ?) antiqui accepta hereditate colebant, quae a nomine appellabatur heredum et esse una ex Martis comitibus putabatur.

Heus adverbium vocandi a Graeco ἆὖσ ⟨ -αι⟩ venit.

Hemona (?) humana et *hemonem* hominem dicebant.

Hariuga dicebatur hostia cuius adhaerentia inspiciebantur exta.

Hebes retunsi acuminis.

Helucus ab hiatu et oscitatione dictus.

Hemina ex Graeco exestosimi (ἡμιξέστην), quod est dimidia pars sextarii.

Heliconides Musae a monte Helicone vocatae.

Hedera dicta quod haereat, sive quod edita petat, vel quia id cui adhaeserit edat. Quae in tutela Liberi putabatur esse quia, ut ille iuvenis semper, ita haec viret ; vel quia ita omnia, sicut ille mentes hominum, inligat.

Herbilis anser herba pastus, qui gracilior est quam frumento altus. ⟨Lucilius (1106) :

anseris herbilis virus.⟩

Hercules astrologus dictus quod eo die se flammis iniecit quo futura erat obscuratio solis.

(Schol. Isid.) Hercules fuit, ut scribit Festus Pompeius, agricola, ideoque Augei gregis (Augeae regis ?) sta-

---

HELUS. Cf. infra, s. v. Heluella (91, 28 holera minuta). Aliena est gl. Abba (Helitores : hortulani), revera Abstr. OL 4 (Olitores : hortulani) et, ni fallor, forma non antiqua sed mediaevalis scribae.

HEREM. Cf. Enn. Ann. 104 :

Nerienem Mavortis et Her[cl]em.

HEUS. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) HE 213 Heus : adverbium interpellantis ; Gloss Abol. EU 19 Heus : adverbium rogantis ? αὖς · auris · tuetur J. Wackernagel (Indog. Forsch 45, 312).

HEMONEM. Priscian. (II p. 206, 23 H.) citat Enn. Ann. 138 :

vulturus in spinis miserum mandebat homonem.

HARIUGA. Incertae formae vocabulum. Ariuga Varr. L.L. 5, 98 : Aries... veteres nostri ariuga ; hinc ariugas (-es ?) haec sunt quorum in sacruficiis exta in olla, non in veru coquuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris videmus ; in hostis eam dicunt ariugem quae cornua habeat. Sed har- Donat. Phorm. 710 : Haruspex (-risp- ?) ab hariga (-riuga ?) nominatur ; nam hariga (-iuga ?) hostia dicitur ab hara in qua concluditur ac servatur. Si gl. AA (Ariugas : hostias) Festina est, Festus etiam in A-capitulo vocabulum potest exhibuisse et aliter derivavisse (nam etymon haereo confirmat orthographiam har-, non ar-).

HELUCUS. Cf. supra, s. v. Elucum (66, 18). In hoc capitulo forma a littera H incipiens defenditur.

HELICONIDES. Alia Musarum nomina s. vv. Pipleides (235, 12), Pegasides (235, 8), Pierides (236, 1), Camenae (38, 12).

HEDERA. Cf. Philargyr. Ecl. 3, 39 ; Aedera, id est ab aerendo arboribus, sine adspiratione dici debet. Quaestio erat apud antiquos proposita utrum hed- an ed- scribendum. Incertae originis est Gloss. Ansil. HE 55. Hedera : genus herbae quod arboribus reptando adhaeret. Cf. supra (72, 23) Ederam, in E-capitulo.

HERCULES. Cf. infra, s. v Pellem (225, 15 habere Hercules fingitur, ut homines cultus antiqui admoneantur).

bulum stercoribus purgasse refertur quia proprie agricolarum est stercorare agros. Quod mala ab Hesperidibus petisse fertur, pecorum per hoc cura signatur quae Graece μῆλα dicuntur. Item armenti, cum Geryonis boves abegisse narratur. Per aprum autem, quod supinum portasse fingitur, sues feros mansuetos fecisse monstratur. Per canem tricipitem venandi studium gessisse intenditur.

Hernici dicti a saxis quae Marsi *herna* dicunt.

Histriones dicti quod primum ex Histria venerint.

Hercius Iuppiter intra conseptum domus cuiusque colebatur, quem etiam *deum penetralem* appellabant.

Hippagines naves quibus equi vehuntur quas Graeci ἱππαγωγούς dicunt.

Hirtipili durorum pilorum homines.

Hirquitalli pueri primum ad virilitatem accedentes, a libidine scilicet hircorum dicti.

Hira, quae deminutive dicitur *hilla*, quam Graeci dicunt νῆστιν, intestinum est quod *ieiunum* vocant.

Hippacare (hippitare) est celeriter animam ducere, ab equi halitu qui est supra modum acutus.

Hilum putant esse quod grano fabae adhaeret, ex quo *nihil* et *nihilum*? Nihili qui nec hili quidem est.

(Isid.) Hilum autem Varro ait significare medullam eius ferulae quam Graeci ἀσφόδελον vocant, et sic dici apud nos nihilum quomodo apud Graecos οὐδὲ γρῦ.

HERNA. Marsi] Sabini Serv. Aen. 7, 684 (Hernica saxa colunt): Sabinorum lingua saxa hernae vocantur. Unde Gloss. Corp. (=Abstr.) H 62, etc.

HISTRIONES. Aliter gl. Ansil. incertae originis (HI 252) Histrio : historiam motu corporis significans.

HERCIUS. i. e. ἑρκεῖος. Cf. Dionys. 1, 67, 169.

HIPPAGINES. Hinc nimirum Isid. Etym. 19, 1, 24 : Hippagogus in quo equos transvehere solitum est. Hinc etiam gl. Philox., nunc amissa, quam Latine reddit Gloss. Abav. IP2 Hippago : aurigarius (!). Ad Isidorum revoco gl. Abba Hippag<og>us : navis iumentaria.

HIRQUITALLI. Cf. infra, s. v. Irquitallus (93, 11 puer qui primo virilitatem suam experitur). Hucine an ad sequens capitulum redit gl. corrupta Philox. CI 8 Circumtallum : σφυδρόν ? Inde sine dubio provenerunt gl. Philox. (IR 22) Irquitallus : νηπιώτατος παῖς ἀρχὴν ἡβήσας ; gl. AA Irquitallus : puer cum primum ad res accedit.

HIRA. Acc. pl. repperit ps.-Plac. in antiquo scriptore, Hiras : intima intestina, quorum diminutio hillae dicuntur.

HILLA. Cf. Non. 122, 5 : Hillas intestina veteres esse dixerunt ; unde Bohillae oppidum in Italia. Cum ea voce coniunxit Varro vocem hilum L. L. 5, 111 ; Rer. Hum. ap. Charis. 102, 15 K. : Hilum Varro Rer. Hum. intestinum dicit tenuissimum quod alii hillam appellaverunt. Incertae originis est Gloss. Abba Hillis : intestinis. [ieiunum] cf. Isid. Etym. 6 19, 65 ; 11, 1, 131.

HIPPACARE. Pauli fortasse est, Hippitare Festi. Nam gl. Abol. est in Gloss. Aff. etc. Hippitare : oscitare, etc. Et Gloss. Ansil. (=Abol.) habet EX 631 Exippitare. hiare, id est os aperire. Cf. ps.-Plac. Exippitandum : hiandum, oscitandum.

HILUM. Nihili — est **post** Noctipugam (180, 1) **Paul**. Aliter Varro L. L. 5, 115 et Rer.

Hirrire garrire, quod genus vocis est canis rabiosae ... *hirritus*? .

Ἱλαρῳδός lascivi et delicati carminis cantator.

Hippius, id est equester, Neptunus dictus est vel quod Pegasus ex eo et Pegaside natus sit ; vel quod equuleus [ut putant] loco eius suppositus Saturno fuerit quem pro Neptuno devoraret ; vel quod tridentis ictu terra equum excierit. Cui ob hoc in Illyrico quaternos equos iaciebant nono quoque anno in mare.

Hippocoum vinum ex insula Coo dictum ab agro generoso cui nomen est Hippo.

Hastae subiciebant ea quae publice venundabant quia signum praecipuum est hasta. Nam et Carthaginienses, cum bellum vellent, Romam hastam miserunt, et Romani fortes viros saepe hasta donarunt.

Habitudo habitus corporum. *Habitior* pinguior.

Halapanta (–lop– ?) significat omnia mentientem, ab eo quod ' halet ' <id est fallit> omnia. Ἄλην enim Graeci τὴν πλάνην [id est fallentem] appellant.

Hostiliis Laribus immolabant quod ab [h]is hostes arceri putabant.

Ilum. (cf. supra, s. v. Hira). Et rursus aliter Varro apud Isidorum (Etym. 10, 185), cuius verba addidi. Nam docet (Gloss. Philox. IL 21 (Illum : νάρθηκος τὸ ἐντός) ea ex Festo provenisse. Fortasse etiam altera Philoxeni glossa huc redit (IL 14) H illa : σκώληξ κλίνης.

HIRRIRE. garr.] vix gannire. Immo Festus a voce garrire orsus etymon in voce hirrire quaesivit. Citavitne versum illum Lucilii (377) ?

R, non multum abĕst hoc cacosyntheton atque canina
si lingua dico : Nihil ad me. Nomen hŏc illi est,

ubi ' nomen hoc ' est aperte ' canina littera '. Non verbi garrire sed verbi irritare plerumque etymon ibi quaeritur. Cf. Donat. Adel. 282 : Irritari proprie canes dicuntur : Lucilius de littera R (2) :

irritata canes quod homo quam planius dictat, etc.

Supplevi ex Gloss. Philox (cum Cyrill.) HI 23 Hi rri t [t]us : φωνὴ κυνός. κυνὸς ἀπειλή ὅτε ὑλακτεῖ.

HIPPIUS. **Post** excierit **distinxi**. Cf. Serv. auct. Geo. 1, 12 : Unde apud Graecos ἵππιος Ποσειδῶν, a nobis equester Neptunus, . . . nonnulli Saturno, cum suos filios devoraret, pro Neptuno equum oblatum devorandum tradunt, unde Illyricos quotannis ritu sacrorum equum solere aquis inmergere.

HASTAE. donar.] cf. supra, s. v. Caelibari Hasta (55, 9..quia hasta summa armorum et imperii est ; quam ob causam viri fortes ea donantur et captivi sub eadem veneunt, quos Graeci δορυαλώτους et δορυκτήτους vocant).

HABITUDO. Gloss. Abstr. AB 13 (Habitudo : habitus corporis vel cultus vestium) ex Schol. Vergil. fluxisse videtur.

HABITIOR. post Halapanta **codd**. ; et ps. –Plac. duas glossas exhibet Habitudine : habitu. Habitior : plenioris habitus. Cum sequens glossa Plautina esse videatur, velim hic Plautinum versum addere (Epid. 10 Corpulentior videre atque habitior) potius quam Terentianum (Eun. 315).

HALAPANTA. Rursus videtur induci doctrina conexionis inter F et H litteras. Verbo fallere Graecum etymon quaeritur. Scilicet ansam praebuit vox antiquorum comicorum halapanta (vel halopanta), quae et alibi (cf. Non. 120, 11) et in versu Plautino apparet (Curc. 463):

halopantam an sycophantam magis esse dicam nescio.

Hodiernis philologis, nimis seris viris, iocularis conexio inter halopantam et sycop<h>antam vera conexio visa est, itaque halophantamne scribunt contra codices et **Plauti** et **Nonii**

Hallus pollex pedis scandens super proximum dictus a saliendo.

Hammo cognominatus quia in harena [putatur] inventus, quae Graece hoc nomine appellatur. Cui cornua adfiguntur arietis, a genere pecoris inter quod inventus est.

Horreum antiqui farreum dicebant a farre.

Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur, et qui nunc hostis *perduellio*. *Hostia* dicta est ab eo quod est *hostire* ferire (aequare). *Hostimentum* beneficii pensatio.

Hordiarium aes quod pro hordeo equiti Romano dabatur.

Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur quod ibi qui arma capere possint orirentur.

Horctum et *forctum* pro bono dicebant.

Hosticapas hostium captor.

Hamotrahones alii piscatores, alii qui unco cadavera trahunt.

HALLUS. Cf. supra, s. v. Allus (7, 15 pollex scandens proximum digitum, quod velut insiluisse in alium videatur, quod Graece ἅλλεσθαι dicitur). Hinc Gloss. Philox. HA 30 Hallus : ποδὸς μέγας δάκτυλος ; Gloss. Abba (=Abol.) Hallus : sextus digitus (!)

HORREUM. Noli credere.

HOSTIS. Cf. Varr. L. L. 5, 3 : Hostis ; nam tum eo verbo dicebant peregrinum qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum quem tum dicebant perduellem. Potest Festus isdem exemplis usus esse atque Serv. auct. Aen. 4, 424 : Nonnulli autem iuxta veteres hostem pro hospite dictum accipiunt ; Plautus in Curculione (5) :

si status condictus cum hoste intercedit dies ;

idem in Cistellaria :

datum est hostimentum, opera pro pecunia.

Saltem non temere est quod et Festus et scholiasta (Donatus), primum Hostis, deinde Hostimentum memorat ; unde ausus sum a codicum ordinatione discedere. Curculionis versum citat Festus infra, s. v. Status Dies cum Hoste (416, 6).

PERDUELLIO. Cf. supra, s. v. Duellum (58, 20).

HOSTIA. Servio placuit etymon hostis (ad Aen. 1, 334) : Hostiae dicuntur sacrificia quae ab his fiunt qui in hostem pergunt : victimae vero sacrificia quae post victoriam fiunt. Servium exscripsit Isidorus (Etym. 6, 19, 33-34). Donatus (=Serv. auct.) Verrii doctrinam in hac re et aliis exhibet (ad Aen. 2, 156) : Hostia vero victima : et dicta quod dii per illam hostiantur, id est aequi et propitii reddantur ; unde hostimentum aequationem.

HOSTIRE. Cf. infra, s. v. Redhostire (334, 14.. hostire pro aequare posuerunt). Hincine Gloss. Abol. HO 7-8 Hostia : victima, immolatio, sacrificium, Hostit : aequat, adplanat ?

HOSTIMENTUM post Hordiarium Aes **codd**. Vix dinosci potest utrum ad schol. Vergil. (per Gloss. Abstr.) an ad Festum (per Gloss. Abol.) redeant gl. Ansil. HO 177 ; 175 Hostire : aequare ; apud antiquos sic dicebatur : unde etiam hostimentum dicitur lapis quo pondus exaequatur, Hostimento : aequalitate. Cf. infra, s. v. Redhostire (334, 15), ubi citatur Ennius « audi atque auditis hostimentum adiungito ».

HORDIARIUM AES. Cf. infra, s. v. Vectigal (508, 19).

HORTUS. Vox XII Tab. (Plin. N. H. 19, 50). Cf. Charis. 82, 11 : Graecus et ortus sine adspiratione dici debere Varro ait ; et ortum quidem quod in eo omnia oriantur.

HORCTUS. Cf. supra, s. v. Forctes (74, 14).

HOSTICAPAS. Cf. paricidas (247, 23 lex Numae Pompili regis his composita verbis « si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, paricidas esto »).

HAMOTRAHONES. Vox Luciliana ?

Horda praegnans ; unde dies quo gravidae hostiae immolabantur *Hordicidia.*

Honorarios ludos quos et *Liberalia* dicebant.

Ὁδοιδόκος latro atque obsessor viarum.

Homeltium (?) pillei genus.

Hyperionem alii patrem Solis ; alii ipsum quod eat super terras ita appellatum puta[ba]nt.

Humanum sacrificium dicebant quod mortui causa fiebat.

Hyperborei supra Aquilonis flatum habitantes dicti quod humanae vitae modum excedant vivendo ultra centesimum annum, id est ὑπερβαίνοντες ὅρον saeculi humani.

Ieluella holera minuta.

Ianula parva delubra, quasi fanula.

I

I. Ex Paulo Diacono.

Im ponebant pro eum, a nominativo is.

Ianeus (?) ianitor.

Iusa iura.

Iubere ponebatur pro dicere, quod valet interdum pro decernere, ut : Populus iussit.

Iunium mensem dictum putant a Iunone. Idem ipsum dicebant *Iunonium* et *Iunonalem*. *Iulium* quod eo mense dicitur Iulius natus.

Iurgatio (iurig– ?) iuris actio.

Iusti dies dicebantur triginta cum exercitus esset imperatus et vexillum in arce positum.

HORDA. Cf. supra, s. v. Fordicidiis (74, 1 boves fordae, id est gravidae, immolabantur, ictae a fetu).

HONORARIOS LUDOS. Lib.] Cf. infra, s. v. (103, 11)

ΟΔΟΙΔΟΚΟΣ. Cur Graeco verbo locus datur ? Suntne haec pars glossae puta Insessores ? Si vox Luciliana est, Latine scribi debet ; et sic scribunt nostri codices.

HYPERBOREI. Ex uno exemplo disce quo philologorum antiquorum impotentia pervenire possit.

HELUELLA. non helv– (nam helvus significat colorem inter rufum et album; cf. supra, s. v. Helvacea 88, 19), sed helu– (nam holus olim U– declinationis fuisse declarat antiqua forma helusa ; cf. supra, s. v. Helus 89,3).

HANULA. Vix audeo huc referre Gloss. Ansil. (= Abol. ?) HA 119 Hauni[i]: di agrestes.

IM. Hinc Gloss. Philox IM 1 Im : αὐτόν [εἰς αὐτόν] (cuius posterior pars videtur esse I 166 In eum : εἰς αὐτόν). Cf. supra, s. v. Em. (67, 3). Vox est XII Tab. et legum antiquarum, v. g. infra (s. v. Publica Pondera, 288, 36) : Sive quis im sacrum iudicare voluerit liceto.

IANEUS. Sunt qui in Carm. Sal. reperiant (ap. Varr. L. L. 7, 26) ubi unicus noster codex habet iancus.

IUSA. Cf. Varr. l. c. : In multis verbis in quo antiqui dicebant S postea dicunt R, ut in carmine Saliorum sunt haec, etc.

IUBERE. dic.] Mire. Nec minus mire grammatici complures affirmant iubere poni pro vale, nempe in salutatione ' iubeo te salvere ' (cf. Amer. Journ. Phil. 37, 37).

IUNIUM. Aliter Varr. L. L. 6, 33 : Tertius a maioribus Maius, quartus a iunioribus dictus Iunius. Et Festus infra, s. v. Maius Mensis (120, 8 utrum a maioribus, ut Iunius a iunioribus, dictus sit, an a Maia). Cum ambas etymologias memoret Serv. Geo. 1, 43 (Maius a Maia, Iunius a Iunone; quamquam alii a maioribus et iunioribus hos duos menses velint esse nominatos), fons Isidori Etym. 5, 33, 8 in Schol. Vergil. fortasse quaerendus est, non in Festo.

IUSTI DIES. Hinc credo Isid. Nat. Rer. 1, 4 : Iusti dies continui triginta sunt ; proeliares dies sunt quibus fas est hostem bello lacessere. Hinc etiam credo Macrob., 1, 16,

Iuges auspicium est cum iunctum iumentum stercus fecit.

Iubar stella quam Graeci Φωσφόρον appellant vel Ἕσπερον, hoc est Lucifer, quod splendor eius diffunditur in modum iubae leonis.

Iugula stella Orion quod amplior sit ceteris quasi nux iuglandis.

Iugum sub quo victi transiebant hoc modo fiebat. Fixis duabus hastis super eas ligabatur tertia ; sub [h]is victos discinctos transire cogebant.

Iugere milvi dicuntur cum vocem emittunt.

Iuges eiusdem iugi pares ; unde et *coniuges* et *seiuges*

Iubilare est rustica voce inclamare.

Iuventutis (–tāt– ?) *sacra* pro iuvenibus sunt instituta.

Iurare flāmini Diali fas non erat.

Iuvenalia fingebantur Dianae simulacra quia ea aetas fortis est ad tolerandam viam. Diana enim viarum [putabatur] dea.

Iugarius vicus dictus Romae quia ibi fuerat ara *Iunonis Iugae* quam putabant (?) matrimonia iungere.

---

15 : Proeliares dies ab iustis non segregaverim, siquidem iusti sunt continui triginta dies quibus exercitui imperato vexillum russi coloris in arce positum est ; proeliares autem omnes quibus fas est res repetere vel hostem lacessere. Cf. infra, s. v. Proeliares Dies (253, 12 quibus fas est hostem bello lacessere) .

IUGES. Cf. infra, s. v. Iuges. Festum plura et hic et ibi scripsisse indicat Gloss. Philox. IU 49 ; 31 Iuges : ἐν πρώτοις ζευχθὲν κτῆνος, Iugites : συνεζευγμένοι. Formam iuges, –etis fuisse in usu docet Serv. auct. Aen. 3, 537 : Iugetis enim dicitur augurium quod ex iunctis iumentis fiat, etc.

IUBAR. Hincine Gloss. Philox. IU 5 Iubar : αἴγλη, Φωσφόρος ? Cf. Varr. L. L. 7, 76 « Lumen iubarne in caelo cerno ? » (Enn. trag. 336 R.), iubar dicitur stella Lucifer quae in summo quod habet lumen diffusum ut leo in capite iubam, etc.

IUGULA (fem. sing.) Hincine Gloss. Abol. IU 9 Iugula : sidus Orionis ? Si recta forma est Gloss. Philox. IU 38 Iugula : ἄστρον Ὠρίωνος ὡς Ἀττιός (Ὁράτιος cod.) [ὡς] φησί, tum credere licet Festum citavisse versum Accii a Varrone citatum. Cf. Varr. L. L. 7, 50 Iugula signum quod Accius appellat Oriona cum ait (693) « citius Orion patefit ». Alii tamen rem ad Hor. C. 1, 28, 21 referunt. Cf. infra, s. v. Vesperugo (506, 14).

IUGUM. Cf. infra, s. v. Sub Iugum Mitti (394, 28 hastis defixis duabus in terra tertiaque ad summum earum deligata, specie Iani, iubentur subeuntes transire).

IUGERE. Hinc Gloss. Corp. (=Abol.) I 303 Iugit milvus cum vocem emittit ; Gloss. Abol. IU 2 ; Gloss. Philox. IU 71 Iugit : ἰκτὶν βοᾷ. Unde vix colligendum est Festum non Iugere sed Iugit scripsisse. Vide supra ad Bombizatio (27, 12).

IUGES. An iugites ? Cf. supra, s. v. Iuges Auspicium ; infra, s. v. Iniuges Boves (101, qui sub iugo non fuerint).

IUBILARE. Cf. Varr. L. L. 6, 68 : Ut quiritare urbanorum sic iubilare rusticorum. A Festum revocant docti (sed haud scio an prave) Gloss. Cyrill. (=Philox.) Iubilatus κραυγὴ ἀγροίκων, ὀλολυγμὸς ἀγροίκων.

IUVENTUTIS. Sacra Iuventatis Cicero (Att. 1, 18).

IURARE. Vide supra, ad Flamen Dialis (77, 28).

IUGARIUS. Iuno Iuga Paul : Iuno Iugis ps. –Plac. : Iuno Iugalis Serv. (Aen. 4, 16). E ps. –Plac. fortasse colligenda pristina forma Festini loci (Iugi Iunoni a qua Vicus Iugari ara ibi sita est).

Ilia dicta ab *ina* quae pars chartae est tenuissima.

Ilicet sine dubio.

Ianiculum dictum quod per eum Romanus populus primitus transierit in agrum Etruscum.

Idulis ovis dicebatur quae omnibus Idibus Iovi mactabatur.

Ianual libi genus quod Iano tantummodo delibatur.

Iambi vocabantur qui (quos ·?) singuli ex proscaenio loquebantur, traiambi (θρίαμβοι ?) qui (quos ?) terni.

Igitur nunc quidem pro conpletionis significatione valet, quae est ergo ; sed apud antiquos ponebatur pro inde et postea et tum.

Irceus genus farciminis.

Irquitallus puer qui primo virilitatem suam experitur.

Ioviste (–ves– ?) compositum a Iove et iuste.

Ignitabulum ignis receptaculum.

Ignia vitia vasorum fictilium.

Ipsipte (?) ipsi neque alii.

Icit percussit.

Insipere far in olam iacere pultis. Unde *dissipare, obsipare*, ut cum rustici dicunt : Obsipa pullis escam.

Irnela vasis genus in sacris.

Ibi dicitur cum locus semel demonstratur, *ibidem* cum saepius.

Ipsullices bratteae in virilem muliebremque speciem expressae.

Itonida Minerva<m> a loco sic appellata<m>.

Irpices (hirp– ?) genus rastrorum ferreorum, quod plures habet dentes ad exstirpandas herbas in agris.

ILIA. Cf. supra, s. v. Exiles et Ilia (71, 4 a tenuitate inarum, quas Graeci in chartis ita appellant, videntur esse dicta). Hinc vel inde Gloss. Ansil. (=Abol.) IN 3 Ina : ut Graece.

ILICET. Si revera Placidi est gl. Ansil. IL 36 (Ilicet : scilicet, sine dubio), potest Festina esse.

IANICULUM. scil. collem ; nam haec cohaesisse cum eis quae infra sunt s. v. Vaticanus collis (519, 24) monuit Elter (Rhein. Mus. 46, 130). per eum] quasi ianuam. Glossam corruptam Abstr. (IA 8), ex schol. Vergil. (ad Aen. 8, 358 ?) haustam, sic lego : Ianiculum mons est in urbe Roma <dictus a Iano> unde Ianuarius mensis nomen accepit.

IDULIS. Cf. infra, s. v. Sacram Viam (372, 11).

IRCEUS. Cf. infra, s. v. Ircei (101,9 genus farciminis in sacrificiis).

IRQUITALLUS. Cf. supra, s. v. Hirquitalli (90,1).

IOVESTE. Obscurae voci lucem tandem infudit titulus antiquissimus, C. I. L. I² 1. (iovestod ' iusto ').

IGNITABULUM. Hinc Gloss. Philox. IG 17 Ignatabulum : δᾳδὸς ῥαβδίον πυροστρόφον.

IGNIA. i. e. ἴχνια ? Hinc Gloss. Philox. IG 8 Ignia : νοτίά φυκίασις.

IPSIPTE. Ipsippe vel Ipsipse codd. Hinc Gloss. Philox. IN 517 Insipti : αὐτοί.

INSIPERE. Cf. infra, s. v. Supa (406, 22 iace ; unde dissipat, disicit et obsipat, obicit... insipit far in olam, inicit far in ollam). Hincine gl. corrupta Philox. IN 485 Insigatae (insipare ?) : ἐπιρῖψαι ?

IRNELA. i. e. hirnella ?

IPSULLICES. Vic huc revocanda gl. Philox. IP 13 Ipsiplices : αὐτόπτυκτα φύλλα.

IRPICES. Cf. Varr. L. L. 5, 136 : Irpices regula compluribus dentibus quam item ut plaustrum boves trahunt ut eruant quae in terra serpunt ; ' sirpices ' postea S detrito a quibusdam dicti.

Irpini (Hirp–) appellati nomine lupi quem *irpum* dicunt Samnites ; eum enim ducem secuti agros occupavere.

Ignis Vestae siquando interstinctus esset, Virgines verberibus adficiebantur a Pontifice ; quibus mos erat tabulam felicis materiae tamdiu terebrare quousque exceptum ignem cribro aeneo Virgo in aedem ferret.

Ignem ex domo flaminia efferri non licebat nisi divinae rei gratia.

Icadion nomen saevissimi piratae. <Lucilius (1292) :

Rhondes Icadionque.>

Iracundia dicta quod iram incendat.

Italia dicta quod magnos *italos*, hoc est boves, habeat ; *vituli* etenim ab italis sunt dicti, Italia ab Italo rege. Eadem ab Atye Lydo *Atya* appellata.

(Schol. Isid.) Italia ob vini copiam *Oenotria* appellata est. Italiam Cato appellatam ait ab Italo rege. Timaeus, quod in ea boum quondam fuerit multitudo, Graecos autem antiquos solitos esse vocare tauros ἰταλούς ; a quibus videntur dicti vituli.

(Isid.) Ab Italo Siculorum rege ibi regnante Italia nuncupata est.

Indoles incrementum, industria.

Indigetes dii quorum nomina vulgari non licet.

HIRPINI. Cf. Serv. Aen. 11, 785 : Nam lupi Sabinorum lingua vocantur hirpi, etc.

IGNIS VESTAE. Cf. Liv. 28, 11, 6 : Ignis in aede Vestae exstinctus ; caesaque flagro est Vestalis, cuius custodia noctis eius fuerat, iussu P. Licinii pontificis.

IGNEM. Cf. Gell. 10, 15, 7. Vide supra ad Flamen Dialis (77, 28).

ICADION. Cf. infra, s. v. Rhondes Icadionque (332, 26) ; unde supplevi.

IRACUNDIA. Nequis Festo auxilium petat ex Isid. Etym. 10, 129 (Iracundus dictus quia accenso sanguine in furorem conpellitur ; ur enim flamma dicitur, et ira inflammat), moneo illud ur Hebraicum glossema esse ex Hieronymo haustum (cf. Gloss. Abba = Abstr. Ur : incendium). Sed simul tractavisse Festum (aut hic aut alibi) Ira et Iracundia colligendum est fortasse ex consensu Philoxeni, (IR 3 ; 11) Ira : ὀργή, Iracundia : ὀργὴ ἐπίμονος, cum Isidoro (Diff. 1, 301) : Ira praesens est et ex causa nascitur; iracundia autem vitium naturale et perpetuum est, etc.

ITALIA. Cf. Varr. R. R. 2, 5, 3 : Graecia antiqua, ut scribit Timaeus, tauros vocabat ἰταλούς, a quorum multitudine et pulchritudine et fetu vitulorum Italiam dixerunt; Rer. Hum. ap. Gell. 11, 1, 1. Seriem Timaeum –Varronem –Verrium –Festum continuat Serv. auct. Aen. 1, 533. Isidori (Etym. 14, 11, 18) verba aliquot exhibui, ne illud Siculorum desideretur.

OENOTRIA. Diversam Varronis sententiam (a Verrio, Festo quoque, hic memoratam ?) memorat Serv. auct. (Donatus ?) Aen. 1, 532 : Ut Varro dicit, ab Oenotro, rege Sabinorum, etc.

INDOLES. Vide supra ad Adolescit (5, 10).

INDIGETES. Cf. infra, s. v. Indiges ; s. vv. Indigitamenta et Indigitanto (101, 11-15). Unde, nisi ex Festo (vel hic vel infra), potuit emanare gl. Philox. IN 107 Indigetes : ἡμίθεοι Κουρῆτες οἱ περὶ τὴν Ῥέαν ? Si ex Festo, Festum vel hic vel infra sic fere disputasse suspicor, quomodo Serv. auct. (Festum secutus ?) Aen. 12, 794 : Alii patrios deos Indigetes dici debere tradunt, alii ab invocatione Indigetes dictos volunt quod indigito est precor et invoco ; vel Indigetes sunt dii ex hominibus facti, et dicti Indigetes quasi in diis agentes. Et hic intellego Festum κατ' ἀντίφρασιν vocem derivare, ab eo quod est indigito i. e. invoco (unde indigitamenta), quod eos nominatim invocare non liceat. Κατ' ἀντίφρασιν explicavit alium vocis sensum Nigidius (ap. Schol. Bern. Geo. 1, 498) : Indigetes a Latinis

Indeptare consequi.

Industrium antiqui dicebant 'indo-struum' quasi qui, quicquid ageret, intro strueret et studeret domi.

Indictivum funus ad quod per praeconem evocabantur

Indepisci adsequi, adipisci.

Indiges indigetis facit. Hoc nomine Aeneas ab Ascanio appellatus est cum pugnans cum Mezentio nusquam apparuisset ; in cuius nomine etiam templum construxit.

Inquilinus qui eundem colit focum, vel eiusdem loci cultor.

Incilia fossae quae in viis fiunt ad deducendam aquam, sive derivationes de rivo communi factae.

Incitega machinula <lignea> in qua constituebatur in convivio vini amphora de qua subinde deferrentur vina.

Incomitiare significat tale convicium facere pro quo necesse sit in comitium, hoc est in conventum, venire. Plautus (Curc. 400) « quaeso ne me incomities ».

Incita incitata.

Inchoare videtur ex Graeco originem trahere quod Hesiodus omnium rerum initium esse dixerit Chaos (Theog. 116) : <"Ητοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετο>.

Increpitare arguere, conviciari.

Inconciliasti comparasti, commendasti ; vel, ut antiqui, per dolum decepisti. <Plautus (Trin. 136) :

inconciliastin eum qui mandatust tibi ? >

Inclutus nobilis, clarus.

---

qui a Graecis ἔμμυχοι dicuntur ; alii dicunt, ex quibus Nigidius, omnes deos Indigetes cognominari quia nullius indigent ; alii Indigetes proprie interpretantur quorum propria nomina ignorantur, ut sunt dii Penates, item dii Lares et dii Consentes, quorum singulorum nomina ignorantur: alii : Indigetes proprie sunt dii ex hominibus facti, quasi in diis agentes, abusive, ut Aeneas et Romulus. Scholium Bernense ideo exscripsi quasi fortasse non a Festo alienum. Vix tamen audeo gl. Ansil. incertae originis (Abstr. an Abol.) ad Festum referre, cum possint ad schol. Vergil. redire (IN 435 Indigitare : invocare; IN 436 Indigitem : invocem). Glossa illa utriusque linguae, Indigito : ὀνομάζω, utrum ex Gloss. Philoxeno venerit an aliunde non liquet.

INDEPTARE. Cf. infra, s. v. Indepisci (adsequi, adipisci).

INDICTIVUM. Cf. infra, s. vv. Quirites (304, 2), Simpludiarea Funera (452, 30). Cf. Varr. L. L. 7, 42 : In funeribus indictivis quo dicitur « ollus leto datus est ».

INDEPISCI. Cf. supra, s. v. Indeptare (consequi). Hucine redit Gloss. Philox. IN 102 Indepti : ἀν[ομ]ύσαντες ?

INDIGES. Cf. supra, s. v. Indigetes Dii.

INQUILINUS. Hincine Gloss. Philox. IN 267 Inquilinus : ἔνοικος ?

INCITEGA. Hinc Gloss. Ansil. (= Abol.) EN 10 Encetega : machinola lignea qua anphora sustinetur. Inde supplevi. Sed cur ea gl. a littera E incipit ? Neque enim in Gloss. Ansil. solet ille barbarismus, E pro I, apparere qui saepissime in Gloss. Sangallensi (= Abba) apparet. An Festus scripserat Inc. <Graece ἐγγυθήκη> ?

INCHOARE. Cf supra, s. v. Cohum (34, 28). Unde fortasse Verrii fragmentum huc transponi debuerat. Vide etiam ea quae memoravi s. v. Boare (27, 14). Nam duo verba boo et inchoo se opposuerunt regulae grammaticorum : Nullum verbum est quod ante O finalem O habeat. Illud igitur Graecum verbum esse (βοῶ) affirmaverunt, hoc ad Graecum etymon (χάος) rettulerunt.

INCREPITARE. Cf. infra, s. v. (101, 21) ; supra, s. v. Creperum (46, 2).

INCLUTUS. Cf. supra, s. v. Clutum (48, 16).

'*Inceps*' <unde> *deinceps*.

Incestus a Graeco trahitur ; nam illi facinus dicunt ἀνήκεστον.

Inconspretum non inprobatum.

Incoctae dicebantur mulieres plus aequo calamistris usae.

Incavillatio per despectum inrisio.

Incalationes invocationes.

Inconditum non ordinate conpositum.

Incuria neglegentia.

Incensit incenderit, sicut *incepsit* inceperit.

Incomitem sine comite.

Incessere inmittere ac iactu vel verbis petere..

Inclamare conviciis et maledictis insectari.

Incicorem inmansuetum et ferum. Pacuvius (386) " reprime incicorem iracundiam ". Interdum *cicur* pro sapiente ponitur, ut idem Pacuvius (387) « consilium cicur ».

? (Gloss.) Cicures : mansueti.

Inpolitias censores facere dicebantur cum equiti aes abnegabant ob equum male curatum.

Inpages dicuntur quae a fabris in tabulis figuntur quo firmius cohaereant, a pangendo, id est figere. Unde et poetae *pangere* versus dicuntur et agricolae pangere plantas.

In non semper abnuitionem significat, sed interdum etiam pro adnuendo ponitur : ut involando (–are ?), inclamando (–are ?), invocando (–are ?).

INCEPS. Vox ni fallor, ficticia. Cf supra, s. v. Deinceps (62,7 qui deinde coepit, ut princeps qui primum coepit) ; s. v. Deincipem (65, 27 antiqui dicebant proxime quemque captum, ut principem primum captum) ; infra, s. v. Incensit (95, 19 sicut incepsit inceperit). Gloss. Vat. lat. 1469 (Inceps : deinceps) ex Pauli epitoma hausisse credo, nam Festo hoc vocabulum nolo imputare. Vide tamen Auct. Herenn. 3, 31 (ed. Marx).

INCONSPRETUM. Voxne Enniana ?

INCAVILLATIO. Cf. supra, s. v. Cavillum (40, 18 cavillatio, id est inrisio); Cavillatio (39, 26 est iocosa calumniatio). Hinc gl. corruptae Ansil. IN 84-85 Incavillatione : in derisione, Incavillatur : inderidetur. Fortasse sic sunt legendae, Incavillatione id est derisione, Incavillatur id est deridetur. Nolo tamen illud incavillatur hic addere quoniam conditor glossarii ipse id etymon discipulorum suorum causa induxisse potest.

INCALATIONES. Cf. infra, s. v. Procalare (251, 25 provocare, ex Graeco καλεῖν, id est vocare).

INCURIA. Hincine Gloss. Abol. IN 48 (Incuria : neglegentia), et plenior forma in Gloss Ansil. IN 337-338 (Incuria : neglegentia ; ab eo quod curae non sit ; socordia) ?

INCESSERE. Cf. Müller-Graupa (Phil. Wochenschr. 42, 211).

CICUR. Dubito de gl. Festina (?) Gloss. Vat. lat. 1469. Ex eodem fortasse versu (Pacuvii ?) Gloss. ps. –Plac. Cicures : placidi, quieti.

INPOLITIAS. Cf. Gell. 4, 12, 2-3 : Item quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum visus erat, inpolitiae notabatur ; id verbum significat quasi tu dicas incuriae ; cuius rei auctoritates sunt et M. Cato id saepenumero adtestatus est. Pluralem igitur pro singulari numerum stultitia Pauli inculcavit ? Contra monent antiquae dictiones velut vindicias dare. Cf. supra, s. v. Depolitum (63,5), ubi monui rusticam esse vocem. Sane a rustico vocis sensu capit initium Gellius. Etiamne Festus ? Incertae originis est Gloss. Aff. Inpolitus : inputatus. Cf. infra, s. v. Imputatum (96, 18).

PANGERE. Cf. infra, s. v. (234, 6)

IN. Cf. infra, s. v. (97, 15 significat... modo auctionem, ut inclamavit, etc.)

Inporcitor qui porcas in agro facit arando : *porca* autem est inter duos sulcos terra eminens.

Inpetritum inpetratum.

Inpercito parcito, futurum ab imperativo. ‹ **Plautus** (Cas. 832) :

amabo. integrae atque imperitae huic impercito.›

Inprolus vel *inprolis* qui nondum esset adscriptus in civitate.

Inpelimenta inpedimenta dicebant.

Inpluvium quo aqua inpluit collecta de tecto. *Conpluvium* quod de diversis tectis aqua pluvialis confluit in eundem locum.

" *Inpensam stipem* " aes sacrum quod nondum erat pensum.

Inpescere in laetam segetem pascendi gratia inmittere.

Impomenta, quasi ' in-poni-menta ', quae post cenam mensis inponebant.

Inportunum in quo nullum est auxilium velut solet portus esse navigantibus.

Imputatum nondum purgatum ; *putum* est enim purum. Unde *putare* vites dicimus, hoc est detrahere quae inpedimento sunt ad fructum.

INPORCITOR. Unde Verrius materiam sumpserit, quomodo ab eo aut a Festo disposita sit divinare periculosae est plenum opus aleae, sed indicium saltem conexionis inter hoc lemma et lemma Indigitamenta dat Servius (et Donatus ?) Geo. 1, 21 : Quod autem dicit « studium quibus arva tueri », nomina haec numinum in Indigitamentis inveniuntur, id est in Libris Pontificalibus, qui et nomina deorum et rationes ipsorum nominum continent, quae etiam Varro dicit... Fabius Pictor hos deos enumerat quos invocat flamen sacrum Cereale faciens Telluri et Cereri... Inporcitorem, etc.

PORCA. Cf. infra, s. v. Porcae (244, 6 ; 274, 19). Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 33 adn.).

INPETRITUM. Vox sacerdotalis. Vide infra ad Propetrare (253, 23) ; Perpetrare (238, 24), ubi versus Pacuvii citatur « neque perpetrare precibus inpetrita quit », ad quem haec revocare vult Reitzenstein.

INPROLIS. Hinc Gloss. Philox. IN 409 Inproles : ἀφῆλιξ μήπω πολιτευόμενος (etiamne IN 417 Inproles : ἄγονος, ἄτεκνος, ἄνηβος ?), unde, ni fallor, Gloss. Aff. (Inprolis : nondum vir).

INPELIMENTA. An D littera in L conversa (cf. infra, s. v. Seliquastra 460, 1) ? An vult dicere inpelimenta priorem formam fuisse ab eo quod est impellere derivatam ? Cf. ps. Plac. Impulsas : impositas ; unde hodie quoque « impulsari fascem » dicimus, quod magis imponi decentius dicitur.

INPLUVIUM. Cf. Varr. L. L. 5, 161 : Si relictum erat in medio ut lucem caperet deorsum quo impluebat, dictum impluvium ; susum qua compluebat, compluvium ; utrumque a pluvia.

INPESCERE. Cf. supra, s. v. Conpescere (35, 10 velut in eodem pascuo continere) ; s. v. Dispescere (63, 25 pecus a pastione deducere ; ut conpescere una pascere et in uno loco continere).

IMPOMENTA. Cf. Schwyzer (Rhein. Mus. 76. 440).

IMPORTUNUM. auxilium] quies Serv. Aen. 11, 305, unde Isid. Etym. 10, 136 : refugium Serv. auct. (l. c.), qui, ut solet, a Festo stat.

IMPUTATUM. Cf. supra, s. v. Inpolitias (95, 26).

PUTUM. Cf. infra, s. v. (240, 9) ; supra, s. v. Amputata (23, 9).

PUTARE. Cf infra, s. v. Putus (240,9 unde putatae vites et arbores, quod decisis inpedimentis remanerent purae ; aurum quoque putatum dici solet, id est expurgatum).

Imbrica tempestate pluviam videtur significare.

Inparentem non parentem, hoc est oboedientem.

Implorare inclamare, ad auxilium invocare.

Inpudicatus stupratus, inpudicus factus.

Inpos est qui animi sui potens non est, qui animum suum in potestate non habet.

Inbarbescere barbatum fieri.

In procinctu factum testamentum dicitur quod miles pugnaturus nuncupat praesentibus commilitonibus.

Inbutum est quod cuiuspiam rei sucum perbibit. Unde infantibus an velint bibere dicentes *bu* syllaba contenti sumus.

Inpenetrale (–abile ?) cuius ultimum penetrale intrare non licet.

Inplexum implicatum, quod Graeci ἐμπεπλεγμένον dicunt.

In mundo dicebant antiqui cum aliquid in promptu esse volebant intellegi.

Imbrex nomen cuiusdam comici.

Inpares tibiae numero foraminum discretae.

Imparem numerum antiqui prosperiorem hominibus esse crediderunt.

Impetix impetigo.

Impiatus sceleratus.

Inipitè inpetum facite (?)

IMBRICA. videtur] Quis ? An XII Tab. ?

IMPLORARE. Cf. supra, s. v. Endoplorato (67, 12 inplorato, quod est cum questione nclamare ; inplorare namque est cum fletu rogare, quod est proprie vapulantis).

INPUDICATUS. Vox Laberiana.

INPOS. Hinc Gloss. Aff. (=Abol.) Inpos : non potens animi.

IN PROCINCTU. Cf. supra, s. v. Classis Procincta (49, 10). Gloss., Philox. IN 38[illegible] (In procinctu : ἐν προτομῇ πολέμου στῆναι μετὰ ἐσθῆτος ὑπατικῆς ἤτοι διαθέσθαι ἐν παρατάξε[illegible] πολέμου) ad E–capitulum, s. v. Endo Procinctu (67, 15), assignare malim.

INBUTUM. Cf. supra, s. v. Exburae (69, 26 quae exhiberunt, quasi epotae).

BU. Hucine revocanda corrupta gl. Philox. BO 15 Boa βρεφος (cf. Heraeus, Arch. lat Lex. 13, 163) ? Cf. Varr. Catus ap. Non. 81,1 : Cum cibum ac potionem buas ac pappa[illegible] vocent, et matrem mammam, patrem tatam. Sed ad lemma Papillae (vid. infra), 246, [illegible] malo revocare Gloss. Philox. PA 87 Pappat : μασᾶται.

INPENETRALE. Hincine Gloss. Philox. IN 343 Inpenetrabile : ἀδύνατον, ὅπου τις οὐ[illegible] ἐφίεται εἰσελθεῖν, ἀνόδευτον ?

IMBREX. Abhorret hoc ab usitato more Verrii. Fuitne pars lemmatis Ambrices (15, 16) vel etiam lemmatis Imbrica Tempestate (96, 21) ? Hucine revocabimus Isid. Etym. 19, 10 15 : Imbrices, quod accipiant imbres ? Suadet corrupta gl. Ansil. IN 1227 ' Imber–ceps ' imbrices. Et suntne eiusdem gregis Gloss. Philox. IN 43 Imbrices : καλυπτῆρες, IA 3 Imbricat : σκέπει, καλύπτει ? Suspicionem movet IM 14 Imbricitur : ὀμβροῦται, βρέχετα[illegible] (cf. Enn. Ann. 444 : Imbricitor Aquiloque). Potest Festus versum Ennianum citavisse e[illegible] illud Imbricitor a Philoxeno male intellectum esse.

IMPARES TIBIAE. Cf. supra, s. v. Dextrarum Tibiarum (65, 7).

IMPAREM NUMERUM. Cf. Serv. et Serv. auct. ad Ecl. 8, 75 (numero deus impar gaudet).

INIPITE. inpetum] inplexum vel inretitum docti (cf. ps. Plac. Inipitus : implicitus v[illegible] inretitus). Inpitite inpet. fa. vel Impite inp. fac alii : Impite <facite> inpetu fa. alii. C[illegible] Gloss. Philox. IM 73 Impete : ὁρμηδὸν. Si vox auguralis est (cf. s. v. Praepetes 224, 6 286, 14), sequens lemma affine est.

Inhibere iniungere, sed melius cohibere. *Inebrae aves* quae in auguriis aliquid fieri prohibent ; et prorsus omnia *inebra* appellantur quae tardant vel morantur agentem.

In praepositio modo significat quod non, ut inimicus ; modo auctionem, ut inclamavit ; modo [ubi] quo tendatur, ut incurrit ; modo ubi qui sit, ut inambulat.

Inmunis vacans munere aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum (Trin. 24) « inmune est facinus ».

Iniurum (-us) periurum (-us). <Plautus (Pers. 408) :

inpure, inhoneste, iniure, inlex, labes popli.>

In eopte (-pse ?) eo ipso.

Immolare est *mola*, id est farre molito et sale, hostiam perspersam sacrare.

Initium est principium ; sed alias quo quid incipiat, ut viae Appiae porta Capena ; alias ex quo quid constet, ut aqua terra aer.

Inercta indivisa.

Iners ignavus vel sine arte.

Inigere pecus agere [id est minare].

Init ponitur interdum pro concubitu ; interdum pro invenit, ut 'iniit rationem' ; interdum pro introit, ut Plautus (fr. 29) « init te umquam febris ? »

Inermat armis spoliat.

In insula Aesculapio facta aedes fuit quod aegroti a medicis aqua maxime sustententur. Eiusdem esse tutelae draconem quod vigilantissimum sit animal ; quae res ad tuendam valitudinem aegroti maxime apta est. Canes adhibentur eius templo quod is uberibus canis sit nutritus. Bacillum habet nodosum quod difficultatem significat artis. Laurea coronatur quod ea arbor plurimorum sit remediorum. Huic gallinae immolabantur.

Interregnum appellatur spatium temporis quousque in loco regis mortui alius ordinetur (?).

Intempestam noctem dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis ho-

---

INEBRAE. Cf. supra, s. v. Enubro (67, 10 inhibenti).

IN. Cf. supra, s. v. (96, 1), || auct] ut Inhibere || quo tend.] ut Impite.

INMUNIS. Glossographorum eandem in eodem versu doctrinam exhibet ps. -Plac. (Immoene : improbum, culpandum, vel interdum munere liberatum). Fortasse hic exhibendus erat locus Isidori (Etym. 10, 140), qui infra, s. v. Munem (127,7), exhibetur. Festinus videtur esse, et ad alios huius Plautinae fabulae versus (Trin. 350 ; 354) spectare.

IN EOPTE. Voxne Plautina ? Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) EO 15 (Eopse : eo ipso) ?

IMMOLARE. Cf. infra, s. v. Mola (124, 13) ; supra, s. v. Ador (3, 20).

INERS. Hinc nimirum Gloss. Philox. IN 157 Iners : ἀδρανής, ἄτεχνος. Unde fortasse colligendum Festum non plura scripsisse, vel saltem a Paulo fideliter descriptum esse.

INIGERE. Hucine redit gl. corrupta Philox. IN 84 Indigat : ἀπελαύνει ? | min.] cf. ad 21, 13, s. v. Agere.

AESCULAPIUS drac.] Cf. supra— s. v. Dracones (59, 12 ideoque Aesculapio adtribuuntur quod vigilantissimi generis putantur, quae res medicinae maxime necessaria est). || Canes etc. Cf. Tarquitius (Priscus) ap. Lact. Div. Inst. 1, 10, 2 ; Tertull. Nat. 2, 14.

INTERREGNUM. Incertae originis est Gloss. Amplon. II Interregnum : quotiescumque inter mortuum primum regem et eum qui post ipsum creari potest ad tempus potestas eligitur media ; idem etiam interrex dicitur.

INTEMPESTAM. Cf. Varr. L. L. 7, 72 : Quod est apud Cassium (Acc. praet. 41) « nocte intempesta nostram devenit domum », intempesta nox dicta a tempestate, tempestas ab

rae quam diei possint intellegi. *Tempestatem* enim antiqui pro tempore posuere.

Intergerivi parietes dicuntur qui inter confines struuntur et quasi intergeruntur.

Internecio vitae privatio, interfectio, a nece denominato vocabulo.

Inter cutem flagitatos dicebant antiqui mares qui stuprum passi essent.

Interduatim et *interatim* dicebant antiqui quod nunc interdum et interim.

Intrahere (?) est contumeliam intorquere.

Intercapedo tempus interceptum, cum scilicet mora est ad capiendum.

Instaurari ab instar dictum, cum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur.

Insulae dictae proprie quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis circumituque publico aut privato cinguntur ; a similitudine videlicet earum terrarum quae in fluminibus ac mari eminent suntque in salo.

Instigare incitare.

Insimulare crimen in aliquem confingere.

Insuasum appellabant colorem similem luteo qui fiebat ex fumoso stillicidio <Plautus (Truc. 271) :

quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam.>

Insitum ab inserendo tractum, sed aliquotiens significat impositum.

---

tempore ; nox intempesta quo tempore nihil agitur ; 6,7 Inter vesperuginem et iubar dicta nox intempesta, ut in Bruto Cassii quod dicit Lucretia « nocte int. » etc. intempestam Aelius dicebat cum tempus agendi est nullum. Cf. supra, s. v. Iubar (92, 18) ; infra, s. v. Vesperogo (506, 14).

TEMPESTATEM. Cf. infra, s. v. (498, 32 pro tempore frequenter antiqui dicebant).

INTERGERIVI. Hinc Gloss. Philox. IN 642 Intergerius paries : τοῖχος ὁ δύο κτήσει διορίζων.

INTER CUTEM. Vide infra ad Intercutitus (100, 24).

INTERATIM. Citavitne Festus Plaut. Truc. 882 :

id quoque interatim furtim nomen commemorabitur

(ubi ' interim futatim ' est in codd. qui extant) ?

INTRAHERE. an intericere (i. e. inter -iacere) ? Nam vicina lemmata ab Inter- incipiunt. Et huc revocanda videtur gl. Philox IN 651 Intericit : σχετλιάζει.

INTERCAPEDO. Hincine Gloss. Abol. IN 42 Intercapido : interiectum temporis Gloss. Philox. IN 610 Intercapedo : διάστημα χρόνου ?

INSTAURARI. Fortasse ex Festo hausit Placidus (non ps- Plac.) Instar veteres pro similitudine ponebant ; inde et instaurare dicebant. Pervulgata tamen haec doctrina est cf. Serv. Aen. 2, 15 : Instar est ad similitudinem ; unde non restaurata, sed instaurata dicuntur aedificia ad antiquam similitudinem facta.

INSULAE. Hinc Gloss. Philox. IN 566 Insula : νῆσος συνοικία ; Gloss. Abol. IN 6 Insulae sunt quae non iunguntur communibus parietibus cum vicinis. || in salo] Cf. Isid. Etym. 14, 6, 1 : Insulae dictae quod in salo sint, id est in mari. Cf. Richter (Herm. 20,91

INSTIGARE. Hincine Gloss. Abol. IN 67 Instigat : incitat vel inritat ?

INSUASUM. Cf. infra, s. v. Suasum (392, 25 color appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo Plautus « quia tibi suaso », etc. ; quidam autem legunt ' insuaso ', etc. Hinc (non inde) Gloss. Philox. IN 565 Insuasum : εἶδος δοκαρίων κεκαπνισμένων. Quasi tillum fidei sit Philoxeno dandum disce.

INSITUM. Hinc Gloss. Abol. IN 70 Insitum : ab inserendo ; Gloss. Ansil. (= Abol.) I 1677 Insitum ; impositum.

Inseque apud Ennium, dic (Ann. 326) :

‹ Inseque Musa manu Romanorum induperator
Quod quisque in bello gessit cum rege Philippo.› *Inserit*. dixerit (Enn. inc. 36).

Insignis tam ad laudem quam ad vituperationem inflecti potest.

Insaeptum non saeptum ; ponitur tamen et pro non aedificatum.

Insecta non secta ; sed et aliquotiens significa[n]t secta.

Insupare inicere ; unde fit *dissipare*.

Insons extra culpam ; a quo dici morbus quoque existimatur *sonticus* quia perpetuo noceat.

Inscitia stultitia.

Insessores latrones quod circa vias insidientur sedentes.

Inmanis ferus, sive magnus.

Imago ab imitatione dicta.

Ingluvies a gula dicta. Hinc et *ingluviosus* et *glutto*, *gulo*, *gumia*, *guttur* [guttu], *gutturosus* et *gurgulio*.

Inmusulus avis genus quam alii regulum, alii ossifragam dicunt.

Infindere intercipere, interponere.

INSEQUE. Hinc Gloss. Philox. IN 466 Inseque : εἰπέ. Versuum par supplevi quod Gellius citavit (18,9) : Velio Longo... qui in commentario quod fecisset de Usu Antiquae Lectionis scripserit non inseque apud Ennium legendum, sed insece, etc. A Festo ps - Placidus alienus est, sed glossographorum eandem atque Festus doctrinam exhibere solet. Cum igitur ps– Plac. habeat Insequis : narras, refers, et interdum pergis, Gloss. autem Philox. addat (IN 467) Inseque[re] : ἐπακολούθησον, suspicio oritur Festum scripsisse : dic ‹vel perge›.

INSIGNIS. vitup.] Cf. infra, s. v. Obstinato (208, 34), ubi citatur Cato « insignibus flagitiis ». Eo haec revocare vult Reitzenstein.

INSECTA. Hucine redit Gloss. Philox. IN 475 Insectiones : αὐλακισμοί, ἐνσχισμοί ?

INSUPARE. Hinc Gloss. Abol. IN 69 Insupare : inicere. Cf. supra, s. v. Insipere Farrin Olam (93, 17 iacere pultis ; unde dissipare).

INSONS. Cf. infra, s. v. Sons (382, 14 nocens... insons innocens).

SONTICUS. Cf. infra, s. v. Sonticum Morbum (372,3 in XII.. nonnulli putant esse qui noceat, quod sontes significat nocentes); s. v. Sontica Causa (464, 28 dicitur a morbo sontico).

INSESSORES. Cf. supra (in H capitulo) s. v. Ὁδοιδόκος (91, 20).

INMANIS. Hincine Gloss. Philox. IM 29 Immanis : μέγιστος, ἄγριος ?

INGLUVIES. Hinc, ni fallor, Gloss. Philox. IN 70 Ingluvies : τράχηλος, λίπος [‹Ingluvies› : ἀποδερματισμός] . Festus igitur Varronianam expositionem dederat. Cf. Varr. L. L. XXIII (ap. Serv. auct. Geo. 3, 431) : Ingluvies tori sunt circa gulam qui propter pinguedinem fiunt atque interiectas habent rugas. | gumia] cf. Marx ad Lucil. 1066.

INMUSULUS. Hinc Gloss. Philox. IM 51 Immusulus : εἶδος ὀρνέου, IN 145 Inm. : ὄρνεον βασιλικόν, ὄρνις βασιλικός. Cf. infra, s. v. (101,1 ales ex genere aquilarum est, sed minor virium quam aquilae). Vide supra, ad Alites (3, 10 volatu auspicia facientes istae putabantur : buteo, sanqualis, inmusulus, aquila, vulturius). Etiam in E–capitulo Festum huius avis mentionem fecisse indicat (vix demonstrat) Gloss. Ansil. EM 172 Emussulus : ex aviolus in auspiciis. Indicatne etiam Festum non regulum scripsisse, sed regaliolum ? Vix credo ; nam ex Gloss. Philox. RE 105-106 (Regaliolus : σπίνος, βασιλίσκος ὀρνύφιον) colligo regaliolum fuisse perparvum avem, ab aquilarum genere longe remotum, Anglice ‘ kinglet ’, ‘ golden-crested wren ’.

INFINDERE. Vox auguralis ?

Inferiae sacrificia quae dis Manibus inferebant.

Infectores qui alienum colorem in lanam coiciunt ; *offectores* qui proprio colori novum officiunt.

Infrequens appellatur miles qui abest afuitve a signis.

Involvu<*lu*>*s* vermiculi genus qui se involvit pampino. <Plautus (Cist. 729) :
involvolum quae in pampini folio intorta implicat se.>

Infit incipit. Sed diversae significationis est ab eo quod est fit ; nam infit agentis est, fit patientis.

Infiteri (–entes ?) non fateri (–entes ?). *Infitiari* creditum fraudare. <..*infitias*..>

Infulae sunt filamenta lanea quibus sacerdotes et hostiae templaque velantur.

Inferium vinum id quod in sacrificando infra labrum paterae ponebatur.

Inlicium vocare antiqui dicebant ad contionem vocare. *Inlices* canales in quos aqua confluit in viis lapide stratis ab inliciendo dicti. *Inlecebrae* item ab inliciendo dictae. *Inlex* producta sequenti syllaba significat qui legi non paret ; inlex correpta sequenti syllaba significat inductor, ab inliciendo. Plautus (Asin. 221) « esca est meretrix, pectus (lec–) inlex. »

Inlitterata pax est quae litteris conprehensa non est.

Inlaqueatum alii pro vincto utuntur, alii pro soluto.

« *In conventione* » in contione.

Iustum vadem idoneum sponsorem.

INFERIAE. Hincine Gloss. Abol. IN 63 Inferiae : quae Manibus destinantur ?

OFFECTORES. Cf. infra, s. v. (211, 11 colorum infectores).

INFREQUENS. Cum sequens lemma Plautinum sit, vide ne Festus citaverit Truc. 230
quin, ubi nil det, pro infrequente eum mittat militia domum.

INFITERI. Huc revoco Gloss. Philox. IN 230 Infitentes : ἀρνούμενοι, IN 225 Infitias ἄρνησιν, credoque Festum infitias quoque memorasse. Cf. Gloss. Ansil. (=Abol.) IN 752 Infitias : negationes. Noli illud Infiteri auxilio Gloss. Abstr. defendere (IN 112 Infitetur : non fatetur, negat), nam moris erat ei glossario tertiam pers. sing. ind. praes. ubique ponere (cf. Glossaria Latina, III praef.).

INFITIARI. Cf. Isid. Etym. 5, 26, 20 : Infitiatio est negatio debitae rei cum a creditore deposcitur.

INFULAE. Cf. supra, s. v. Exinfulabat (71, 25 infulas enim sacerdotum filamenta vocabant). Cf. Varr. L. L. 7, 24 : « Infulatas hostias », quod velamenta his e lana quae adduntur, infulae. Cf. Dragendorff (Rhein. Mus. 51, 286).

INLICIUM. Sunt qui huc trahant obscuram gl. Philox. IN 283 Inlictum : συνσκευή. Cf. infra, s. v. Inlicivum (101, 12). Cf. Varr. L. L. 6, 94 : Quare non est dubium quin hoc inlicium sit cum circum muros itur ut populus inliciatur ad magistratus conspectum, qui viros vocare potest, in eum locum unde vox ad contionem vocantis exaudiri possit ; quare una origine illici et inlicis quod in choro Proserpinae est et pellexit quod in Hermiona est cum ait Pacuius (170 R.) « regni alieni cupiditas pellexit » ; sic Elicii Iovis ara in Aventino, ab eliciendo. Vide supra ad Adlicit (25, 14).

INLICES. Cf. supra, s. v. Elices (66, 22).

INLEX. Hincine Gloss. Philox. IN 275a. Inlex. : παράνομος, ἄνομος ?

IN CONVENTIONE. **An** in coven. ? Cf. S. C. Bacch. (C. I. L. I[2] 581) : Haice utei in coventionid exdeicatis.

IUSTUM VADEM. Cf. infra, s. v. Vadem (518, 12 sponsorem significat datum in re capitali).

Infra classem significantur qui minore summa quam CXX·V milium aeris censi sunt.

Intercutitus vehementer cutitus, hoc est valde stupratus.

Inlicitator emptor.

Infibulati sacrificabant flamines, propter usum aeris antiquissimum, *aereis fibulis*.

Inmusulus ales ex genere aquilarum est, sed minor virium quam aquilae. Quae volucris raro et non fere praeterquam vere apparet quia aestum algoremque metuit. Appellatur autem ita quod subito et inexpectata se inmittat.

Inarculum (?) virgula erat ex malo Punico incurvata quam regina sacrificans in capite gestabat.

Iniuges boves qui sub iugo non fuerint.

Insanum pro valde magnum usus est Plautus.

Ircei genus farciminis in sacrificiis.

Incalativae vocativae (invoc– ?)

Indigitanto inprecanto.

Inlici[r]um dicitur cum populus ad contionem elicitur, id est evocatur. Unde et *colliciae* tegulae per quas aqua in vas defluere potest.

INFRA CLASSEM. Cf. Gell. 6, 13, 1-3: Classici dicebantur non omnes qui in quinque classibus erant, sed primae tantum classis homines, qui centum et viginti quinque milia aeris ampliusve censi erant ; infra classem autem appellabantur secundae classis ceteraumque omnium classium qui minore summa aeris quod supra dixi censebantur ; hoc eo strictim notavi quoniam in M. Catonis oratione qua Voconiam Legem Suasit (fr. 3) quaeri solet quid sit classicus, quid infra classem.

INTERCUTITUS. Cf. supra, s. v. Inter Cutem Flagitatos (98, 22). Est, sicut praecedens lemma, vox Catoniana, vel potius varia vocis Catonianae lectio. Nam Cato dixit (Orat. 8, 2) : intercutibus stupris obstinatus. Cf. Priscian. I, p. 271, 1 : Invenitur apud vetustissimos 'intercus, intercutis ', et proprie intercus aqua dicitur quam Graeci ὕδρωπα nominant... Cato autem quasi adiectivo eo est usus dicens « int. » etc. pro intestinis ut sit secundum eum ' hic ' et ' haec ' et ' hoc ' intercus, id est qui vel quae vel quod intra cutem est.

INMUSULUS. Cf. supra, s. v. (99, 23).

INFIBULATI FLAMINES. Nugatur Thes. Ling. Lat. s. v. Fibula (VI 644, 75). Delirat Heiberg (Wien. Stud. 1891, p. 70). Cf. Warnecke (Rhein. Mus. 74, 233).

INARCULUM. An errore Pauli pro ' in arculum ' ? Cf supra (15,6), ubi gl. Abol. testatur masc ' arculus ' Neutr. arculum est in codd. Serv. auct. Aen. 4, 137 : Arculum vero est virga ex malo Punica incurvata quae fit quasi corona et ima summaque inter se alligatur vinculo laneo albo ; quam in sacrificiis certis regina in capite habebat, flaminica autem Dialis omni sacrificatione uti debebat.

INIUGES. Cf. supra, s. v. Iuges (92, 22 eiusdem iugi pares ; unde et coniuges et seiuges). Quanta (vel quantilla) Fulgentio fides sit danda non liquet (Serm. Ant. 10) : Manilius Cresus in libro quem de deorum hymnis scribit ait Minervae iniuges boves sacrificari, id est iugum numquam ferentes, illa videlicet causa quod et virginitas iugum nesciat maritale et virtus numquam sit iugo prementi subiecta.

INSANUM. Vox Plautinissima.

IRCEI. Cf. supra, s. v. Irceus (93, 10 genus farciminis).

INCALATIVAE. Cf. supra, s. v. Incalationes (95, 16 invocationes) ; infra, s. v. Incalanto (invocanto).

INDIGITANTO. Cf. supra, s. v. Indigetes Di (94, 13). Cf. infra, ad Increpitanto.

INLICIUM. Cf. supra, s. v. (100, 11).

COLLICIAE. Cf. supra, s. v. Delicia (64, 8 est tignum... unde tegulae deliciares).

Indigitamenta incantamenta, vel<ut> 'indicia'.

Insignes appellantur boves qui in femine et in pede album habent, quasi insigniti.

Internecivum testamentum est propter quod dominus eius necatus est.

Increpita[n]to ferito. *Increpitare* clamare, maledicere.

Inbelliam belli inscientiam.

Iecunanum (?) victimarium.
Inori inores.
Incalanto invocanto.

Ingens dicitur augendi consuetudine, ut inclamare, invocare. Quia enim gens populi est magnitudo, ingentem per compositionem dicimus, quod significat valde magnum.

In pelle lanata nova nupta consedere solet vel propter morem vetustum quia antiquitus pellibus homines erant induti, vel quod testetur lanificii officium se praestaturam viro.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. Philox. IA 26-27) Ianitrix : ἡ πυλωρός. *Ianitrices* : δύο ἀδελφῶν γυναῖκες σύννυμφοι.
(Gloss. Philox. IG 3) *Ignavatis* : ἀδρανισθέντων.
(Gloss. Philox. IN 98) *Inde loci* : τότε, ἔπειτα, ἀπὸ τόπου.
(Gloss. Abav. [=Philox.] IN 91) *Indisertus* : ἀρχαίως infans.
? (Gloss. Abol. IN 73) *Induperator* : imperator.

INDIGITAMENTA. Hinc Gloss. Philox. IN 108 Indigitamenta : ἱερατικὰ βιβλία. Festus igitur fere eadem scripserat atque Serv. Geo. 1, 21 : in Indigitamentis, id est in Libris Pontificalibus. Vide supra, ad Inporcitor (96, 3).

INTERNECIVUM. Ex Festo, credo, sed ex Festo male intellecto, Isidorus Etym. 10, 149 : Internicida est qui falsum testamentum fecit et ob id hominem occidit ; 5, 26, 17 Internecivum iudicium in eum dabatur qui falsum testamentum fecerat et ob id hominem occiderat.

INCREPITANTO. feriunto docti. Cf. supra, Indigitanto ; infra, Incalanto.

INCREPITARE. Cf. supra, s. v. (95, 6 arguere, conviciari). clam.] an inclamare (cf. Serv. Aen. 1, 738 : Increpitans inclamans, ut « aetatem increpitans seram », aut certe arguens, etc.) ?

INORI. In. minores codd. Hinc fortasse Gloss. Philox. IN 331a Inos : ἀπρόσωπος. Citavitne Festus Turpilii versum quem Nonius (216, 6 ; s. v. Ostrea) citat (23) ?
in acta cooperta coge inoras ostreas.

INCALANTO. Cf. supra, s. v. Incalativae ; ad Increpitanto.

INGENS. augendi] cf. supra, s. v. In (96, 1 ; 97, 15).

IN PELLE LANATA. Hincine Gloss. Philox. PE 46 Pellis lanata : μηλωτή, ἀρνακίς ? Cf. Serv. auct. Aen. 4, 374 de nuptiis flaminis ac flaminicae : Sellas duas iugatas ovilla pelle superiniecta poni eius ovis quae hostia fuisset. || antiquitus] Cf. infra, s. v. Pellem (225, 15 habere Hercules fingitur ut homines cultus antiqui admoneantur).

IANITRICES. Festus multus est in his cognationis nominibus. Ex Festo, ni fallor, Isid. Etym. 9, 7, 17 : Duorum inter se fratrum uxores ianetrices vocantur, quasi eandem ianuam terentes (ten– ?) vel per eandem ianuam iter habentes.

IGNAVATIS. Pertinetne ad G capitulum (cum IG 2 Ignarures : ἀγνοοῦντες) ?

INDISERTUS. Cf. supra, s. v. Disertus (64, 1).

INDU. Cf. supra, s. v. Endoriguom (in parte ii E-capituli).

INDUPERATOR. Potest esse nil nisi glossa super vocem induperator in versu a Festo citato scripta.

(Gloss. Philox. IN 116-117) *Indu* : εἰς, ἔνδον, ἐντός.

(Gloss. Abav. IN 157) *Ingruit* : cum turba venit et impetu ; tractum est autem hoc a gruibus quae simul volant ; inde *congruere* convenire est.

(Gloss. Philox. IN 2) *Inunt* : πορεύονται.

(Gloss. Abol. IN 229) *Involare* : in volam, id est in manum, includere.

(Gloss. Philox. IO 10) *Ipsipse* (?) : αὐτός.

(Gloss. Abav. [= Philox.] IP 1 *Ipsus* : ἀρχαίως ipse.

(Gloss. Abol. IU 13) *Iumentum* : a iuvando dictum.

L

I. Ex Paulo Diacono.

Lucetium Iovem appellabant quod eum lucis esse causam credebant (?).

Lemnisci, id est fasciolae coloriae dependentes ex coronis, propterea dicuntur quod antiquissimum fuit genus coronarum lanearum.

Lectus dictus vel a collectis foliis ad cubitandum, vel quod fatigatos ad se alliciat, vel a Graeco λέκτρον.

Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iovem haec verba dicentes : Si sciens fallo, tum me Dispiter salva urbe arceque bonis eiciat ut ego hunc lapidem.

Lepista genus vasis aquarii.

INGRUIT. Cf. supra. s. v. Congruere (35,12 dictum est a gruibus qui non fere segregantur, sive cum volant sive cum pascuntur) ; s. v. Gruere (86, 12 unde tractum est congruere, hoc est convenire, quia id genus volucrum minime solivagum est).

INUNT. Cf. infra, s. v. Nequinunt (160,3).

INVOLARE. Pertinetne ad U capitulum, s. v. Volae Vestigium (510,4)? Cf. Gloss. Philox. IN 737 Involat : καταχλέπτει.

IPSIPSE Iosipse cod.

IUMENTUM. Melius Varro L. L. 5, 135 ; Iugum et iumentum ab iunctu.

LUCETIUM. Lucerl- Gloss. Philox. LU 4 (Lucerius : Ζεύς) : Lucesi- Carm. Sal. ap. Ter. Scaur. 28, 11 K (? cume tonas, Leucesie, prai ted tremonti). Sed Luceti -confirmant Gell. 5, 12, 6 (Diovis dictus est et Lucetius...Lucetium autem Iovem Cn. Naevius in libris Belli Poenici appellat) ; Serv. Aen. 9,570 (Lucetium : solum hoc nomen est quod dictum a Vergilio in nullo alio reperitur auctore ; sane lingua Osca Lucetius est Iuppiter, dictus a luce quam praestare hominibus dicitur) ; Macrob. 1, 15, 14 (cum Iovem accipiamus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carminibus canunt et Cretenses Δία τὴν ἡμέραν vocant, ipsi quoque Romani Diespitrem appellant ut diei patrem).

Ab hoc lemmate etiam Festum ominis causa (cf. ad M- capituli initium) incepisse credo.

LEMNISCI. loreae docti. Sed vide Thes. Ling. Lat. s. v. [| lan.] Cf Serv. Aen. 8, 128.

LECTUS. Cf. Varr. L. L. 5, 166 : Super lectulis origines quas adverti hae : lectica, quod legebant unde eam facerent stramenta atque herbam, ut etiam nunc fit in castris... nisi ab eo quod Graeci antiqui dicebant λέκτρον lectum potius.

LAPIDEM SILICEM. Cf. supra, s. v. Feretrius (81, 18). Cf. Tyrrell-Purser ad Cic. Fam, 7, 12, 2.

LEPISTA. Hinc Gloss. Philox. LE 31 Lepista : εἶδος χύτρας. Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I ap. Non. 547, 20) : Lepistae etiamnunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt aut aeneae. Non ad Festum sed ad scholium Vergilianum redit gl. Ansil. LE 198 Lepistam : vas vinarium antiqui ita nuncupabant) quae pars est longioris glossae Ansil. SI 502, Sinus).

Legio Samnit<i>um linteata appellata est quod Samnites intrantes singuli ad aram velis linteis circumdatam non cessuros se Romano militi iuraverant.

Lenones ab alliciendo adulescentulos appellati.

Letum ab oblivione, quam Graeci λήθην vocant, dictum.

Lemonia tribus a pago Lemonio appellata qui est a porta Capena via Latina.

Levir est uxori meae frater meus.

Leria (?) ornamenta tunicarum aurea.

Lesbium genus vasis caelati a Lesbis inventum.

Legimus aut scriptum aut oleam glandemve et alia quaedam ; et addita praepositione dicimus colligimus, deligimus.

Lectosia (Leucasia) *insula* dicta a consobrina Aeneae ibidem sepulta.

Lictores dicuntur quod fasces virgarum ligatos ferunt ; [h]i parentes magistratibus delinquentibus plagas ingerunt.

Liber repertor vini ideo sic appellatur quod vino nimio usi omnia libere loquantur.

Limis obliquus, id est transversus ; unde et *limina*. *Limites* in agris nunc termini, nunc viae transversae. *Limitatus ager* est in centurias dimensus.

Librile scapus librae. *Librilia* appellabantur instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachii crassitudinem, in modum flagellorum loris revincta.

Liberalia Liberi festa quae apud Graecos dicuntur Διονύσια. Naevius (com. 113) « libera lingua loquimur (-emur ?) ludis Liberalibus ».

Limaces cocleae, a limo appellatae. <**Plautus** (Cist. 405) :

> **non quasi nunc haec sunt hic limaces lividae.**>

Litatum alii solutum, deditum deo, quasi ' luitatum ' ; alii ex Graeco a precibus quas illi λιτάς dicunt.

Lixae qui exercitum secuntur quaestus gratia dicti quod extra ordinem sint

---

LETUM. Cf. Varr. L. L. 7, 42 : Leto... quod Graecus dicit λήθη, id est oblivioni.

LESBIUM. Cf. Athen. 11, 71 (p. 486) : Λεσβιον, ποτηρίου εἶδος.

LECTOSIA. Leucasia **Dionys**. (Ant. Rom. 1, 53, 2).

LICTORES. Cf. Gell. 12, 3 ; unde discimus I productam esse, līctor.

LIBER. Miraris hoc lemma a lemmate, quod infra est, Liberalia dissociatum.

LIMIS. Hausitne ex Festo Donatus Eun. 601 (Ego limis specto : limis, si nominativus est singularis, transversus significat ; si septimus pluralis, deest oculis. Nam limis est transversus ; unde limen quoque dicitur quod ingredientibus exeuntibusque transversum est) ? Inde discimus ambas formas, limis et limus, in usu antiquo fuisse.

LIBERALIA. Cf. supra. s. v. Honorarios Ludos (91, 19 quos et Liberalia dicebant). Cf. Varr. L. L. 6, 14.

LIMACES. Hincine Gloss. Philox. LI 49 Limax : γυμνοκοχλίας ? Cf. Varr. L. L. 7, 64 : In Cistellaria (405) « non quasi », etc. ; limax ab limo, quod ibi vivit. De glossis Plautinis ex hoc loco a Verrio collectis vide supra ad Diobolares Meretrices (65, 8). Vide ne ex Festo hauserit et aliquantum mutaverit Isidorus Etym. 12, 4, 7 : Limax vermis limi, dictus quod in limo vel de limo nascatur ; unde et sordida semper et inmunda habetur. Hispanice ' limaza ', Francogallice ' limaçon '.

LITATUM. **An** qu. lut. ? Cf. Varr. Menipp. 100 : In quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, ' lutavi '.

LIXAE. Hinc Gloss. Corp. (=Abol.) L 217 Lixae : qui exercitum secuntur quaestus causa ; Gloss. Abol. LI 16. || liceat] cf. infra, s. v. Lixabundus (104,1). Quartum etymon

militiae eisque liceat quod libuerit. Alii eos a Licha appellatos dicunt quod et ille Herculem sit secutus. Quidam a ligurriendo quaestum.

Lingula per deminutionem linguae dicta ; alias a similitudine exsertae, ut in calceis ; alias insertae, id est intra dentes coercitae, ut in tibiis.

Libella deminutivum est a libra.

Lacit decipiendo inducit ; *lax* (?) etenim fraus est.

Lituus appellatus quod litis sit testis ; est enim genus bucinae incurvae, quo qui cecinerit dicitur *liticen*. Ennius (Ann. 530) « inde loci lituus sonitus effudit acutos ».

Liti[s] cecidisse dicitur qui eius rei de qua agebat causam amisit.

<*Lixabundus* iter libere ac prolixe faciens .. « lixabundus ambulat ».. >

Licitati in mercando sive pugnando contendentes. < Ennius (Ann. 64) :

pars ludicre saxa
iactant, inter se licitantur. >

Liquitur labitur, fluit. < Plautus (Trin. 243) :

ilico res foras labitur, liquitur.>

<*Lingulaca* genus piscis, vel mulier argutatrix. Plautus (Cas. 497-498) :

vin lingulacas ? Quid opust, quando
uxor domi est ?
ea lingulaca est nobis, nam numquam
tacet.>

« *Lance et licio* » dicebatur apud antiquos quia, qui furtum ibat quaerere in domo aliena, licio cinctus intrabat lancemque

---

ex schol. Vergil. haustum) excepit (cum Nonio 62, 6 ; 48, 16) Gloss. Abstr. LI 51 Lixa
qua dicebant antiqui, unde et elixare dicitur et lixa militis. Quin etiam, si ex Festo cer-
um sit hausisse Isidorum Etym. 20, 2, 22 (Lixa aqua dicitur ab eo quod sit soluta), via a
mmate Litatum ad lemma Lixae pateat.

LIBELLA. Vide ne Festus scripserit Lingula.. < vel ligula, detracta N littera, sicut li-
ella, detracta R littera >. Cf. Varr. L. L. 5, 174 : Nummi denarii decuma libella, quod li-
ram pondo as valebat et erat ex argento parva.

LACIT. Hinc Gloss. AA (= Abol.) Lacit : inlicit, inducit. Cf. supra, s. v. Adlicit (25, 14
erducit aliquem in rem dictum a verbo lacit, id est decipit. Hinc descendit inlicere et oblec-
re, id est frustrantem inducere) ; infra, s. v. (104, 16 inducit in fraudem, etc.) Sed quam
ocem secutum hoc verbum in LI– serie locum occupavit ?

LAX. Hausitne ex Festo Isidorus Etym. 10, 199 : Oblectator quasi cum lacte cum fraude,
t Terentius (Andr. 648) :

nisi me lactasses amantem ;

ide et oblectare dictum est ? Si hausit, suspicor Festum de eo quod est lac dixisse, et
Paulo male intellectum esse. Suspicentur alii, si qui velint, Isidorum non lacte sed lace
ripsisse. Haud scio an Festum Isidori fontem fuisse indicet Gloss. Ansil. (= Abol.) LA 188
ictare : circumvenire, fraude vocare ; Terentius « nisi », etc.

LITICEN. Hincine gl. corrupta AA (= Abol.) Liticines : lituo, <ut> cornicines cornu
nentes ?

LITI. An lite is ?

LIXABUNDUS. Supplevi ex Gloss. Abol. LI 10 Lixabundus ambulat : qui voluntatis
usa <ambulat> dicitur.

LICITATI. Supplevi ex Nonio (134, 11 s. v. Licitari : congredi pugnare), qui etiam citat
ecilium (68) :

quin machaera
licitari adversum ahenum coepisti sciens ?

LINGULACA. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Lingula<ca> : arguta, loquax. [mulier arg.]
li credere. Abutitur ioco Plauti.

ante oculos tenebat propter matrum familiae aut virginum praesentiam.

Lautitia<m) epularum magnificentia<m> alii a lavatione dictam putant quia apud antiquos hae elegantiae, quae nunc sunt, non erant, et raro aliquis lavabat.

Laeva sinistra ; quam Graeci σκαιάν, unde tractum cognomen *Scaevola*. A laeva *laetrum* sinistrum et *laetrosum* sinistro<r>sum.

Lacuna, id est aquae collectio, a lacu derivatur ; quam alii *lamam*, alii *lustram* (–um ?) dicunt.

Lacit inducit in fraudem ; inde est *allicere* et *lacessere*, inde *lactat*, *illectat*, *oblectat*, *delectat*.

Laena vestimenti genus habitu duplicis quidam appellatam existimant Tusce, quidam Graece quam χλανίδα dicunt.

Lautumias ex Graeco, et maxime a Syracusanis qui λατομίας et appellant et habent ad instar carceris, ex quibus locis excis[i] sunt lapides ad extruendam urbem.

Laureati milites sequebantur currum triumphantis ut quasi purgati a caede humana intrarent Urbem : itaque eandem *laurum* omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat, vel quod medicamento siccissima sit, vel quod omni tempore viret ut similiter respublica floreat.

Laverniones fures antiqui dicebant quod sub tutela deae *Lavernae* essent, in cuius luco obscuro abditoque solitos furt[a]

LAUTITIA. Sed cf. supra, s. v. Dacrimas (60, 6 dautia, quae lautia dicimus).

LAETRUM. Hinc Gloss. Philox. LA 16 Laetrum : ἀριστερόν (unde male Gloss. Abav LA 69 Laetrus : laevus).

LAMAM. Plural. Festus ? Hinc enim Gloss. Philox. LA 35 Lamae : πηλώδεις τόποι.

LUSTRAM. Femin. etiam Plaut. Cas. 242 :

ubi in lustra iacuisti ?

Sed cf. infra, s. v. Lustra (107, 12 significat lacunas lutosas quae sunt in silvis aprorum cubilia ; qua similitudine hi qui in locis abditis et sordidis ventri et desidiae operam dant dicuntur in lustris vitam agere).

LACIT. Cf. supra, s. v. (103, 25).

LAENA. Hincine Gloss. Abol. LE1 (Laena : toga duplex, vestis regia) ? Incertae originis est longa gl. Ansil. (LA 211 Laena : amictus rotundus duplex, ut Iulius Suavis ; Suetonius vero ait toga qua infibulati flamines sacrificant ; huius vestis inventor Laenas appellatus est). Si Glossarii Abstr. est, redit ad schol. Aen. 4, 262 (cf. Serv. auct. ad loc.). Sed etiam si potest scholiasta (Donatus ?) a Festo hausisse, qui in recensendo Verrio Suetonium de Vestibus adhibuit (cf. part. ii, s. v. Limbus). Illud ' Iulius Suavis ' vult Lehmann (Philol. 83, 201) in ' Iunilius ait ' corrigere.

LAUTUMIAS. Ad Schol. Vergil. (Aen. 3, 500) redit gl. Abstr. LA 11 : (Lautumiae : carceres apud Syracusas ubi est mons excavatus) et fortasse LA 43 (Lautumia : custodia vel catenae). Isidori fons (Etym. 5, 27, 23) Festus esse potest. Sed dicit mire : Est et latomia supplicii genus ad verberandum aptum, inventum a Tarquinio Superbo ad poenam sceleratorum ; iste enim prior latomias, tormenta, fustes, metalla atque exilia adinvenit et ipse prior regibus (–gum ?) exilium meruit. Cf. Gloss. Abol. LA 30. De lautumia Romana cf. Varr. L. L. 5, 151 : Quod Syracusis ubi de causa custodiuntur vocantur latomiae, inde lautumia translatum, quod hic quoque in eo loco lapidicinae fuerunt.

LAVERNIONES. Aliud derivativum videtur servare Gloss. Abstr. (ex schol. Vergil. ?) LA 42 Lavern<i>a: ferramenta latronum. Ne mireris gl. Philox. LA 101 (Laverna : Πραξιδίκη). agnosce stultam interpretationem ad Hor. Epist. 1, 16, 60 adscriptam.

praedamque inter se luere. Hinc et *Lavernalis porta* vocata est.

Lacerare dividere, comminuere est ; ex quo dictus est *lanius*, qui disci<n>dendo lacerat pecora ; *lacinia*, quod pars vestimenti est ; *lacerna*, quod minus capitio est ; *lacer*, quod auribus curtatis est, et lacerum, quodcumque est in corpore imminutum.

(Gloss. Abol. LA 16) *Laciniosum* : pannosum. *Laceratum* : quod vulgo laciniosum dicunt.

Laudare apud antiquos ponebatur pro nominare.

Lauticia farina appellabatur ex tritico aqua consperso.

Lautulae locus extra Urbem, quo loco, quia aqua fluebat, lavandi usum exercebant.

Lactaria columna in foro olitorio dicta quod ibi infantes lacte alendos deferebant.

Laccobrigae nomen conpositum a lacu et Arcobriga Hispaniae oppido.

(Gloss. Fest.) Lactobriga (–cco–) est qui urina humana dentes sibi fricare solet.

Lancea a Graeco dicta, quam illi λόγχην vocant.

Lanoculus qui lana tegit oculi vitium.

Lamberat scindit ac laniat. <Lucilius (585) :

iucundasque puer qui lamberat ore placentas>.

Laverum (?) vestimenti genus ex lana sucida confectum.

Lapit dolore afficit. <**Pacuvius** (276) :

lapit cor cura, aerumna corpus conficit.>

Lapidicinae ubi exciduntur lapides.

LACERARE. Vide supra, s. v. Dilaniare (64, 21).

LANIUS. Cf. supra, s. v. Dilaniare (qui pecus discindit).

LACER. Hinc, ni fallor, Gloss. AA (=Abol.) Lacer : curtatis auribus.

LAUDARE. Cf. supra, s. v. Elaudare (66, 24 plus quam nominare). Cf. ps. –Plac. Laudare : nominare vel referre ; Non. 335, 15, qui citat Plaut. Capt. 426 :

id ut scias, Iovem supremum testem laudo, Hegio,

et eo refert Vergilianum illud (Geo. 3, 5) « in laudati Busiridis ».

LAUTULAE. Urb.] scil. antiquam. Cf. Varr. L. L. 5, 156 : Lautolae ab lavando, quod ib ad Ianum geminum aquae caldae fuerunt ; ab his palus fuit in minore Velabro ; Serv. auc Aen. 8, 361 (lautis mugire Carinis) : Alii quod Romani Sabinis instantibus fugientes erup tione aquae ferventis et ipsi liberati et hostes ab insequendo repressi sint ; aut quia calida aqua lavandis vulneribus apta fuit, locus Lautulus (–lae ?) appellatus est.

LACCOBRIGAE. –cco–] Cf. Holder (Altcelt. Sprachsch. 2, 116). Addidi gl. Festinam (et Lucilianam ?) ex Gloss. Vat. lat. 1469. Nempe Catullus (39, 17) iteravit quae olim Lucilius dixerat.

LANCEA. Si Varronis quoque sententiam addidit Festus, vides viam ex lemmate Laccobrigae. Nam Varro Rer. Div. XIV (ap. Gell. 15, 30, 7) lanceam dixit Hispanicum verbum esse, petorritum autem Gallicum. Sane petorritum quoque tractat Festus infra, s. v. (226, 0).

LANOCULUS. Vox Luciliana ?

LAMBERAT. Immo idem quod lambit (cf. Class. Quart. 14, 50). Nonnisi ex hoc versu Luciliano potuit falsa interpretatio oriri. Priscian. II p. 506 24 K. videtur verbi lambo plusquam perfect. temp. in hoc versu agnoscere, sed verbum lambero adhibet Plautus Pseud. 743. Ex Festo nimirum Gloss. AA (=Abol.) Lamberat : cruciat.

LAPIT. Hinc Gloss. Abba (=Abol.) Lapit : cruciat, sollicitat, dolet. Exemplum Nonii (23, 7) addidi, unicum esse suspicatus. Quin etiam ausim monere Festum potuisse id verbum ad dolorem lapicidinarum referre.

LAPIDICINAE. forma legitima.

Latex a lapsu, profluens aqua dicitur ; utimur tamen hoc vocabulo et in vino.

Latine loqui a Latio dictum est ; quae locutio adeo est versa ut vix ulla eius pars maneat in notitia.

Latrones antiqui eos dicebant qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας. At nunc viarum obsessores dicuntur, quod a latere adoriuntur, vel quod latenter insidiantur.

Larentalia coniugis Faustuli, nutricis Remi et Romuli, Larentiae festa.

Locupletes locorum multorum domini.

(Isid.) Locuples quasi locis plenus et possessionum plurimarum possessor, quemadmodum docet Tullius de Republica in libro secundo (16) « Multaque editione ovium et boum, quod tunc erat res in pecore et in locorum possessionibus ; ex quo pecuniosi et locupletes vocabantur ».

Locatum positum.

Larvati furiosi et mente moti, quasi Larvis exterriti.

Lotos arboris genus ex cuius materia frequenter tibiae fiebant, cuius bacis quondam pasti *Lotophagi* sunt dicti.

Lucaris pecunia quae in luco erat data.

LATEX. a lapsu! Sanius Serv. (et Serv. auct.) Aen. 1, 686 (latex proprie aqua est fontium, ab eo quod intra terrae venas lateat, sed et vinum latet intra uvam, unde nunc dicit laticem), unde Isid. Etym. 13, 20, 4 et Gloss. Abstr. LA 34-36. Sed et a Festo sanius etymon hic esse adiectum potest, siquidem ad Festum redit Gloss. Philox. LA 84 Latex : βότρυς, νᾶμα. Plana igitur via est inter tria lemmata Latex, Latine (immo Latium, quia ibi latuit Saturnus), Latrones.

LATINE. Festi ipsa verba ex Pauli verbis vix dispici possunt.

LATRONES. Paulo aliter Varro L. L. 7, 52 : In Cornicula « qui regi latrocinatu's annos decem Demetrio » ; latrones dicti ab latere qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipatione stipatores appellarunt, et qui conducebantur : ea enim merces Graece dicitur λάτρον ; ab eo veteres poetae nonnumquam milites appellant latrones... <latrones> quod item ut milites sunt cum ferro, aut quod latent ad insidias faciendas. Sed et Festus alibi (s. v. Stipatores, 412, 30) dicit stipatores, corporis custodes, ab antiquis latrones vocatos. Et fortasse quid Festus hic scripserit a scholio Serv. auct. Aen. 12, 7 colligi potest, ubi citantur Plaut. Mil. 75 :

nam rex Seleucus me opere oravit maxumo
ut sibi latrones cogerem et conscriberem

et Bacch. frag. 7. Cf. Isid. Etym. 10, 159 : Latro insessor est viarum a latendo dictus ; Aelius autem « latro est » inquit « , latero ' a latere, insidiator viae ».

LARENTALIA. Cf. Varr. L. L. 6, 23 ; Fast. Praenest. (Dec. 23) ; C. I. L. I², p. 338.

LOCUPLETES. Hinc Gloss. Abol. LO 4 Locuples : multa loca possidens. Hincine Gloss. Philox. LO 10 Locuples : εὔπορος, πλούσιος, πολυκτήμων ? Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) LO 55 Locuples : locis plenus, id est possessionibus ? Hinc certe Isid. Etym. 10 155. Cf. Nigidius Commentar. XXIX (ap. Gell. 10, 5) : Locuples, qui pleraque loca teneat.

LOCATUM. Scripsitne tam trita Festus ? An potius ut puta <Loculus in quo aliquid est> lo., po. ?

LARVATI. An post Larentalia transponend. ?

LOTOS. Vix audeo Festo imputare Glossarii Abav. stultitiam (LE 24-25) Lethe : obliviones, Lethofagi : oblivia edentes.

LUCARIS PECUNIA. Cf. infra, s. v. Pecunia (300, 25). Ex schol. Vergil. hausit Gloss. Abstr. LU 11 ; 9 Lucar : vectigal, erogatio quae solebat in lucis fieri.

Lucaria festa in luco colebant Romani qui permagnus inter viam Salariam et Tiberim fuit pro eo quod victi a Gallis fugientes e proelio ibi se occultaverint. *Lucar* appellatur aes quod ex lucis captatur.

uceres et *Luceres*, quae pars tertia populi Romani est distributa a Tatio et Romulo, appellati sunt a Lucero, Ardeae rege, qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium bellanti.

ucani appellati dicuntur quod eorum regio sita est ad partem stellae Luciferae (-ri ?) ; vel quod loca cretosa sint, id est multae lucis ; vel a Lucilio duce ; vel quod primitus in luco consederint.

Lucem facere dicuntur Saturno sacrificantes, id est capita detegere.

Lucius praenomen est eius qui primum fuit, quia oriente luce natus est.

Lycii Apollinis oraculum in Lycia maximae claritatis fuit ob luporum interfectionem ; λύκος enim lupus est.

Luxa membra e suis locis mota et soluta ; a quo *luxuriosus* in re familiari solutus.

Lucuntem genus operis pistorii.

Lucretilis mons in Sabinis.

Lucomones quidam homines ob insaniam dicti quod loca ad quae venissent infesta facerent.

Lucomedi a duce suo Lucomo (?) dicti, qui postea *Lucereses* sunt appellati.

LUCAR. Hincine corrupta gl. Philox. LU 3 Lucar : θεατρικῶν τελῶν (?) μισθὸς ἀπὸ σκου ?

LUCERES. Coniunge cum Titiensis Tribus (503, 19). Aliter Varro L. L. 5, 55 : Ager manus primum divisus in partis tris, a quo tribus appellata Titiensium, Ramnium, Luce m ; nominatae, ut ait Ennius, Titienses ab Tatio, Ramnenses ab Romulo, Luceres, ut nius, ab Lucumone ; sed omnia haec vocabula Tusca, ut Volnius qui tragoedias Tuscas ipsit dicebat. Sed cf. infra, s. v. Lucomedi (107, 3 a duce suo Lucomo dicti, qui postea cereses sunt appellati).

LUCANI. Luciferae] Confirmatne Gloss. Philox. LU 6-7 Lucifer : Φωσφόρος, Lucia : Ἑκάτη ?

ucilio] Lucio Plin. (N. H. 3, 71 Lucani Samnitibus orti duce Lucio).

UCEM FACERE. Cf. infra, s. v. Saturnia (432, 1) ; s. v. Saturno Sacrificium (462,29 capite aperto, etc.).

UCIUS primum] an primo mane ? Cf. infra, s. v. Manius (135, 26 praenomen dictum ab eo quod mane quis initio natus sit, ut Lucius qui luce). Cf. Varr. L. L. 9, 60 : (Qui mane us disceretur, ut is Manius esset ; qui luci, Lucius ; qui post patris mortem, Postumus). infra, s. v. Postumus (274, 14 cognominatur post patris mortem natus). Cf. Lib. de Praen. 5 Lucii coeperunt adpellari qui ipso initio lucis orti erant aut, ut quidam arbitrantur, ucumonibus Etruscis.

YCIUS APOLLO. Plena manu aspergit etymologiam Serv. auct. Aen. 4, 77. Quot ptores, tot etyma !

UXA. Hinc Isid. Etym. 10, 160 : Luxuriosus quasi solutus in voluptate ; unde et nbra loco mota luxa dicuntur.

UCUNTEM. Cf. Arch. Lat. Lex. 11, 332.

UCOMONES. Res obscura. Philologusne temerarius lucumones, Etrusce reges (Serv. A. 2, 278) ad λυκανθρώπους rettulerat nominique etymon bilingue dederat λύκος et homo?

UCOMEDII. Cf. supra, s. v. Lucereses et Luceres (106, 14 appellati sunt a Lucero, ae rege). Cf. Varr. ap. Serv. Aen. 5, 560 : Varro tamen dicit Romulum dimican-

Luculentus a luce appellatus.

Lues est diluens usque ad nihil, tractum a Graeco λύειν. Hinc dictum *lutum* terra humore soluta, et *lustratio* qua quid solvitur ac liberatur. Hinc et λύτρα, ἀπὸ τῆς λύσεως, id est solutione auri. Λίτρα enim libra est.

Luctus et *lugere* a Graeco trahuntur, λυπεῖν vel ἀλύσσειν.

Longitrosus (?) sic dicitur sicut dextro<r>sus, sinistro<r>sus.

Lustra significat lacunas lutosas quae sunt in silvis aprorum cubilia. Qua similitudine [h]i qui in locis abditis et sordidis ventri et desidiae operam dant dicuntur in lustris vitam agere. Et cum eiusdem vocabuli prima syllaba producitur significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem.

Lymphae dictae sunt a nymphis. Vulgo autem memoriae proditum est quicumque speciem quandam e fonte, id est effigiem nymphae, viderint furendi non fecisse finem; quos Graeci νυμφολήπτους vocant, Latini *lymphaticos* appellant.

Luxantur a luxu dictum, id est luxuriantur <**Plautus** (Poen. 1107) :

luxantur, lustrantur, comedunt quod habent.>

Luma genus herbae vel potius spinae.

Lumbago vitium et debilitas lumborum.

Luscitio vitium oculorum quod clarius vesperi quam meridie cernit.

---

tem contra Titum Tatium a Lucumonibus, hoc est Tuscis, auxilia postulasse, etc. Cf. infra, s. v. Tuscum Vicum (486, 12).

LUES Hincine Gloss. Abol. LU 31 Luerunt : absolverunt, ἀπὸ τοῦ λύειν ?

LONGITROSUS. Extra ordinem est. Cur ?

LUSTRA. Hinc Gloss. Abol. LU 6-7 Lustrum : quinquenni tempus aut lumen, Lustra : cubilia aprorum in silvis. Aliter Varr. L. L. 6, 11 : Lustrum nominatum tempus quinquennale a luendo, id est solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores solvebantur. Cf. Otto (Rhein. Mus. 71, 17).

LYMPHAE. Hincine Gloss. Philox. LU 34 Lymphatici : ἐνθουσιαζόμενοι ? Cf. Varr. L. L. 7,87 : Apud Pacuium (422) :

flexánima tamquam lymphata aut Bacchi sacris commota ;

lymphata dicta a lympha ; lympha a nympha... in Graecia commota menta quos νυμφολήμπτους appellant ab eo lymphatos dixerunt nostri.

LUMA. Hinc nimirum Gloss. Philox. LU 29 Luma : βοτάνη ὁμοία ἡδυόσμῳ ἥν τινες ποταμογείτονα καλοῦσιν, ἄλλοι καλαμίνθην. Sed quae verba Festi sunt Graece reddita : Cf. Varr. L. L. 5, 137 : Falces lumariae sunt quibus secant lumecta, id est cum in agris serpunt spinae ; quas quod ab terra agricolae solvunt, id est luunt, lumecta. Cf. Buecheler (Arch. Lat. Lexik. 1, 110).

LUSCITIO. Addidi ex Gloss. Abol. (Ansil. LU 381-382 ; Abol. LU 10). Ex Festo etiam nimirum Isidorus (Etym. 10, 163 Luscus quod lucem ex parte sciat, sicut luscitiosus qui vesperi nihil videt), qui tamen etymologiam ipse adiecisse potest, sicut etiam adiecit e Schol. Vergil. (Aen. 8, 649) : Luscos Coclites dixerunt antiqui, unde et Cyclopas Coclites legimus dictos quod unum oculum habuisse perhibentur. Varietatem sententiarum habemus, infra, s. v. Nuscitiosum (176... qui propter oculorum vitium parum videret... Nuscitiones esse caecitudines nocturnas... Ael. Stilo, qui plus videret vesperi quam meridie, nec cognosceret nisi quod usque ad oculos admovisset). Eandem sententiarum varietatem vide ne Festus hic exhibuerit. Et vide ne Festus hic citaverit Plaut. Mil. 323 :

caecu's, non luscitiosu's,

et ad lemma sequens. servum Lurcionem in eadem Plauti fabula.

(Gloss.) *Luscitiosus* : qui vespertino aut parum aut nihil videt. *Luscus* : minus videns.

Lura os cullei vel etiam utris ; unde *lurcones* capacis gulae homines et bonorum suorum consumptores.

ustrici dies infantium appellantur puellarum octavus, puerorum nonus, quia his lustrantur atque eis nomina inponuntur.

uridi supra modum pallidi.

yrnesiades ab oppido Phrygiae Lyrneso dicti.

oebesum et *loebertatem* antiqui dicebant Liberum et libertatem ; ita Graeci λοιβήν et λείβειν.

ycophos (λυκόφως ?) Graeci dicunt quod nos primum tempus lucis ; dictum autem lycophos (λυκόφως ?) quasi λευκὸν φῶς, id est lumen candidum.

Libertatis templum in Aventino fuerat constructum.

Lingua non solum pars corporis dicitur sed etiam differentia sermonum ; promuntorii quoque genus non excellentis, sed molliter in planum devexi.

Libycus campus in agro Argeo appellatus quod eo primum fruges ex Libya allatae sunt. Quam ob causam etiam Ceres ab Argeis *Libyssa* vocata est.

Lepareses Liparitani cives, id est Liparenses.

Labes macula in vestimento dicitur, et deinde μεταφορικῶς transfertur in homines vituperatione dignos.

Latrare Ennius pro poscere posuit (? Ann. 584) :

<, **animus cum pectore latrat**>

Latitaverunt Cato posuit pro saepe tulerunt.

Liberales dicuntur non solum benigni, sed etiam ingenuae formae homines.

Liberata ponebant pro effata, hoc est locuta.

LURCONES. Hincine Gloss. Aff. (=Abol.) Lurcones : avidi devoratores ?

LUSTRICI DIES. Cf. Macrob. 1, 16, 35 : Est etiam Nundina Romanorum dea a nono ie nascentium nuncupata, quia lustricus dicitur ; est autem lustricus dies quo infantes istrantur et nomen accipiunt, sed is maribus nonus, octavus est feminis.

LYRNESIADES. An Lucilius memoraverat Briseida Lyrnesiada ?

LOEBESUM. Cf. ps. –Plac. Libas[s]ius : Liber pater.

LIBERTATIS TEMPLUM. Ante Lycophos transponend. ? Cf. Liv. 24, 16.

LINGUA. prom.] sicine ab Ennio usurpata ?

LIBYCUS CAMPUS. Ab Ennio memoratus ?

LEPARESES. Voxne Enniana ?

LABES. Citavitne Festus Ennium, puta Ann. 279 ?

certare abnueo ; metuo legionibus labem.

LATRARE. Ennium imitatus est Lucretius (2, 17) :

nil aliud sibi naturam latrare.

LATITAVERUNT. Ut Plautus (Truc. 167) audititavi (Class. Quart. 7, 5).

LIBERALES. v. g. Plaut. Mil. 64 :

ergo mecastor pulcher est, inquit mihi,
et liberalis.

LIBERATA. pro eff.] Liberata et effata (cf. Varro L. L. 6, 53) notissimae sunt augurum oces, v. g. Serv. auct. Aen. 1, 446 : Antiqui enim aedes sacras ita templa faciebant ut prius r augures locus liberaretur effareturque, tum demum a pontificibus consecraretur.|| hoc t loc. **seponunt docti**. Sed cf. Serv. auct. Aen. 3, 463 (effatus amico est) : Effatus ergo verbo igurali usus est.. effatio dicta est pro locutione. Et supra, 70, 15, s. v. Effata (elocuta).

Lacus Lucrinus in vectigalibus publicis primus locatur eruendus ominis boni gratia, ut in dilectu censuve primi nominantur *Valerius, Salvius, Statorius.*

Laneae effigies Compitalibus noctu dabantur in compita quod *Lares*, quorum is erat dies festus, animae [putabantur esse] hominum redactae in numerum deorum.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. AA) *Lani coqui piscatores fartores* (Ter. Eun. 256) : hi sunt cuppedinarii quos et farsores dicimus qui pallia (altilia ?) fa<r>ciunt ut in meliore<m> usu<m> sagina pinguescant.

(Gloss. Philox. LA 66) *Larunda* : δαιμόνων μήτηρ.

(Gloss. Philox. LE9) *Legi*[*s*]*crepa* : νομοδίφας.

(Gloss. Philox. LE 28) *Lentio* (?) : ἐν τοῖς πένθεσιν ὀρχούμενος.

? (Gloss. Philox. LI 36) *Licinus* : ἀνάθριξ.

(Gloss. Abol. LI 21) *Limbus* : fasciola quaedam assuta extrinsecus vel extrema pars inauratae (-ta ?) vestis ; sed, ut Suetonius dicit, ornamentum capitis significat.

(Gloss. Philox. LI 82) *Lista* : ἡ ἐπὶ τοῦ δρόμου καμπή 'γραμμή.

M

I. Ex Paulo, Festi apographo, Festi codice.

Magnos ludos Romanos ludos appellabant, quos in honorem Iovis [quem principem deorum putabant] faciebant

Meltom (?) meliorem dicebant.

Matrem Matutam antiqui ob bonitatem

LACUS LUCRINUS. Cf. Unger (Rhein. Mus. 36, 56).

LANEAE. Cf. infra, s. v. Pilae (272,15 effigies viriles et muliebres ex lana Compitalibus in compitis suspenduntur).

LEGICREPA. scil. 'qui leges crepat', ut legerupa (Plaut. Rud. 652) 'qui leges rumpit'. Cf. Plaut. frag. inc. 41 (=Mil. 653 a ?) :

neque ego ad mensam publicas res clamo neque leges crepo.

LICINUS. In usu erat 'relicinus'. De cornibus sursum versum reflexis boum licinorum cf. Serv. auct. Geo. 3, 55.

LIMBUS. Unde nisi ex Festo potuit haec gl. Abol. emanare ? Longior enim est marginalibus in Apuleio, Terentio, Vergilio adnotationibus. Verrianae materiae Festum addidisse cur negemus ? Vide supra, s. v. Laena.

LISTA. Cf Laistner (Bulletin Du Cange 2, 40).

M. *In hoc capitulo Pauli epitomam solam habemus usque ad lemma Manubiae* (114,5), *ubi Festi apographum intervenit. Denique in lemmate Mutae Litterae* (136, 22) *codex ipse Festi praesto esse incipit.*

MAGNOS LUDOS. Cf. infra, s. v. Romani Ludi (318, 8). Scilicet ominis causa ab Iove principium cepit Festus (cf. ad L- capituli initium).

MELTOM. Quid huic lemmati negotii hoc loco ? Ratio appareat si in carmine (puta) Saliari Iupiter ita vocatus fuisset ut in eodem carmine fortasse Ianus (ap. Varr. L. L. 7, 26) : Melios eum recum. Scripseratne Festus Melios <id est> melior dictus est, etc. ? Sic quoque via patet ad lemma quod sequitur. Cf. infra, s. v. Manuos (132,3 in carminibus Saliaribus Aelius Stilo significare ait bonos).

MATUTAM. Cf. infra, s. v. (154, 9 manis, mane, matrimonium, materfamilias, matertera, matrices, materiae dictae videntur, ut ait Verrius, quia sint bona qualia scilicet sint

appellabant ; et *maturum* idoneum usui ; et *mane* principium diei ; et inferi di *Manes*, ut suppliciter appellati bono essent ; et in carmine Saliari *cerus manus* intellegitur creator bonus.

Minitum et *minuere* ex Graeco μειοῦν dictum videri potest.

Minores et *maiores* inter cognomina feminarum poni solebant.

Minam Aelius vocitatam ait mammam alteram lacte deficientem quasi minorem factam.

Minurritiones appellantur avium minorum cantus.

Minyae dicti Argonautae quod plerique eorum ex filiis Minuae fuerant orti.

Minucia porta Romae est dicta ab are Minuci [quem deum putabant].

Minorem Delum Puteolos esse dixerunt quod Delos aliquando maximum emporium fuerit totius orbis terrarum ; cui successit postea Puteolanum, quod municipium Graecum antea Δικαιαρχία vocitatum est. Unde Ludilius (123) « inde Dicearchitum populos Delumque minorem ».

Militem Aelius a mollitia κατ' ἀντίφρασιν dictum putat eo quod nihil molle, sed potius asperum quid gerat ; sic *ludum* dicimus in quo minime luditur.

Minerrimus pro minimo dixerunt.

Miniscitur pro reminiscitur antiquitus dicebatur.

Minerva dicta quod bene moneat ; [hanc enim Pagani pro sapientia ponebant ;] Cornificius vero quod fingatur pingaturque minitans armis eandem dictam putat.

Minime gentium dicebant pro eo quod est omnium gentium iudicio minime esse faciendum.

---

quae sunt matura ; vel (ego ?) potius a matre, quae est originis Graecae) ; s. v. Mane (112, 24 a dis Manibus dixerunt ; nam mana bona dicitur, unde et Mater Matuta et poma matura).

MANES. Cf. infra, (v. Manuos (132,3). Aliter infra, s. v. Manes Di (146, 21 quod i per omnia aetheria terrenaque manare credantur) ; s. v. Manare Solem (150, 7).

CERUS. Sic de Iano in carm. Saliar. (ap. Varr. L. L. 7, 26) : Duonus cerus es.

MINORES et MAIORES. Cf. C. I. L. XIV 3100 ; 3111 ; 3133 ; 3284 ; etc.

MINAM. Italice (Neapolitan.) ' menna '. Sic antiquitus mina dicebatur ovis, i. e. glabro ventre.

MINURRITIONES. Hincine Gloss. Cyrill. (=Philox.) Minurritio : μινυρισμός. Gloss. Philox. MI 27 Minurrit : μινυρίζει ?

MINUCIA PORTA. Cf. infra, s. v. 131,23 quod proxima esset sacello Minucii).

ΔΙΚΑΙΑΡΧΙΑ. Cf. supra, s. v. Dicearchia (63, 15 quod ea civitas quondam iustissime regebatur), ubi monui Lucilium potuisse aut ind' Dicear. aut inde Diear. pronuntiare.

MILITEM. Aliter Varro L. L. 5, 89 : Milites quod trium milium primo legio fiebat ac singulae tribus Titiensium Ramnium Lucerum milia militum mittebant.

LUDUM. Cf. infra, s. v. Scholae (470, 16 ut etiam ludi appellantur in quibus minime luditur, ne tristi aliquo nomine fugiant pueri suo fungi munere).

MINERRIMUS. Corrupta est gl. Nom. (=Philox.) Minerrimus : minime loquens. Suspicor eam contaminatam esse ex Μινυρισμός et Minerrimus.

MINISCITUR. Cf. infra, s. v. Mentum (112, 3 dicebant quod nos commentum). Cf. .– Plac. Mentor : inventor.

MINERVA. Cf. infra, s. v. Promenervat 222,23 (promonet).

MINIME GENTIUM. Citavitne Festus Plaut. Poen. 690 ?

te quaeritare a muschis. Minime gentium.

Melicae gallinae quod in Media id genus avium corporis amplissimi fiat, L littera pro D substituta.

Melos insula dicta est a Melo qui ex Phoenice ad eandem fuerat profectus.

Melo nomine alio Nilus vocatur.

Melia[*s*] hasta a ligno mali dicta.

Meliboea purpura a nomine insulae in qua tinguitur est vocata.

Melancoryphi genus avium, quae Latine vocantur *atricapillae* (–lli?),eo summa earum capita nigra sint.

Memorare significat nunc dicere, nunc memoriae mandare.

Mensari (–sula– ?) nummulari.

(Gloss.) *Mensularium* nummularium, quem Graeci τραπεζίτην vocant.

Mendicum velum quod in prora ponitur.

Mentum dicebant quod nos commentum.

Memor[iosus]*memoriosior*, et <memoriter> *memoriosius* et *memoriosissime* facit.

« *Mensa frugibusque iurato* » significat per mensam et fruges.

Megalesia[ludos Matris Magnae appellabant.

Mesancylum teli missilis genus.

Meatus (?) a meando dictus.

Mecastor et *mehercules* iusiurandum erat quasi diceretur ' ita me Castor ', ' ita me Hercules ', ut subaudiatur ' iuvet '.

MELICAE. L pro D] Vide ad Ancaesa (18, 21).

MELO. Incertae originis (Abol. an Abstr.) est Gloss. AA Melo : Nilus. Cf. supra, s. v. Alcedo (7, 8 dicebatur ab antiquis pro alcyone, ut . . . pro Nilo Melo); s. v. Alumento (16, 28 pro Laumedonte a veteribus Romanis necdum assuetis Graecae linguae dictum est. Sic Melo pro Nilo... dicebatur). Usitatum inter grammaticos exemplum profert etiam Servius Aen. 4, 246 : Atlas Latine Telamo dicitur, ut Nilus Melo; Geo. 4, 291 : Antea Nilus Latine Melo dicebatur.

MELIA. vel μελίη. Voxne Enniana ?

MELIBOEA PURPURA. Vox ni fallor, Enniana, quam mutuati sunt Lucretius (2, 499), Vergilius (Aen. 5, 251). Aliter Serv. auct. ad loc. (Milesia); Serv. ad loc. (est autem civitas Thessaliae Meliboea).

MELANCORYPHI. vel μελαγκόρυφοι. Hincine Gloss. Philox. AT 17 Atricapellus : μελανκόρυφος, μελάνθριξ ?

MENSARII. Festina videtur esse gl. Abol. ME 36 quam addidi. Cf. gl. Philox. ME 36 Mensularius :τραπεζίτης.

MENDICUM. i. q. δόλων. Isidorus tamen neglegenter quasi diversas res (Etym. 19, 3, 2-3) ' dolon ' (minimum velum et ad proram defixum) et ' mendicum ' exhibet.

MENTUM. Vide supra, s. v. Miniscitur (109, 26).

MEMOR. Hucine redit Gloss. Abol. ME 9 Memor : eo quod manet in mente ? Cf. Varr. L. L. 6, 49 : Meminisse a memoria cum id [quod] remansit in mente, in (non ?) id quod rursus movetur ; quae a manendo ut ' mane-moria ' potest esse dicta.

MEGALESIA. Cf. Fast. Praen. (C. I. L. I² 235) : Megalesia vocantur quod ea dea Megale appellatur.

MESANCYLUM. vel μεσάγκυλον. Inter telorum, iaculorum gladiorumque vocabula quae ex historiis veteribus collegit Gellius (10, 25, 1-2) sunt : frameae, mesancula[e], cateiae, rumpiae.

MEATUS. An metus ? Secundum Varronem (L. L. 6, 44) metus a movendo dictus. An metatus ? Cf. tamen infra, s. v. Remeare (344, 12 redire, ut commeare ultro citro ire ; unde commeatus dari dicitur, id est, etc.)

MECASTOR. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Me[ta]castor : ita mihi propitius sit Castor ?

Messapia Apulia, a Messapo rege appellata.

Mactus magis auctus.

Macellum dictum a Macello quodam qui exercebat in Urbe latrocinium; quo damnato censores Aemilius et Fulvius statuerunt ut in domo eius obsonia venderentur.

Macilenti macie tenuati.

Muricidum ignavum, stultum. Plautus (Epid. 333) « muricide homo »; <id est> ignave, iners.

<*Marcum*> *Manlium* patriciae familiae neminem vocari licuit post eum Manlium qui Gallos a Capitolio depulit, quod is regnum occupare conatus necatusque est.

Marculus deminutivum a marco. <Lucilius (1165):

et velut in fabrica fervens cum marculus ferrum
multorum (?) magnis ictibus tundit.>

Mane a dis Manibus dixerunt. Nam *mana* bona dicitur; unde et Mater *Matuta* et poma *matura*.

Matronas appellabant eas fere quibus stolas habendi ius erat.

Materfamiliae non ante dicebatur quam vir eius paterfamiliae dictus esset; nec possunt hoc nomine plures in una familia praeter unam appellari. Sed nec vidua hoc nomine nec quae sine filiis est vocari potest.

Matralia Matris Matutae festa.

Mattici (?) cognominantur homines magnarum malarum atque oribus late patentibus.

MESSAPIA. Hucine redit Isid. Etym. 15, 1, 58 (Historiis placet a Messapo Graeco Messapiae datam originem, versam postmodum in nomen Calabriae, quam in exordio Œnotri frater Peucetius Peucetiam nominaverat)?

MACTUS. Cf. Serv. et Serv. auct. Aen. 9, 638, unde et Isid. Etym. 10, 165 et Gloss. Abstr. MA 5-6. Vide ne inter hoc lemma et sequens Festus verbum mactare memoraverit.

MACELLUM. Vide supra, ad Cuppes et Cupedia (42, 9).

MURICIDUM. murri- codd. Alieno loco. Fuitne olim lemmatum series Macilenti, <Marcidi>, Muricidi? Cf. Serv. auct. Aen. 8, 636, de quo vide infra, s. v. Murciae Deae (134, 14). Quam tamen affinitatem vocabulum mūricidus (i. e. qui munus Martium pertimescens musculum sibi caedit) cum vocabulis murcus et murcidus habeat non liquet. Credo enim Plautum versum iambicum octonarium scripsisse:

vae <vae> tibi, muricide homo. Qui tibi lubet mi male loqui?

M. MANLIUM. Cf. infra, s. v. Manliae Gentis (155, 28 patriciae decreto nemo ex ea Marcus appellatur, quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum adfectasset damnatus necatusque est). Ecce eandem doctrinam sub novo lemmate iteratam?

MARCULUS. Hinc Gloss. Philox. MA 101 Marculum: σφυρίον σιδήρου. Supplevi ex Isid. Etym. 19, 7, 2: Malleus vocatus quia, dum quid calet et molle est, caedit et producit; marcus malleus maior, et dictus marcus quod maior sit ad cudendum et fortior; martellus, mediocris; marculus, malleus pusillus: Lucilius « et velut » etc. Sed quantum loci Isidoriani huc redeat, quantum ad lemma inferius Festinum (119, 12) Malleolus aegre noscitur. Cf Gloss. Philox. MA 104 Marculus, malleolus et malleus: σφῦρα σιδηρᾶ καὶ ῥόπανον. Quid sibi vult gl. Philox. MA 107a Margum: τοῖχος (τυχ-? ἐκ χαλκοῦ ἢ ἱππικός?

MANE. Vide supra, s. v. Matrem Matutam (109, 4). Cf. Varr. L. L. 6, 4: Diei principium mane quod tum manat dies ab oriente, nisi potius quod bonum antiqui dicebant manum, ad cuiusmodi religionem Graeci quoque, cum lumen affertur, solent dicere φῶς ἀγαθόν.

MATRONAS. Hoc lemma cum praecedente coniunxisse Verrium indicat Festus infra, s. v. Mater Matuta (154, 9).

MATRALIA. Cf. Varr. L. L. 5, 106: Ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae.

MATTICI. Vix Mancini, quamquam infra post lemma Manduci (114, 24) sequitur lem-

Matrimes ac patrimes dicuntur quibus matres et patres adhuc vivunt.

[*Matula* vas urinae.] *Matellio* deminutivum a matula.

Magmentum magis augmentatum <.. *Magmentarium*>.

Madulsa ebrius (-ietas ?) a Graeco μαδᾷν deductum, vel quia madidus satis a vino.

Magisterare moderari. Unde *magistri* non solum doctores artium, sed etiam pagorum societatum vicorum collegiorum equitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt. Unde et *magistratus* qui per imperia potentiores sunt quam privati ; quae vox duabus significationibus notatur, nam aut ipsam personam demonstrat, ut cum dicimus : Magistratus iussit, aut honorem, ut cum dicitur : Titio magistratus datus est.

Maximus pontifex dicitur quod maximus rerum quae ad sacra et religiones pertinent iudex sit vindexque contumaciae privatorum magistratuumque.

Magis a Graeco μᾶλλον venit.

Maximam hostiam ovilli pecoris appellabant non ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore.

Magnum socerum appellat vir uxoris suae avum ; *magnam socrum* vir uxoris suae aviam.

Maximi annales appellabantur non magnitudine, sed quod eos pontifex maximus confecisset.

---

ma Mancina Tifata. Cf. Hesych. Ματύαι (**vel** Μάθυιαι) : γνάθοι. De nomine Maticius disputat Schulze (Geschichte lat. Eigennamen, p. 275).

MATRIMES. Cf. infra, s. v. Patrimi et Matrimi (282, 22); supra, s. vv. Flaminius Camillus (82, 16), Flaminia (82, 24 .. eaque patrimes et matrimes erat, id est patrem matremque adhuc vivos habebat).

MATULA. ante Matralia **Paul**. Credo haec tria verba Ma. vas. ur. in superiore margine tamquam glossam a Paulo esse addita.

MATELLIO. Cf. Varr. L. L. 5, 119 : Matellio a matula dictus qui, posteaquam longius a figura matulae discessit, et ab aqua aqualis dictus.

MAGMENTUM. Maius augmentum **Serv. auct**. An ante Magisterare transponend. ? Cf. Varr. L. L. 5, 112 : Magmentum a magis, quod ad religionem magis pertinet ; itaque propter hoc magmentaria fana constituta locis certis quo id imponeretur. De vocabulo ambigi docet ps.- Plac. (Magmentum alii pinguissimum extorum ; alii secunda prosecta ; Cornificius quicquid mactatur, id est quicquid distrahitur). Hausitne ex Festo Serv. auct Aen. 4, 57 (Mactant : verbum sacrorum Κατ' εὐφημισμόν dictum <mactum>, quasi magis auctum ; unde et magmentum dicebant, quasi maius augmentum) ? Addidi ex Gloss. Philox. MA 24 Magmentarium : ἐφ' οὗ τὰ σπλάγχνα τιθέμενα τοῖς βώμοις προσφέρονται.

MADULSA. Si citavisset Festus Plaut. Pseud. 1252 — et fortasse citavit —, didicissemus utrum Plautus ' habeo madulsam ' an ' abeo madulsa ' scripserit :

profecto edepol ego nunc probe habeo madulsam.

MAGISTERARE. Cf. infra, s. v. Magistrare (138, 36 pro regere et temperare dicitur, etc.

MAGISTRI. Cf. Varr. L. L. 5, 82 : Magister equitum quod summa potestas huius in equites et accensos, ut est summa populi dictator, a quo is quoque magister populi appellatus ; reliqui, quod minores quam hi magistri, magistratus, ut ab albo albatus.

MAXIMAM HOSTIAM. Cf. Mercklin (Ind. Schol. Dorpat. 1860, p. 6). Cf. infra, s. v. Optatam vel Optimam Hostiam (202, 12).

MAGNUM SOCERUM. Hinc Gloss. Philox. MA 30 Magnus socer : uxorum avi (sine Graeca interpretatione).

MAXIMI ANNALES. Cf. Serv. auct. Aen. 1, 373.

Maximus curio cuius auctoritate curiae omnesque curiones reguntur.

Manare dicitur cum humor ex integro, sed non solido nimis per minimas suas partes erumpit ; quod ex Graeco trahitur, quia illi non satis solidum μανόν dicunt.

(Isid.) *Manes* putant ab aere qui μανός, id est rarus, est manes dictos ; sive quia late manant per auras ; sive quia mites sunt, inmanibus contrarii, nomine hoc appellantur.

Manalem fontem dici pro eo quod aqua ex eo semper manet. *Manalem lapidem* putabant esse ostium Orci per quod animae inferorum ad superos manarent, qui dicuntur *manes*. Manalem vocabant lapidem etiam petram quandam quae erat extra portam Capenam iuxta aedem Martis ; quam cum propter nimiam siccitatem in Urbem pertraherent, insequebatur pluvia statim, eumque, quod aquas manaret, manalem lapidem dicere.

Manubiae Iovis tres creduntur esse. Quarum unae sint minimae, quae moneant placataeque sint. Alterae quae maiores sint ac veniant cum fragore discutiantque aut divellant, quae a Iove sint et consilio <XII ?> deorum mitti existimentur, Tertiae his ampliores quae cum igne veniant et, quamquam nullum sine igne fulgur sit, hae propriam differentiam habeant quod aut adurant aut fuligine deforment aut accendant ; quae statum mutent deorum consilio superiorum.

Manias Aelius Stilo dicit ficta quaedam

MANARE. Isidorus (Etym. 8, 11, 100) addit (et fortasse addidit Festus) : Apuleius autem ait eos κατ' ἀντίφρασιν dici manes, hoc est mites ac modestos, cum sint terribiles et immanes, ut Parcas, ut Eumenides. Sed illud Apuleius debet, ni fallor, Aelius esse ; cf. infra (132, 3) s. v. Manuos (Aelius Stilo significare ait bonos, ut inferi di Manes pro boni dicantur a suppliciter eos venerantibus, etc.). Incertae originis (ex Isidoro ? ex Gloss. Abol. ?) est Gloss. Ansil. MA 604 Manes : dii mortuorum ; ab aere, quia manus, id est rarus, est. Cf. infra, s. v. Manias (114, 15) ; s. v. Manes Di (146, 20).

MANALEM FONTEM. Cf. infra, s. v. Manalis Fons (146, 17 appellatur ab auguribus puteus perennis, etc.). Non habeo cur credam haec inde huc a Paulo esse transposita.

MANALEM LAPIDEM. Cf. supra, s. v. Aquaelicium (2, 24 cum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur, ut quondam manali lapide in Urbem ducto). Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. (ap. Non. 547, 7) : Urceolum aquae manale vocamus, quod eo aqua in trulleum effundatur ; unde manalis lapis appellatur in pontificalibus sacris, qui tunc movetur cum pluviae exoptantur ; ita apud antiquissimos manale sacrum vocari quis non noverit ?

ost. Orci] cf. infra, s. v. Mundus (144, 26). petram] Hoc vocabulo etiam Labeo lapidem manalem designavit si fides est danda Fulgentio (Serm. 4) : Labeo, qui disciplinas Etruscas Tagetis et Bacidis XV voluminibus explanavit, ita ait « fibrae iecoris sandaracei coloris dum fuerint, manales tunc verrere opus est petras »).

MANUBIAE IOVIS. *Hic incipit Festi apographum.* Quod quoties cum Paulo ad verbum consentit, suspicio oriri potest ne verba Festi nimis difficilia lectu fuerint et pro eis Pauli verba sint substituta. Cum tamen in ea parte quae superest codicis interiores paginarum columellae plerumque lectu facillimae sint, noli semper et ubique eandem suspicionem fovere (Cf. infra, ad Mamercus, 116.2). Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 107).

Aliena est gl. AA (= Abstr.) Manubiae : fulmina, tempestates. Hausta enim est et male hausta ex Serv. Aen. 11, 259 : Aequinoctio vernali quando manubiae Minervales, id est fulmina, tempestates gravissimas commovent.

MANIAS. Hincine Gloss. Leid. 67 E (= Abol.) Maniae : formidinum imagines ? Cf. Schol. Pers. 6, 55 : Manium dicit deformem et ignotum hominem eo quod Maniae dicuntur deformes vultus personae quibus pueri terrentur. || maniol.] Cf. gaioli (Stat. Silv. 1, 6, 17 Vollm.).

ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant ; quas alii *maniolas* appellent. Manias autem quas nutrices minitentur parvulis pueris esse *Larvas*, id est *Manes* deos deasque, quod aut ab inferis ad superos emanant aut Mania est eorum avia materve. Sunt enim utriusque opinionis auctores.

(Paul.) Manias dicunt ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant ; quas alii maniolas vocant ; Manias autem quas nutrices minitantur parvolis pueris esse Larvas, id est Manes quos deos deasque putabant quosque ab inferis ad superos emanare credebant. Sunt qui Maniam Larvarum matrem aviamve putant.

(Paul.) *Manceps* dictus quod manu capiat.

(Paul.) *Manduci* effigies in pompa antiquorum inter ceteras ridiculas formidolosasque ire solebat magnis malis ac late dehiscens et ingentem sonitum dentibus faciens. De qua Plautus ait (Rud. 535) :

quid si <aliquo> ad ludos me pro manduco locem ?
Quapropter ? <Quia pol> clare crepito dentibus.

(Paul.) *Mancina Tifata* appellabantur (-batur ?) quod Mancinus habuit insignem domum quae publicata est eo interfecto.

Mamercus praenomen Oscum est ab eo quod [h]i Martem *Mamertem* appellant.

(Paul.) Mamercus praenomen est Oscum eo quod hi Martem Mamertem dicunt.

(Paul.) *Mamuri Veturi* nomen frequenter in cantibus Romani frequentabant hac de causa. Numa Pompilio regnante e caelo cecidisse fertur *ancile*, id est scutum breve, quod ideo sic est appellatum quia ex utroque latere erat recisum ut summum infimumque eius latius medio pateret, unaque edita vox omnium potentissimam fore civitatem quamdiu id in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura quibus id misceretur, ne internosci caeleste posset. Probatum opus est maxime Mamuri Veturi, qui praemii loco petiit ut suum nomen inter carmina Salii canerent.

(Paul.) *Mamers* Mamertis facit, id est lin-

MANCEPS. Cf. infra, s. v. (137 12 dicitur qui quid a populo emit conducitve quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse). Hincine Gloss. Abol. MA 41, Mancipat : manu captum adducit ? ||capiatur **codd. plerique.**

MANDUCI. Vide supra, ad Citeria (52, 17 appellabatur effigies quaedam arguta et loquax ridiculi gratia quae in pompa vehi solita sit).

MANCINA TIFATA. Vide supra ad Curia Tifata (43, 13). Manc.] Quis fuerit non liquet

MAMERCUS. **Quamvis haec continue, sine lacunis in apographo scripta sint, erant – ni fallor – in exteriore primae codicis paginae columella Ea columella nonnisi dimidiatos versus, igne truncatos habuit. Speciosa igitur fallaxque est continua in apographo scriptura et sic potius ob oculos tibi ponenda, ut puta :** <Mamercus praenomen> Oscum est ab eo quod <hi Martem Mamertem> appellant. **Vide ea quae scripsi infra ad Mamiliorum Familia et sic iudicare memento de ceteris huiusmodi locis. Scito tamen Muellero aliam columellarum dispositionem placere.** Mamertem]. Cf. infra, s. v.

MAMURI VETURI. Aliter Varr. L. L. 7, 49 : Salii quod cantant « mamuri veturi » significant memoriam veterem. || ancile] cf. supra, s. v. Ancaesa (18, 20).

MAMERS. Cf. supra, s. v. Mamercus ; infra, s. v. Mamertini (150, 34.. Mamers.. qui lingua Oscorum Mars significatur). Cf. Varr. L. L. 5, 73 : Mars ab eo quod maribus in bello praeest aut quod Sabinis acceptus ibi est Mamers. ||Mamertini] Cf. infra, s. v. (150 13), ubi plenior disputatio est.

gua Osca Mars Martis ; unde et *Mamertini* in Sicilia dicti qui Messanae habitant.

(Paul.) *Martializ campus* in Caelio monte dicitur quod in eo *Equirria* solebant fieri siquando aquae Tiberis campum Martium occupassent.

Mamiliorum familia progenita sit a Mamilia Telegoni filia quam Tusculi procreavit quando id oppidum ipse condidisset.

(Paul.) Mamiliorum familia a Mamilia Telagoni filia, quam Tusculi procreaverat est appellata.

Paul.) *Mamilia turris* intra Suburae regionem a Mamilio nomen accepit.

Paul). *Mamphur* appellatur loro circumvolutum mediocris longitudinis lignum rotundum quod circumagunt fabri in operibus tornandis.

Paul.) *Mansuetum* ad manum venire suetum. Alii aiunt mansuetum dictum neque ex misericordia maestum neque ex crudelitate saevum, sed modestia temperatum.

Iantare saepe manere, Caecilius in Epistola (34) :

iamne adeo ? manta. iam hoc vide,
caecus (?) animum adventus angit.

(Paul.) Mantare saepe manere.

Manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Unde *manticulari* (-re) dicebantur qui furandi gratia manticulas attemtabant. Inde poetae pro dolose quid agendo usi sunt eo verbo. Pacuvius (377) :

ad manticulandum astu adgreditur ;
scit enim quid promeruerit ;

<item> ** (376) : Modici manticulat ** ita me facti oppressi iugo ;

item (378) : Deinde adgrediar astu regem : manticulandum est hic mihi ;

et (379) : Machinam ordiris novam manticulat[act]u, an sanctiora dicis iuraiuranda ?

(Paul.) Manticulari dicuntur qui manticulas adtrectant ut furentur. Unde poetae pro dolose quid agendo hoc verbo utuntur. Pacuvius « ad manticulandum astu adgreditur ».

<*Mantelia*> ** (Plaut, Capt. 521) :

<nec sycophantiis nec fucis ullum
mantellum obviam est.>

Plautus hoc significare videtur, quibus quo-

MARTIALIS CAMPUS. Immo Equirria est verum lemma, et hic sunt iterata sub novo nmate ea quae sunt supra s. v. Equirria (71, 15 ludi quos Romulus Marti instituit per uorum cursum qui in campo Martio exercebantur).

MAMILIORUM FAMILIA. Scripta sunt haec — ni fallor (nam dissentit Mueller) — exteriore secundae codicis paginae columella. Lacunosi igitur versus in codice erant et laciter in apographo ope epitomae Paulinae exhibiti. Quos sic exhibendos crede : Mamirum familia> progenita sit a Mami lia Telegoni filia> quam Tusculi procrea vit quan>.. (**7 litt.**).. id oppidum ipse condi disset>. Et supplementa magnam partem pro sis habe.

Qua via ex lemmate Martialis Campus huc deductus sit Festus discimus infra, s. v. Octor Equus (190, 11 appellatur qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis rti, bigarum victricum exterior.. de cuius capite.. illi ad turrim Mamiliam id figerent, etc.) verbis Mamilia Turris (non Mamiliorum Familia) incepisse disputationem credo.

MAMPHUR. Unde Italice ' manfa ' et ' manfana '.

MANSUETUM. Hinc nimirum gl. truncata Abol. MA 9 (Mansuetum : quod ad manum...

MANTICULARE. Ad primum versum revoco ps.-Placidi glossam Ad manticulandum : dolum et ad strophas excogitandas.

MANTELIA. Quibus rebus lacuna supplenda sit docet Isidorus (Etym. 19, 26, 6), siquin ex Festo hausit. Verba ' frequens — mantelorum ' suspecta sunt, fortasse ex epitoma apta. Credo etiam Donatum (i. e. Serv. auct.) ex hoc loco Festi hausisse (Geo. 4, 377) :

tidie parvae noxae extergeantur. Frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantel<i>orum.

(Paul.) *Manticularia* (?) dicuntur ea quae frequenter in usu habentur et quasi manu tractantur. Frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum; unde haec trahitur similitudo.

? (Isid.) Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt ; quae, ut nomen ipsud indicat, olim tergendis manibus praebebantur.

(Paul.) *Mantisa* additamentum dicitur lingua Tusca quod ponderi adicitur, sed deterius et quod sine ullo usu est. Lucilius (1208) « mantisa obsonia vincit. »

(Paul.) *Malleoli* vocantur non solum parvi mallei sed etiam hi qui ad incendium faciendum aptantur, videlicet ad similitudinem priorum dicti.

(Paul.) *Mollestras* dicebant pelles ovillas quibus galeas extergebant.

(Paul.) *Malta* dicitur a Graecis pix cum cera mixta.

Maeson persona comica appellatur aut coci aut nautae aut eius generis. Dici<tur> ab inventore eius Maesone comoedo, ut ait Aristophanes grammaticus.

(Paul.) Meson persona comica ab inventore dicta.

Maeniana appellata sunt a Maenio censore qui primus in foro ultra columnas tigna proiecit quo ampliarentur superiora spectacula.

(Paul.) Maeniana aedificia a Maenio

Mantelia, huius singulare mantelum Plautus in Captivis « nec his syc. », etc.; Lucilius autem mantela dicit mappas « mantela merumque » ; (Aen. 1, 701) : Mantelia vero a manibus tergendis dicta. Quin etiam, nisi audacior est coniectura, conicio Donatum cum nomine mantele verbum manticulare coniunxisse, et ex eius pleno scholio haustam esse gl. Abstr. MA 31 Manticulare : fraudare vel furto decipere. Hanc gl. Abstr., sed refictam (Manticulare : fraudare, furare) non debuit Goetz Placido assignare .

MALLEOLI. Hinc Gloss. Philox. MA 49 Malleolos : σφύρας, πυρέκβολα. Festus igitur acc. cas. exhibuit. Vide supra, s. v. Marculus (112, 23), et tecum reputa viam inter lemma Malleoli et lemmata Mollestras, Malta discerni posse si Festus dixerat, sicut Isidorus (Etym. 19, 7, 2), vocem malleolus voci mollis esse affinem. Suspicor igitur huc revocandam esse gl. miram Abol. MO 37 Molleolus : ... hoc enim non manditur sed absorbetur. Fortasse etiam gl. Philox. MA 47 Malleolus : νάρθηξ ἰατρικός.

MALTA. Hinc Gloss. Philox. MA 50 Maltha [na] : πισσόκηρον. Cf. Non. 37, 6 : Maltas veteres molles appellari voluerunt a Graeco, quasi μαλακούς ; Lucilius lib. XXVII (732)

insanum voca[n]t quem maltam ac feminam dici videt.

(Cf. Marx ad loc.). Nonius adducit ut credam Festum post Lucilianam glossam Mantisa alteram Lucilianam glossam Malta (citato nimirum Lucilii versu) tractavisse tam prolixe ut affinia vocabula Malleoli (necnon Molleolus ?) et Mollestrae comprehenderet. Sed incerta fateor omnia.

MAESON. Cf. Hesych., s. v. Μαίσωνα, s. v. Τέττιξ. Aristoph.] in libro Περὶ Προσώπω

MAENIANA. Nollem affirmare hinc hausisse Isidorum (Etym. 15, 3, 11 Moenius colleg Crassi in foro proiecit materias ut essent loca in quibus spectantes insisterent ; quae e nomine eius Moeniana appellata sunt ; haec et solaria, quia patent soli), multo mini Hieronymum (Ezech. 41, 3 Meniana sunt solaria de cenaculorum parietibus eminenti dicta a quodam puero nomine Menio quia ea primus invenit ; haec Romae ecthetas appe lant). Nonius sine dubio (65, 20) marginalem in Cic. Acad. 2, 70 adnotationem exhibe Incertae originis sunt gl. Philox. MA 10 Maenianum : ἐξώστρα, ME 30 Maenianus ἐκθέτης. De Martialis poetae ' summemmiana ' cf. Journ. Phil. 29, 59 ; Lundstr (Eranos 13, 206). Cf. infra, s. v. Mummiana Aedificia (125, 20 a Mummio dicta).

sunt appellata. Is enim primus ultra columnas extendit tigna quo ampliarentur superiora.

Maior Graecia dicta est Italia quod eam Siculi quondam obtinuerunt, vel quod multae magnaeque civitates in ea fuerunt ex Graecia profectae.

Maius mensis in compluribus civitatibus Latinis ante Urbem conditam fuisse videtur. Qua ex causa, utrum a maioribus, ut Iunius a iunioribus, dictus sit, an a Maia quod Mercurio filio eius res divinae <Idibus> fiant sollemnes, an quod ipsi deae in multis Latinis civitatibus sacrificia fiebant...

(Paul.) *Maesius* lingua Osca mensis Maius. Osci enim a regione Campaniae quae est Oscor (?) vocati sunt.

(Paul.) *Maiestas* a magnitudine dicta.

(Paul.) *Maior magistratus* consul dicitur.

(Paul.) *Mas* deminutive facit *masculus*.

(Paul.) *Matertera* matris soror quasi mater altera. Matertera patris et matris mihi *magna matertera* est. *Maior patruus* avi et aviae patruus. *Maior avunculus* avi et aviae avunculus. *Maior amita* avi et aviae amita. *Maior socer* uxoris meae proavus. *Maior socrus* uxoris meae proavia.

? (Gloss.) *Mater magna* : soror aviae.

(Paul.) *Maeandrum* genus picturae dictum est a similitudine flexus amnis qui appellatur Maeandrus.

(Paul.) *Maecia tribus* a quodam castro sic appellatur.

(Paul.) *Masucium* (-cum ?) edacem a mandendo scilicet.

(Paul.) *Mox* pau<l>lo post.

(Paul.) *Morbosum* hominem morbo aliquo adfectum.

(Paul.) *Mortuus* ab emerita vita dictus.

MAIOR GRAECIA. Magna Graecia **Isid.** (Etym. 14, 4, 18 Italia olim a Graecis populis occupata Magna Graecia appellata est ; deinde a regis nomine Saturnia, etc.), qui potest ex Servio vel Donato hausisse (Aen. 1, 569) : Μεγάλη Ἑλλάς appellata est Italia quia a Tarento usque ad Cumas omnes civitates Graeci condiderunt.

MAESIUS. Buechelerum credo recte corruptam gl. ps.-Placidi sic emendasse, Maesio : Maio.

MAIESTAS. Hinc Gloss. Abol. MA 8 Maiestas : a magnitudine.

MAIOR MAGISTRATUS. Cf. infra, s. v. Maximum Praetorem (152, 29). De tota re quae Messala in libro de Auspiciis dixit habemus ap. Gell. 13, 15, 4.

MATERTERA. Addidi, sed dubitanter, ex Gloss. Abav. (= Abol. ?) MA 77.

MAEANDRUM. Cf. Non. 140, 2 (Maeander est picturae genus, etc.) qui citat Verg. Aen. 5, 251 :

quam plurima circum
purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit.

Mueller quidem et in hoc lemmate et superius, s. v. Meliboea Purpura (111, 26), hunc Vergilii versum a Festo citatum esse credit.

[MAECIA. cast.] cf. Liv. 6, 2.

MASUCIUM. masucum vel massucum ps.- Plac. (Ma. : edacem).

MOX. Cf. infra, s. v. Quam Mox (314, 5 significat quam cito ; sed si per se ponas mox, significabit paullo post vel postea). Cf. Charis. 205, 1 K. (de Verg. Geo. 1, 24) : Ubi Sulpicius pro cito significare ait : alii paulo post, ut Terentius (Eun. 219) ; aliud est (Verg. Aen. 5, 117).

MORTUUS. Si Isidorus ex Festo hausit (Etym. 4, 5, 3 quod inde veteres morbum nominaverunt ut ipsa appellatione mortis vim, quae ex eo nascitur, demonstrarent), Festus verum etymon addidit.

(Paul.) *Moracias nuces* Titin[n]ius (185) duras esse ait ; unde fit deminutive *moracillum*.

(Paul.) *Monimentum* est quod et mortui causa aedificatum est et quicquid ob memoriam alicuius factum est, ut fana porticus scripta et carmina. Sed monimentum quamvis mortui causa sit factum, non tamen significat ibi sepultum.

Monstrum, ut Aelius Stilo interpretatur, a monendo dictum est, velut ' monestrum '. Item Sinnius Capito quod monstret futurum et moneat voluntatem deorum ; quod etiam *prodigium*, velut praedictum et quasi ' praedicium ', quod praedicat eadem ; et *portentum* quod portendat et significet. Inde dici apparet id quartum quod mihi visum est adiciendum, praesertim cum ex eadem significatione pendeat et in promptu sit omnibus, id est *ostentum*, quod item ab ostendendo dictum est apud auctores.

(Paul.) Monstrum dictum velut ' monestrum ', quod moneat aliquid futurum ; prodigium velut ' praedicium ', quod praedicat ; portentum quod portendat ; ostentu[m] quod ostendat.

<*Monitores*> ** qui monent histriones i[n] scaena sed etiam ubi adiciuntur (lib[ri] dicuntur ?) commentarii.

(Paul.) Monitores dicuntur et qui i[n] scaena monent histriones et lib[ri] commentarii.

Monile dictum est ornatus mulieris, qu[a]lem habuisse Eriphylam fabulae ferun[t]. Ex eo etiam equis praependens a co[l]lo ornamentum monile.

(Paul.) Monile et mulierum ornat[us] dicitur et equorum praepende[ns] a collo.

(Paul.) *Momar* Siculi stultum appellant.

(Paul.) *Momen* momentum. Lucretius (189) :

momine si parvo possint inpulsa m[...]
ve[...]

(Paul.) *Modo* cum per correptam O dicit[ur] significat et tempus ut : Modo venit, [...] ponitur pro tantum, ut : Tace mod[o]. Quodsi producta posteriore syllaba enu[n]tietur, dativus vel ablativus est cas[us] ab eo quod est modus.

MORACIAS. Abl. (vel dat.) casu usum esse Titinium suadet ps.-Plac. (Moraciis nucib[us] longis).

MONIMENTUM. Cf. Varr. L. L. 6, 49 : Ab eodem (scil. memoria) monere, quod is [qui] monet proinde sit ac memoria ; sic monimenta quae in sepulcris, et ideo secundum via[m], quo praetereuntis admoneant et se fuisse et illos esse mortalis ; ab eo cetera quae scri[pta] ac facta memoriae causa monimenta dicta.

MONSTRUM. post Modo (124, 1) **Paul.** (saltem archetypus nostrorum codicum in q[uo], ni fallor, lemma praetermissum erat et in imo margine postea scriptum). mihi] Verr[...] Cf. infra, s. v. Portenta (284, 4) ; s. v. Prodigia (254, 14). Hincine Abol. MO26 Monstra di[ci]mus prodigia eo quod futura moneant vel demonstrent ? Cf. Varr. ap. Isid. Diff. 1, 45[...] Quinque autem sunt genera prodigiorum, ut Varro dicit, id est portentum, ostentum, p[ro]digium, miraculum et monstrum..

MONILE. Hinc, ni fallor, gl. disrupta Abol. (MA 43 ; MU 13) Monile : ornamentum m[u]lieris, Monilia : pectoralia equorum.

MOMAR. De ficticio in recentioribus glossariis versu Plauti (fragm. dub. et susp. x[...]

quid tu, o momarsicule homo, praesumis ?

cf. Goetz ad loc.

MOMEN. Hincine corrupta gl. Abol. MO 21 Monin (momen ?) : momentum ? De ve[rsu] Ennii ficticio (Ann. 595) qui est in glossario Osberni cf. Goetz (Verhandl. Sächs. Ges. 1[...] p. 143) :

Molucrum non solum quo molae verruntur dicitur, id quod Graeci μυλήκορον appellant, sed etiam tumor ventris qui etiam virginibus <incidere> solet, cuius meminit Afranius in Virgine (336) :

ferme virgini
<tam crescit uterus> tamquam gravidae mulieri ;
molucrum vocatur, transit sine doloribus.

loatius etiam in libris Sacrorum : Molucrum esse aiunt ligneum quoddam quadratum ubi immolatur. Idem (item ?) Aelius in Explanatione Carminum Saliarium eodem nomine appellari ait quod sub mola supponatur. Aurelius Opillus (Op. Aur. ?) appellat ubi molatur.

(Paul.) Molucrum dicitur et quo molae verruntur, quod Graeci μυλήκορον dicunt, et tumor ventris qui etiam virginibus incidere solet. Afranius « virgini » inquit « tam crescit uterus quam gravidae mulieri ; molucrum vocatur, transit sine doloribus ». Molucrum etiam dicitur lignum quoddam quadratum ubi immolatur.

ola etiam vocatur far tostum et sale sparsum quod eo molito hostiae asperguntur. Molas avias inepte quidam dictas putant**.

(Paul.) Mola vocatur etiam far tostum et sale sparsum, quod eo molito hostiae asperguntur.

(Paul.) *Moles* pro magnitudine fere poni solet. Sed *moliri* et *molitiones* a movendo certum est dici.

(Paul.) *Munus* significat <officium> cum dicitur quis munere fungi ; item donum quod officii causa datur.

(Paul.) *Mummiana aedificia* a Mummio dicta.

<*Mundus* appellatur caelum terra mare et aer>**. Mundus etiam mulieris <ornatus dicitur quia non alius est quam quod moveri> potest. Accius (654) :

cum virginali mundo clam pater **

<Mundus quoque appellatur lautus et purus.> Ennius (Ann. 145) :

idem loca navibus celsis
munda facit nautisque mari <quaesentibus vitam>.

**Cereris, qui mundus appellatur, qui ter in anno solet patere : VIIII Kal. Sept. et III Non. Octobr. et VI Id. Novembr. Qui vel enim (videlicet ?) dictus est quod terra movetur **

(Paul.) Mundus appellatur caelum terra mare et aer. Mundus etiam dicitur ornatus mulieris quia non alius est quam quod moveri potest. Mundus quoque appellatur lautus et purus.

MOLUCRUM. Aurel. Op.] Mos scribendi Festinus est ' Opillus Aurelius '.
MOLA. Cf. supra, s. v. Ador (3, 19) farris genus ... quod aduratur ut fiat tostum, unde i sacrificio mola salsa efficitur) ; s. v. Immolare (97, 22 est mola, id est farre molito et sale, etiam perspersam sacrare). Cf. Varr. L. L. 5, 104 : Ex mola, id est ex sale et farre molito.
id. avias] Quid latet ?
MUMMIANA. Vide supra ad Maeniana (120,1).
MUNDUS. Cf. infra, s. v. (144, 18 ut ait Capito Ateius in lib. VI Pontificali, ter in anno pere solet, etc.). Verrium credo sic fere incepisse : Mundus appellatur caelum terra mare e aer, a motu eorum ita dictus. Cf. Varr. L. L. 6, 3 : A motu eorum (scil. solis et lunae) q toto caelo coniunctus mundus : Isid. Etym. 13, 1, 1 : Mundus Latine a philosophis dtus quod in sempiterno motu sit, ut caelum sol luna aer maria ; nulla enim requies eius e nentis concessa est ideoque semper in motu est ; unde et animalia Varroni videntur e nenta, « quoniam per semet ipsa » inquit « moventur ».
Ennius] citatus iterum infra, s. v. Quaeso (312,9).

(Paul.) *Munnitio* (?) morsicatio ciborum.

(Paul.) *Muneralis lex* vocata est qua Cincius cavit ne cui liceret munus accipere. Plautus (inc. 30) :

neque muneralem legem neque lenoniam rogata fuerit necne flocci aestimo.

(Paul.) *Munem* significare certum est officiosum ; unde e contrario *inmunis* dicitur qui nullo fungitur officio.

(Isid.) Inmunis minime munificus, ut est in proverbio veteri « inmunem cives odere sui » ; item inmunis qui non facit munia, id est officio non fungitur ; est enim omni privilegio vacuus.

Mamphula appellatur pa<nis> Syriaci genus quod, ut ait Verrius, in clibano antequam percoquatur decidit in carbones cineremque. Cuius meminit Lucilius (1250) :

pistricem validam, si nummi suppeditabunt,
addas empleuron, mamphulas quae sciat omnis.

Municeps est, ait Aelius Gallus (7), qui in municipio liber natus est ; item qui ex alio genere hominum munus functus est ; item qui in municipio ex servitute se liberavit a municipe. At Servius filius (Serv. Sulpicius 18) aiebat initio fuisse qui ea conditione cives fuissent ut semper rempublicam separatim a populo Romano haberent, Cumanos Acerranos Atellanos, qui aeque <cives Romani erant et in legione merebant, sed dignitates non capiebant>.

(Paul.) Municeps qui in municipio liber natus est. Item qui ex alio genere hominum munus functus est. Item qui in municipio a servitute se liberavit a municipe. Item municipes erant qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem ; ut fuerunt Cumani Acerrani Atellani, qui et cives Romani erant et in legione merebant, sed dignitates non capiebant.

Mutas quasi (quasdam?) e litteris appellatas quidam putant quod positae in ultimis partibus orationis obmutescere cogant loquentem. Quidam quod parva exiguaeque sint vocis, ut quando mutum oratorem aut tragoedum dicimus.

(Paul.) Mutae dicuntur litterae quod positae in ultimis partibus orationis obmutescere cogant loquentes ; vel quod parvae exiguae

---

MUNERALIS LEX. i. e. Lex Cincia de donis et muneribus (Liv. 34, 4, 9, etc.).

INMUNIS. Cf. supra, s. v. (97, 18 vacans munere, aliquotiens pro improbo ponitur, ut apud Plautum « inmune est facinus »). Si Isidorus (Etym. 10, 140) ex hoc Festi loco hausit, suspicor Festum duos eiusdem fabulae versus citasse (Trin. 350) :

sed civi inmuni scin quid cantari solet
« quod habes ne habeas, et illuc quod non habes habeas, malum ».

(Trin. 354) :

is est inmunis quoi nil est qui munus fungatur suom.

MAMPHULA. Alieno loco.

MUNICEPS. supra, inter Mamercus (116, 2) et Mamuri Veturi. **Paul.** Servii Reitzenstein (Verrianische Forschungen 86). Cf. infra, s. v. Municipium (155,7), s. v. Municipalia Sacra (146,9 quae ab initio habuerunt ante civitatem Romanam acceptam). Hincine Gloss. Abol. MU 19-20. Municeps : civis municipii, Municipales : originales cives et in loco officium gerentes ?

MUTAS. Cf. infra, s. v. Mutas. Festi codex incipit (cf. infra, 136, 22, s. v. Mutae Littera) a verbis quae huc pertinere possunt vel saltem iterare eam sententiam quae hic est videntur (Mutum dicimus aut quod nullius fiant vocis cum in eas litteras incidant).

que sint vocis, ut cum mutum oratorem aut tragoedum dicimus.

Multam Osce dici putant poenam quidam. M. Varro ait poenam esse, sed pecuniariam; de qua subtiliter in lib. I Quaestionum Epist. refert.

(Paul.) Multam Osce dici putant poenam.

Mulleos genus calceorum aiunt esse; quibus reges Albanorum primi, deinde patricii sunt usi. M. Cato Originum lib. VII (7): Qui magistratum curulem cepisset calceos mulleos allitaciniatos (aluta laciniatos ?), ceteri peronei. Item Titinius in Setina (116):

iam cum mullibus te ostendisti quos
† tibiam si † calceos.

Quos putant a *mullando* dictos, id est suendo.

(Paul.) Mullei calcei regum Albanorum et post patriciorum, a millando, id est suendo dicti.

Multifariam dixerunt antiqui videlicet quod in multis locis fari poterat.

(Paul.) Multifariam dicebant antiqui quod in multis locis fari poterat, id est dici.

(Paul.) *Mulciber* Vulcanus a molliendo scilicet ferro dictus. *Mulcere* enim mollire sive lenire est. Pacuvius (395):

quid me optutu terres, mulces laudibus ?

(Paul.) *Multam maximam* dixerunt trium milium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ovibus quemquam multari; aestimabaturque bos centussi[bu]s, ovis decussi[bu]s.

<*Multi Mani Ariciae*. . . **Manius Egeri<us lucum> Nemorensem Dianae consecravit, a quo multi et clari viri orti sunt et per multos annos fuerunt. Unde [et] proverbium: Multi Mani Ariciae. Sinnius Capito longe aliter sentit; ait enim turpes et deformes significari, quia *Maniae* dicuntur deformes personae, et Arici[n]ae genus panni [manici] fieri quod manici (?) appelletur.

(Paul.) Maniae turpes deformesque personae.

Munia.> *moene* singulariter dixit Ennius (Naevius, Bell. Pun. 34):

apud emporium in campo hostium pro moene.

Muttire loqui. Ennius in Telepho (286):

palam muttire plebeio piaculum est.

(Paul.) Muttire loqui. Ennius « palam muttire plebeio piaculum est. »

MULTAM. Cf. Varro Rer. Hum. XXI (ap. Gell. 11. 1. 5): Vocabulum autem ipsum multae idem M. Varro ... non Latinum sed Sabinum esse dicit, idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti; L. L. 5. 177.

MULLEOS. Hinc Gloss. AA (= Abol.) Mullei: calcei quae in (quem ? quos ?) antiquitus reges habere soliti erant. Ad hunc locum Catonis fortasse redit Gloss. ps.-Plac., Mulleos: calceamenti genus, a colore mullorum.

MULTIFARIAM. Hincine Gloss. Abol. MU 14 Multifarie: multis sermonibus ?

MULCIBER. Gloss. Abstr. MU 13 (Mulciber: ignis quod omnia mulceat; ipse dicitur Vulcanus) ex Serv. Aen. 8. 724 provenit (Mulciber Vulcanus, ab eo quod totum ignis permulcet). optutu]. Cf. infra, s. v. (202, 11).

MULTAM. Max. mul. **Paul.** Cf. supra, s. v. Aestimata Poena (23, 2 ovem decussis, bovem centussis, hoc est decem vel centum assibus).

MULTI MANII. Man. Eger.] Aliter Cato Orig. II (ap. Prisc. I p. 129): Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Baebius Tusculanus dedicavit dictator Latinus. Cf. Rosenberg Herm. 54, 143).

MANIAE. Cf. supra, s. v. (114, 15 Aelius Stilo dicit ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quia turpes fiant; quas alii maniolas appellent).

MUTTIRE. Cf. supra, s. v. Anussim (6, 2 quidam esse dicunt non tacite, quod muttire

<Munia vel> *Moenia* muri et cetera muniendae urbis gratia facta, ut Accius in Hellenibus (385) :

signa extemplo canere ac tela ob moenia offerre imperat.

Significat etiam officia. Plautus in Nervolaria (95) :

prohibentque moenia alia unde ego fungar mea.

(Paul.) Moenia et muri et officia. Plautus « prohibentque moenia alia unde ego fungar mea.

Murrinam genus...

(Paul.) Murrina genus potionis quae Graece dicitur νέκταρ <**potio deorum**>. Hanc mulieres vocant *muriolam*. Quidam murratum vinum, quidam id dici putant ex uvae genere murrinae nomine.

(Paul.) *Murgisonem* dixerunt a mora et decisione.

(Paul.) *Murmillonica scuta* dicebant cum quibus de muro pugnabant. Erant siquidem ad hoc ipsum apta.

---

interdum dicitur loqui). Hincine Gloss. Abol. MU 6 (Muttire : leviter loqui), an ex adnotatione marginali in Terentio (Andr. 505) ?

MOENIA. Cf. infra. s. v. (137,7 praeter aedificia significant etiam et munia, hoc est officia). Hausitne ex Festo Isidorus (Etym. 15, 2, 17 Moenia sunt muri civitatis, dicta ab eo quod muniant civitatem, quasi munimenta urbis, id est tutamenta ; munium autem dictum quasi manu factum ; sic et munus ; muri a munitione dicti, quasi ' muni-ri ', eo quod muniant et tueantur interiora urbis), an ex Donati scholio nescioquo in Vergil., sicut hausit ex Serv. Aen. 11, 567 ea quae pergit dicere (moenia autem duplicem habent significationem, nam interdum moenia abusive dici omnia aedificia publica civitatis, etc.) ?

MURRINAM. Supplevi ex Gloss. Aff. (= Abol.) Murrina : potio divina quae a Graecis nectar dicitur, de vino murrato. Cf. infra, s. v. Nectar (160, 18 Graece significat deorum potionem). murrat. vin.] Cf. infra, s. v. Murrata Potione (150, 36). Eam interpretationem ps.-Placidus repperit, nimirum in adnotatione ad Plaut. Pseud. 741, Murrinam : vinum murra conditum. Sed gl. Ansil. MU 273 (Murratum vinum : amarum, id est cum felle mixtum), ni fallor, non est Glossarii Abol. sed Glossarii Abstr., et emanavit ex adnotatione in Marc. evangelist. 15, 23 adscripta. Plautinum hoc Festi lemma esse (sicut praecedens lemma Moenia) mihi videtur et Plauti versum habuisse (Pseud. 741) :

murrinam passum defrutum mellam mel quoivismodi.

De his vocabulis plura discimus ex loco Varronis Vit. Pop. Rom. I, ap. Non. 551 dispertito, qui sic fere restitui potest : Antiquae mulieres maiores natu bibebant loram aut sapam aut defretum aut passum quam murrinam quidem Plautus appellare solet ; loram dicebant in vindemia cum expressissent acinis mustum et folliculos in dolium coniecissent ; sapam appellabant quod de musto ad mediam partem decoxerant ; defretum, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant defervefaciendo ; passum nominabant si in vindemia uvam diutius coctam legerent eamque passi essent in sole aduri ... vino addito <vel>lora passum vocare coeperunt ; muriolam nominabant quod ex uvis expressum erat passum, etc.

MURGISONEM. Ex scholio Vergiliano (Aen. 11, 378) hausit Gloss. Abstr MU 27 Murgiso : callidus murmurator vel fallax. Cadit igitur Scaligeri emendatio (call. morator) eius glossae a Goetzio iniuria Placido assignatae. Cf. Gloss. ps.- Plac. Murgiso : irrisor, lusor. Ex Festo discimus I longam esse, murgīso. Hucine redit gl. corrupta Abav. (= Philox.) MU30 Muscinarius : inutilis ἄχρηστος ?

MURMILLONICA. Aliter infra. s. v. Retiario (358, 9 murmillonicum genus armaturae Gallicum est, ipsique murmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat).

(Paul.) *Murtea corona* Papirius usus est quod Sardos in campis Murteis superasset.

(Paul.) *Mussare* murmurare. Ennius (Ann. 182) :

<intus> in occulto mussabat

vulgo vere pro tacere dicitur, ut idem Ennius (Ann. 446) :

non decet (possunt) mussare bonos(-i).

(Paul.) *Mucia prata* trans Tiberim dicta a Mucio, cui a populo data fuerant pro eo quod Porsenam Etruscorum regem sua constantia ab Urbe dimovit.

(Paul.) *Mugionia porta* Romae dicta est a Mugio<ne> quodam qui eidem tuendae praefuit.

(Paul.) *Muginari* est nugari et quasi tarde conari. <... *Muginatio*>.

(Paul.) *Mustricula* est machinula ex regulis in qua calceus novus suitur. Afranius (419) :

mustriculam in dentes inpingam tibi.

(Paul.) *Myoparo* genus navigii ex duobus dissimilibus formatum. Nam et mydion (?) et paron per se sunt.

(Paul.) *Minucia porta* appellata est eo quod proxima esset sacello Minucii.

(Paul.) *Martias Kalendas* matronae celebrabant quod eo die Iunonis Lucinae aedes coli coepta erat.

(Paul.) *Mavortem* poetae dicunt Martem.

(Paul.) *Magnum annum* dicunt mathematici quo septem sidera errantia expletis propriis cursibus sibimet concordant.

MURTEA. Cf. infra, s. v. Ovalis Corona (213, 8 est murtea, quam habebant qui ovantes introibant cum bella non erant indicta aut sine sanguine confecta). Quid est lemma Murtea Corona nisi altera pars lemmatis Ovalis Corona, alphabeticae ordinationis causa disrupta ?
MUSSARE. Cf. infra, s. v. Summussi (384, 19 .. Ennius in sexto Annalium « intus in occulto mussabat »). Hausitne ex Festo Serv. auct. Geo. 4, 188 : Mussant hic murmurant, quae vox ponitur et in tacendi significatione, ut apud Ennium in XVII « non possunt mussare boni », etc. ?
MUCIA PRATA. Cf. Liv. 2, 13.
MUGIONIA PORTA. Aliter Varr. L. L. 5, 164 : Praeterea intra muros video portas dici in Palatio Mucionis (Mug.), a mugitu, quod ea pecus in bucita<m> cir<cum> cum oppidum exigebant, alteram Romanulam, etc. ; Vit. Pop. Rom. I (ap. Non 531, 19) : In Palatio ad portam Mugionis.
MUGINARI. Hinc Gloss. Abol. MU 16 Muginatur : nugatur aut cunctatur sine effectu. Verbum, ne Ciceronis quidem tempore ignotum, tractat Nonius (139, 4, ubi legendum est, ni fallor, Muginari morari ; non cum codd. ' Muginari murmurare '), citatis et Atta et Lucilio (294) :

muginamur, molimur, subducimur,

quem versum recte interpretatus est Leo, Goett. Anz. 1906, p. 848. Addidi ex Gloss. Ansil. (=Abol.) MU 10 Mugillatio (-ginatio) : tarditas.
MYOPARONES. Cf. infra, s. v. Parones (248, 22 navium genus, ad cuius similitudinem myoparo vocatur). mydion] Cf. Heraeus (Rhein. Mus. 54, 307).
MINUCIA Cf. supra, s. v. (109, 15).
MARTIAS. Cf. Fast. Praenest : Feriae Marti Iunoni Lucinae Esquiliis, quod eo die aedis ei <dedica>ta est per matronas, quam voverat Albin<i>ia<..>.. vel uxor si puerum.. que ipsa. matronae] De Matronalibus cf. Macrob. 6, 4, 13 ; Serv. Aen. 8, 638.
MAVORTEM. Hincine Gloss. Abol. MA 57-59 Mavors : Mars ; Mavortia res : quae ad pugnam pertinet ?
MAGNUM ANNUM. Cf. Serv. Aen. 3, 284.

(Paul.) *Medius fidius* compositum videtur et significare Iovis filius, id est Hercules, quod Iovem Graece Δία et nos Iovem, ac fidium pro filio quod saepe antea pro L littera D utebantur. Quidam existimant iusiurandum esse per divi fidem ; quidam per diurni temporis, id est diei, fidem.

(Paul.) *Mortem obisse* ea consuetudine dicitur qua dixerunt antiqui *ob* Romam legiones ductas et ob Troiam duxit exercitum pro ad ; similiterque *vadimonium obisse* dicimus, id est ad vadimonium isse, et *obviam* ad viam.

Manuos in carminibus Saliaribus Aelius [Stilo] significare ait bonos, ut inferi di *Manes* pro boni dicantur a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis, ut *immanes* quoque pro valde <non bonis> dicantur.

(Paul.) Manues Aurelius significare ait bonos ; unde di Manes pro boni dicuntur a suppliciter eos venerantibus propter metum mortis, ut inmanes quoque pro valde non bonis dicuntur.

Muscerdas prima syllaba producta dicebant antiqui stercus murum.

(Paul.) Muscerdas prima syllaba producta stercus murum appellant.

Mapalia casae Poenicae appellantur ; in quibus quia nihil est secreti, solet solute viventibus obici id vocabulum. Cato Originum libro quarto (2) : Mapalia vocantur ubi habitant ; ea quasi cohortes rotundae sunt.

(Paul.) Mapalia casae Poenicae appellantur ; in quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum solute viventibus obici. Sunt enim mapalia quasi cohortes rotundae. Cohortes cortes.

Metelli (–alli) dicuntur in lege militari quasi mercennarii. Accius Annali XXVI (2) :

calones famulique metellique (–allique caculaeque.

A quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putat ductum **.

(Paul.) Metalli dicuntur in re militari quasi mercennarii. Accius in Annalibus « calones famulique metallique caculaeque ». A quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putatur ductum.

« *Manum et mentum* » proverbium est ex Graeco ductum, quod est : πολλὰ μεταξὺ <πέλει> κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

Calchantem vitis serentem quidam augur vicinus praeteriens dixit errare ; non enim ei fas esse novum vinum **.

(Paul). *Mulis celebrantur ludi in Circo*

MEDIUS FIDIUS. Hinc Gloss. Abol. ME 42 Medius fidius : iusiurandum Gentilium per Iovem et fidem vel per Herculem Iovis filium ; id veteres loquuntur. Cf. Varr. L. L. 5, 66 Aelius Dium Fidium dicebat Diovis filium, ut Graeci Διόσκορον Castorem, et putabat hunc esse Sancum ab Sabina lingua et Herculem a Graeca. Cf. infra, s. v. Praebia (276, 11 Sancus.. Dius Fidius vocatur). pro L litt. D] Vide supra ad Ancaesa (18, 21).

OB. Cf. infra, s. v. (188, 1 alias pro ad, ut Ennius « ob Romam noctu legiones ducere coepit » et « ob Troiam duxit »).

MANES. Vide supra ad Mane (112, 24), Manare (115,1). Cf. infra, s. v. Matrem Matutam (154, 10).

MUSCERDAS. Hinc gl. disrupta et fortasse truncata Abol. MU 7 (cum Gloss. AA) Muscerdae : stercus murinum ; mūscerdas dicebant antiqui. Cf. infra, s. v. Sucerdae (390, 24).

METELLI. Hinc gl. male habita Abol. ME 8 (cum Gloss. Ansil. ME 579) Metellus : mercennarius : metalli dicuntur in lege m<ilitari>. Quae gl. in Gloss. AA est Metellus : mercennarius a merendo (metendo ?). Hinc etiam Gloss. Philox ME 69 Metellus : μίσθιος (fortasse revera 48 et 59 Metellus : mercennarius, μισθοφόρος, μίσθιος).

maximo Consualibus quia id genus quadrupedum primum putatur coeptum curru vehiculoque adiungi.

(Paul.) *Mais Idibus mercatorum dies festus erat* quod eo die Mercurii aedes esset dedicata.

Minusculae Quinquatrus appellantur Id. Iun. quod is dies festus est tibicinum, qui colunt Minervam cuius deae proprie festus dies est Quinquatrus mense Martio.

(Paul.) Minusculae Quinquatrus appellabantur Idus Iun. quod is dies festus erat tibicinum qui Minervam colebant. Quinquatrus proprie dies festus erat Minervae Martio mense.

Muli Mariani dici solent a C. Mari instituto cuius milites in furca interposita tabella varicosius onera sua portare adsueverant.

(Paul.) Muli Mariani dici solent a Mario instituti, cuius milites in furca interposita tabella varicosius onera sua portare adsueverant.

SEX. POMPEI FESTI LIBER XIII

Mulus vehiculo Lunae habetur quod tam ea sterilis sit quam mulus ; vel quod, ut mulus non suo genere sed equis creetur, sic ea solis non suo fulgore luceat.

(Paul.) Mulus vehiculo lunae habetur quod tam ea sterilis sit quam mulus ; vel quod, ut mulus non suo genere sed equis creatur, sic ea solis non suo fulgore luceat.

Murciae deae sacellum **.

(Paul.) Murciae deae sacellum erat sub monte Aventino, qui antea *Murcus* vocabatur.

(Paul.) *Membrum abscidi mortuo* dicebatur cum digitus eius decidebatur ad quod servatum iusta fierent reliquo corpore conbusto.

(Paul.) *Monodus* appellatus est Prusiae filius qui unum os habuit dentium loco. Similiter habuit et Pyrrhus rex Epirotarum.

(Paul.) *Minotauri* effigies inter signa militaria est quod non minus occulta esse

---

MAIS IDIBUS Cf. supra, s. v. Maius Mensis (120, 6 a Maia, quod Mercurio filio eius res divinae <Idibus> fiant sollemnes).

MINUSCULAE QUINQUATRUS. Cf. Varr. L. L. 6, 17.

MULI MARIANI. Cf. supra, s. v. Aerumnulas (22, 13 Plautus refert furcillas quibus religatas sarcinas viatores gerebant ; quarum usum quia Gaius Marius retulit, muli Mariani postea appellabantur).

MULUS VEHICULO LUNAE. Cf. Pausan, 5, 11, 3.

MURCIAE DEAE. Cf. Varr. L. L. 5, 154 : Intumus circus ad Murciae vocatur, ut Procilius aiebat, ab urceis quod is locus esset inter figulos ; alii dicunt a murteto declinatum quod ibi id fuerit ; cuius vestigium manet quod ibi est sacellum etiam nunc Murteae Veneris. Hausitne ex Festo Serv. auct. Aen. 8, 636 : Vallis autem ipsa ubi Circenses editi sunt ideo Murcia dicta est quia quidam vicinum montem Murcum appellatum volunt : alii quod fanum Veneris Verticordiae ibi fuerit circa quod nemus e murtetis fuisset, immutata littera Murciam appellatam ; alii Murciam a murcido, quod est marcidum, dictam volunt ; pars a dea Murcia quae, cum ibi Bacchanalia essent, furorem sacri ipsius murcidum faceret ? Si hausit, planam viam cernis inter lemma Murciae et lemma Membrum Abscidi, nam Ammianus dicit (15, 12, 3) : Nec eorum aliquando quisquam, ut in Italia, munus Martium pertimescens pollicem sibi praecidit, quod localiter murcos appellant.

MONODUS. vel μονόδους. Cf. Plin. N. H. 7, 69.

MINOTAURI. Huc potest revocari gl. Ansil. MI 118, si vera forma est Minotaurus : monstrum quod ex Minoe et Tauro natum fuit (non ' ex homine et tauro '). Cf. infra, s. v. Porci Effigies (266, 16 inter militaria signa quintum locum obtinebat quia etc.).

debent consilia ducum quam fuit domicilium eius labyrinthus. Minotaurus putatur esse genitus cum Pasiphae Minois regis uxor dicitur concubuisse cum tauro. Sed adfirmant alii Taurum fuisse nomen adulteri.

(Paul.) *Manius* praenomen dictum est ab eo quod mane quis initio natus sit, ut *Lucius* qui luce.

(Paul.) *Manliae gentis patriciae decreto nemo ex ea Marcus appellatur* quod M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum regnum adfectasset damnatus necatusque est.

(Paul.) *Maiores flamines* appellabantur patricii generis, *minores* plebei.

(Paul.) *Millus* (–um ?) collare canum venaticorum factum ex corio confixumque clavis ferreis eminentibus adversus impetum luporum. Scipio Aemilianus ad Populum « vobis » inquit « reique publicae praesidio erit is quasi millus cani ».

(Paul.) *Moenia* praeter aedificia significant etiam et *munia*, hoc est officia.

(Paul.) *Magnificissima* dicebant antiqui pro magnificentissima. Revera enim ' magnificens ' dici non potest, unde magnificentissima videtur deduci.

(Paul.) *Manceps* dicitur qui quid a populo emit conducitve quia manu sublata significat se auctorem emptionis esse. Qui idem *praes* dicitur quia tam debet praestare populo quod promisit quam is qui pro eo praes factus est.

Martius mensis initium anni fuit et in Latio et post Romam conditam, quod ea gens erat bellicosissima. Cuius rei testimonium est quod posteriores menses, qui annum finiunt, a numero appellati ultimum habent Decembrem. <*Masculino genere parentem* appellabant antiqui etiam matrem> ** « *Malo cruce* », masculino genere cum dixit Gracchus in oratione quae est in P. Popillium posteriore, tam repraesentavit antiquam consuetudinem quam *hunc frontem* ; atque *hunc stirpem* idem

---

LUCIUS. Vide supra, s. v. (106, 21 praenomen est eius qui primum fuit, quia oriente luce natus est). Ecce iterum eandem doctrinam alphabetice dispersam ! Coniungit nomina Luc. Man. etiam Lib. de Praen. 5.

MANIUS. Cf. Lib. de Praen. 5 : Manii qui mane editi erant, vel ominis causa quasi boni ; manum enim antiqui bonum dicebant.

MANLIAE. Eadem habes supra, s. v. M. Manlium (112, 20 patriciae familiae neminem vocari licuit post eum Manlium qui Gallos a Capitolio depulit, quod is regnum occupare conatus necatusque est).

MAIORES FLAMINES. Cf. infra, s. v. Maximae Dignationis (144, 11 flamen Dialis est inter quindecim flamines... minimi habetur Pomonalis).

MILLUS. Hinc Gloss. Corp. (= Abol.) M 215 Millum : collare[m] canis. Sed ' melium ' Varr. R. R. 2, 9, 15 : Ne vulnerentur a bestiis inponuntur his collaria quae vocantur melium, id est cingulum circa collum ex corio firmo cum clavulis capitatis, quae intra capita insuitur pellis mollis ne noceat collo duritia ferri.

MOENIA. Fere eadem habes supra, s. v. (128, 25).

MAGNIFICISSIMA. Cf infra, s. v. Magnificius (142, 5 pro magnificentius usurpavit Cato, etc.) et, quod proximum lemma est, Munificior (quoque Cato... cum dicamus nunc munificentior, quamvis ' munificens ' non sit in usu, etc.).

MANCEPS. Cf. supra, s. v. (115, 19 dictus quod manu capiat).

PRAES. Cf. infra, s. v. (249, 20).

HUNC FRONTEM. Cf. supra, s. v. Frontem (80, 12 antiqui masculino genere dixere).

HUNC STIRPEM. Cf. infra, s. v. Stirpem (412, 13 masculino genere antiqui, etc.).

antiqui dixerunt, et rursus *hanc lupum, hanc metum*. Item cum idem in Pompilium et matronas ait : Eo exemplo instituto (–tus ?) dignus fuit qui malo cruce periret.

(Paul.) Masculino genere parentem appellabant antiqui etiam matrem. Masculino genere dicebant crucem, ut est illud Gracchi : Dignus fuit qui malo cruce periret. Masculine etiam dicebant et frontem et alia multa similiter.

<*Mutae litterae*> ** <oratorem aut tragoedum> mutum dicimus ; aut quod nullius fiant vocis cum in eas litteras incidant.

Metaphoram quam Graeci vocant nos *tralationem*, id est domo mutuatum verbum : quo utimur, inquit Verrius in (?).. (**4 litt.**).. ne saepius quidem honesti ac d<ec>o<ris ob c>ausas, ut speciosiora atque al<tiora> significan<tes alieno> quam proprio vo<cabulo **potius**> rem indicemus, <**quod etsi**> redit ad sua<m **originem tamen** e>t tralatum manebit (?) quo pervenit.. (**13 litt.**).. as alieno perinde ac suo ab.. (**10 litt.**)..

Metaplasticos dicitur apud p<**oetas usurpari id**> quod propter necessitatem metri.. (**10 litt.**).. ur quod idem *barbaris* <*mus* **dicitur** in solu>ta oratione conscrib<enda>.. (**26 litt.**)..

Meta– .. (**13 litt.**) .. ca a cariore .. (**21 litt.**).. perventura.. (**10 litt.**).. quod.. (**10 litt.**).. dicare ait Ennius.. (**7 litt.**).. id est.. (**24 litt.**).. Meta– .. (**6 litt.**).. <du>abus ut .. (**4 litt.**).. accip .. (**12 litt.**).. gratia si nec d.. (**4 litt.**) .. iat .. (**7 litt.**) .. prim<a>t.. eptam necessitate.

Metonymia est tropos cum ab eo quod continet significatur id quod continetur, aut superior <r>es inferiore et inferior superiore. Quae continet quod continetur, ut Ennius cum ait (Ann. 310) :

Africa terribili tremis (–it ?) horrida terra tumultu.

HANC LUPUM. Vide supra, ad Corius (53, 1).

HANC METUM. Cf. supra, s. v. Metus (110, 16 feminine dicebant. Ennius, etc.).

MUTAE LITTERAE. Vide supra, s. v. Mutas (126, 25 quasdam e litteris appellatas quidam putant quod positae in ultimis partibus orationis obmutescere cogant loquentem ; quidam quod parvae exiguaeque sint vocis, ut quando mutum oratorem aut tragoedum dicimus) ; infra, s. v. Muta (140, 2).

mutum] *Hic incipit codex Festi*. **Sed primae paginae lacerae ac male habitae vix leguntur** Quibus quoniam nuper iterum operam dedit v. d. Ribezzo (Rivista Indo-greco-italica 6, 18 [1922]), eum testem sequor, sicut prius Abelium sum secutus.

METAPHORAM. Verrius] A Verrio igitur tamquam fonte haec series grammaticorum lemmatum emanavit, Masculino Genere, Mutae Litterae, Metaphoram, etc. Scripsitne etiam Artem Grammaticam ? in] **Urs.** : i **Rib.** Ver. in oratio ne **docti**. An Plerumque redit ad sua m domum quod es t tral. ; man. quo perv. tamen apud poet as al. per. ac. suo ab uti solitos ? Sed te moneo laceram hic (et in sequentibus) hiare paginam, ita ut vix liqueat quot desint litterae.

METAPLASTICOS. Cf. Cominianus ap. Charis. 265, 1 : Consuetudo hunc tantum barbarismum appellat qui fit in una parte orationis.. sed hoc vitium in soluta oratione nomen suum retinet, ceterum apud poetas metaplasmus vocatur. **An** met. nove mutet ur ?

META LEMSIS ? Nam in grammaticorum Artibus solet haec figura praecedere figurae Metonymiae, v. g. Charis. 273, 5 Metalepsis est dictio per gradus homonymiae ad propriam significationem descendens, ut « speluncis abdidit atris » (Aen. 1, 60), ab atris enim nigrae intelleguntur, et ex nigris tenebras habentes, et ex hoc in praeceps profundae. Metonymia est, etc. **An** Meta<lemsis rhetori>ca a cariore ad vilem rem, inde ad vi<liorem> perv. <descensio> .. si nec d<efin>iat <neque ex>prim<a>t ?

Ab eo quod continetur id quod continet, ut cum dicitur « epota amphora vini ». A superiore re inferior, ut Ennius (Ann. 487) :

cum magno strepitu Volcanum ventus vegebat.

Ab inferiore superior, ut (Plaut. Aul. 737 a ?) :

<**quia**> persuasit animo vinum, deus qui multo est maximus.

Masculina et feminina vocabula dici melius est secundum Graecorum quoque consuetudinem, qui non ἀνδρικά et γυναικεῖα ea, sed ἀρ<σενικά dicunt et θηλυκά >.. (**10 litt.**)..

« *Martoni<s aurum redditum* »>.. (**16 litt.**).. to ait ;. quod <videtur hoc significare matronis> fuisse re<stitutum aurum ex quo P. R. crateram fecerat> et eam A<pollini Delphos miserat ; ut est testi>monio in<dex tabella : Quod quidem aurum dederunt ma>tronae orna<tui demptum suo ut votum solveretur> Apolloni. Qui<dam dicunt de eo potius esse intellegendum> quod contu<lerunt olim matronae ad Capitolium> a Gallis Senoni<bus liberandum ; id eis postea reddi>tum est a pop<ulo Romano>.

(Paul.) « Matronis aurum redditum » cum legitur, hoc significare videtur quia matronae contulerunt ornatus sui aurum ad Capitolium a Gallis Senonibus liberandum, quibus post est redditum a populo Romano.

<*Magistrare* pro regere et> temperare dic.. (**25 litt.**).. erare quidam.. (**24 litt.**)..

(Paul.) Magistrare regere et temperare est.

Muta.. (**35 litt.**).. nisi voce .. (**29 litt.**).. multo .. (**25 litt.**).. intelle .. (**30 litt.**).. rem.. (**4 litt.**).. as dici.. (**22 litt.**).. ut cui potius con.. (**24 litt.**)..

M<ille ?> singulariter di .. (**20 litt.**).. non aliter dicimus cum.. (**11 litt.**)..

<*Municas*> item communicas dicit .. (**19 litt.**).. amina (omnia ?).. (**6 litt.**)..

(Paul.) Municas pro communicas dicebant.

<*Mancipatus et adoptatus*> ut patri<s> sui heres e<sse desinit, ita eius qui adop>tet tam heres est quam <ex eo natus. Sed et adrogatus, qui> in potestate alie<na>.. (**20 litt.**).. et suus heres ut p.. (**20 litt.**).. <Ser.> Sulpicius (15) in ea oratio<ne quam habuit contra Messalam> pro Aufidia.

Multifa<cere antiqui dicebant sicut> magniface<re, item et> pa<rvifacere ; ut

---

MASCULINA ET FEMININA. melius] quam ' virilia et muliebria ', ut Varro (v. g. L. L 10, 30 : Virilia et muliebria et neutra).

MATRONIS AURUM REDDITUM. Cf. infra, s. v. Pilentis et Carpentis per Urbem Veh Matronis Concessum Est (282, 26 quod, cum aurum non reperiretur ex voto quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt). Cf. Liv. 5, 25 ; 6, 4 ; 5, 50 ; Plin. N. H. 33, 14.

Apolloni] Haec declinatio etiam infra (436, 33 parasiti Apollonis) apparet.

MAGISTRARE. Cf. supra, s. v. Magisterare (113, 11 moderari) ; infra, s. v. Magisteri (140, 24).

erare] incipit versum. Non potuit verbum magisterare inter duos versus dividi alite quam magi sterare aut magis terare. Potuit peierare.

MUTA. Cf. supra, s. vv. Mutas (126, 25), Mutae Litterae (136, 21).

MILLE. De constructione verborum ' mille est ' pro ' mille sunt ' disputat Gell. 1, 16 De orthographia ' mille ', ' milia ', Varr. L. L. 9. 82. Ni fallor, M. littera, nota numeralis es in codice. Mille igitur legendum, non Moene (cf. supra s. v. 128. 22, singulariter dixit Ennius.. « hostium pro moene »), quod ut legamus suadet sequens lemma Municas. di–] **vel** du-

MUNICAS. Cf. ps.– Plac. Moenicare: communicare ; dictum a moeniis, id est operibus

MANCIPATUS ET ADOPTATUS. **suppl. Huschke**, Iur Anteiu tin., p. 36. Etiam haec alie<na non est, adrogatoris fit filius> **et su. he.** ut p<atris naturalis. Haec ait Ser.> Sulp

Cato in ea quam <scripsit contra Q. Minucium Thermum de> X hominibus (3): Neque fidem neque iusiurandum> neque pud<icitiam multifac>it>.. (**13 litt.**).. **Id merito ab usu recessit quia** qua>ntitas <**nec desiderat multitudinem nec** contin>etur nu<mero>.

(Paul.) Multifacere dicitur sicut magnifacere et parvifacere. Cato : Neque fidem neque iusiurandum neque pudicitiam multifacit. Quod merito ab usu recessit quia quantitas numero non aestimatur nec desiderat multitudinem.

Magisteria dicuntur in omnibus> rebus qui ma<gis ceteris possunt, ut magisterium e>quitum ; et <magistros populi, item ludorum Apo>llinis dixe<runt **antiqui. quae nunc aliter** di<cuntur. velit (–lut) <ostendit **Cato** in oratione quam dix>it contra o<**rationem**>.. (**18 litt.**)..

(Paul.) Magisteria dicuntur in omnibus rebus qui magis ceteris possunt, ut magisterium equitum.

Maledi<ctores dicebantur ab antiquis quos> nos appellamus <maledicos. **Cato** (frag. dub. 2)> ..(**14 litt.**).. Hispania re.. (**23 litt.**)

(Paul.) Maledictores dicebantur ab antiquis qui nunc maledici.

Mihipte pro mihi ipsi Cato posuit>.. (**12 litt.**).. decuit talen.. (**27 litt.**).. versia atque.. (**27 litt.**).. entia item a **.

(Paul.) Mihipte Cato pro mihi ipsi posuit.

<Mansuetum **dicimus**. sed *mansuete m* Cato in epistola(2)<ad filium> .. (**18 litt.**) ..mansues ad **

(Paul.) Mansues pro mansuetus.

Meritaver>e saepe merue<re **dixit** Cato>.. (**10 litt.**)..<Po>enorum IIII Suf<fetes>.. (**15 litt.**).. nis cohortes, omnis ..(**25 litt.**).. averunt (–re ?).

(Paul.) Meritavere idem Cato ait pro meruere.

Magni<ficius pro magnificentius usurp>avit Cato in ea quam <scripsit de pascenda musta a<gna (3) : Quis homo.. (**20 litt.**).. l pulchrius purgat <aut magnificius ? Nunc magnifice>ntius dicimus, cum mag<nifice eius positivus sit.> At nepos eius in ea <quam scripsit>.. (**7 litt.**).. « tamen » ait « cum aedilis.. (**15 litt.**).. <Magnae Ma>tris ludos magni<ficentius>.. (**12 litt.**)..

(Paul.) Magnificius idem ipse pro magnificentius dixit. Et non frustra ; nam positivus eius magnifice est.

Munificior quoque <identidem Cato dixit> a munifice (–co), cum dicamus <nunc munificentior, quam>vis ‘ munificens ’ non sit <in usu> .. (**16 litt.**).. in ea quam scripsit id.. (**20 litt.**).. munificior q.. s.. (**26 litt.**)..

(Paul.) Munificior a munifico identidem Cato dixit, cum nunc muni-

---

MAGISTERIA. Cf. supra, s. v. Magisterare (113, 11 moderari ; unde magistri non solum doctores artium, sed etiam ... equitum dicuntur, quia omnes hi magis ceteris possunt). Cf. Varr. L. L. 5, 82.

MANSUETEM. Huc revoco Gloss. Ansil. (=Abol.) MA 685 Mansu<e>s : mansuetus. Suspicor ex hac glossa alteram prave esse fictam (MA 668 Mansa : mansueta), quamvis habeat Gloss. AA Mansa : masticata.

MERITAVERE. evocaverunt statim om<nis coh., omnis <etiam qui stipendia merit>-erunt **docti**.

MAGNIFICIUS. Cf. supra, s. v. Magnificissima (137, 9 dicebant antiqui pro magnificentissima ; re enim vera ‘ magnificens ’ dici non potest, unde magnificentissima videtur deduci).

aed.] <curulis esset. Magnae Ma>tris u gni<ficentius quam ali fecit> **docti**.

MUNIFICIOR. q.. s (**non** q.. o) **Abel**.

ficentior dicamus, quamvis munificens non sit in usu.

Mediocriculo usus est in ea quam dixit Cato in consulatu (12) : Ridibundum magistratum genere (ger–), pauculos homines, mediocriculum exercitum obvium (–am ?) duci.

(Paul.) Mediocriculus ipse qui supra posuit cum ait : Ridibundum magistratum, pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci.

Mutini Titini sacellum fuit in Veliis adversum murum Mustellinum in angi<portu>, de quo aris sublatis balnearia sunt <f>acta domus Cn.. D<omitii> Calvini, cum mansisset ab Urbe condita <ad pri>ncipatum Augusti <Caesaris **inviolatum religioseque**> et sancte cultum <fuisset, **ut ex Pontificum libris**> manifestum est, <**in quibus significatur fuisse ad sacrarium** s>extum et vicensimum dextra v<ia iuxta diver>ticulum.. (**9 litt.**).. ubi et colitur et <mulieres sacrificant> in e<o togis praetextis> v<e>la<tae>.

(Paul.) Mutini Titini sacellum Romae fuit, cui mulieres velatae togis praetextatis solebant sacrificare.

<*Matronae a magistra*>*tibus non summove*<*bantur*, ne pulsari contre>ctarive viderentur neve gra<vidae concuterentur. Ob> quam <etiam ca>usam ait Verrius <neque earum viros> sedentes cum uxoribus de essedo escen<dere (de– ?) coac>tos a magistratibus, quod communi vehiculo vehitur vir et uxor.

(Paul.) Matronae a magistratibus non summovebantur, ne pulsari contrectarique viderentur neve gravidae concuterentur. Sed nec viri earum sedentes cum uxoribus in vehiculo descendere cogebantur.

Minuitur populo luctus aedis dedicatione, cum censores lustrum condiderunt, cum votum publice susceptum solvitur ; privatis autem, cum liberi nati sunt, cum honos in familia<m> venit, cum parens aut liberi aut vir aut frater ab hoste captus domum redit, cum <puella> desponsa est, cum prop[r]iore quis cognatione quam is qui lugetur natus est, cum in casto Cereris est, omnique gratulatione.

(Paul.) Minuebatur populo luctus aedis dedicatione, cum a censoribus lustrum condebatur, cum votum publice susceptum solvebatur ; privatis autem, cum liberi nascerentur, cum honos in familia veniret, cum pater aut liberi aut vir aut frater ab hoste captus domum rediret, cum puella desponsaretur, cum propriore quis cognatione quam is qui lugeretur natus esset, cum in casto Cereris constitissent.

Maximae dignationis flamen Dialis est inter quindecim flamines, et cum cetera (–ri discrimina maiestatis suae habeant, minimi habetur Pomonalis quod Pomona levissimo fructui agrorum praesidet pomis.

MUTINI. –īn– ; cf. Lucil. 78 (moetino) et Marx ad loc. Cf. Herter (Rhein. Mus. 76, 418) Sed huc pertinere Fulg. Serm.14 (Varro in Pontificalibus ait tutulos sacerdotes dici breviun deorum, etc.) minime constat. Prorsus alienum videtur esse illud Tutanus — ab eo quoc est tutari — Varronis ap. Non. 47, 26. Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 43) Tut-**Thurneysen** (Rh. Mus. 77, 336).

MATRONAE. Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 44).

MINUITUR POPULO LUCTUS. casto] castu **Pascal** (Herm. 30, 548).

MAXIMAE DIGNATIONIS FLAMEN. Cf. infra, s. v. Ordo Sacerdotum (198, 29 aesti matur deorum ordine, ut deus maximus quisque ; maximus videtur Rex, dein Dialis... Re: quia potentissimus, Dialis quia universi mundi sacerdos, qui appellatur dium, etc.). Et vid supra ad Curiales Flamines (56, 7).

(Paul.) Maximae dignationis flamen Dialis est inter quindecim flamines et cum cetera discrimina maiestatis suae habeant, minimi habeatur Pomonalis quod Pomona levissimo fructui agrorum praesidet, id est pomis.

Mundus, ut ait Capito Ateius in lib. VI Pontificali (9), ter in anno patere solet diebus his : postridie Volkanalia et a. d. <III Non. Oct. et a. d.> VI Id. Nov. Qui quid ita dicatur sic refert Cato in Commentaris Iuris Civilis (1) : Mundo nomen inpositum est ab eo mundo qui supra nos est ; forma enim eius est est (ut) ex [h]is qui intravere cognoscere potui, adsimilis illae. Eius inferiorem partem, veluti consecratam Dis Manibus clausam omni tempore nisi [h]is diebus qui supra scripti sunt maiores c<ensuerunt habenda>m. Quos dies etiam religiosos iudicaverunt ea de causa quod, quo tempore ea quae occultae et abditae religionis Deorum Manium essent veluti in lucem quandam adducerentur et patefierent, nihil eo tempore in republica geri voluerunt. Itaque per eos dies non cum hoste manus conserebant, non exercitus scribebatur, non comitia habeba<ntur, non> aliud quicquam in republica, nisi quod ultima necessitas admonebat, administrabatur.

(Paul.) Mundum Gentiles ter in anno patere putabant diebus his : postridie Vulcanalia et ante diem tertium Nonas Octobris et ante diem sextum Idus Novembris. Inferiorem enim eius partem consecratam dis Manibus arbitrantes clausam omni tempore praeter hos dies qui supra scripti sunt. Quos dies etiam religiosos iudicaverunt ea de causa, quod his diebus ea quae occulta et abdita religionis Deorum Manium essent in lucem adducerentur et patefierent : nihil eo tempore in republica geri voluerunt. Itaque per hos dies non cum hoste manu conserebatur, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, non aliud quicquam in republica, nisi quod ultima necessitas exegisset, administrabatur.

Mos est <institutum pa>trium, id est memoria veterum, pertinens maxime ad religiones <caerim>oniasque antiquorum.

(Paul.) Mos est institutum patrium pertinens maxime ad religiones caerimoniasque antiquorum.

(Macrob.) Iulius Festus de Verborum Significationibus libro tertio decimo : Mos est institutum patrium pertinens ad religiones caerimoniasque maiorum.

Milium quidam putant cepisse nomen maxima<e> nummarum (numerorum) summa<e>, quae est mille. Quod alii Graecae stirpis iudicant esse, cum id illi κέγχρον vocent, — tam hercules quam panicum μελίνην.

Municipalia sacra vocantur quae ab initio

MUNDUS. Cf. supra, s. v. (126, 5.. qui ter in anno solet patere : VIIII Kal. Sept et III Non. Octobr. et VI Id. Novembr.). | Volkanalia] a. d. X Kal. Sept. Cf. Varr. ap. Macrob. 1, 16, 18 : Mundus cum patet, deorum tristium atque inferum quasi ianua patet ; propterea non modo proelium committi verum etiam dilectum rei militaris causa habere ac militem proficisci, navim solvere, uxorem liberum quaerendorum gratia ducere religiosum est.

MOS. Macrob. Sat. 3, 8, 9. Coniunge cum 364, 34 Ritus, Receptus Mos, Religiosi.

MILIUM. Cf. Isid. Etym. 17, 3, 12 : Milium a multitudine fructus vocatum. alii] Varro L. L. 5, 106 : Milium a Graeco ; nam id μελίνη. | tam herc .. μελ.] Festo adscribit Reitzenstein (Verrianische Forschungen 106).

MUNICIPALIA SACRA. Coniunge cum Publica Sacra (284, 19). Cf. supra, s. v. Municeps (126, 20).

habuerunt ante civitatem Romanam acceptam. Quae observare eos voluerunt pontifices et eo more facere quo adfuissent (adsuessent) antiquitus.

(Paul.) Municipalia sacra vocabantur quae ante Urbem cónditam colebantur.

Minora templa fiunt ab auguribus cum loca aliqua tabulis aut linteis sepiuntur, ne uno amplius ostio pateant, certis verbis definita. Itaque *templum* est locus ita effatus aut ita septus ut ex una parte pateat angulosque adfixos habeat ad terram.

Manalis fons appellatur ab auguribus puteus perennis, neque tamen spiciendus videtur, quia flumen id spiciatur quod sua sponte in amnem influat.

Manes Di ab auguribus invocantur quod. i per omnia aetheria terrenaque ma<nare **credantur**. Idem di su>peri atque inferi <**dicebantur**> .. (**12 litt.**).. augures quod sanctis ..(**20 litt**.).. minis.

(Paul.) Manes Di ab auguribus vocabantur quod eos per omnia manare credebant, eosque deos superos atque inferos dicebant.

Ma–.. (**30 litt.**).. r. p. public.. (**26 litt.**).. ra imperi ..(**26 litt.**)..sae consensu.. (**26 litt.**). populi comit..(**26 litt.**).. ut capere eam. (**26 litt.**).. cer<t>ove ex .. (**29 litt.**). at tempus ad mi.. (**9 litt.**)..

<*Monstra* dicuntur na>turae modum e<gredientia, ut serpens cum pedibus>, avis cum quat <tuor alis, homo cum duo bus capitibus>, iecur cum dist <abuit i coquendo>.

(Paul.) Monstra dicuntur naturae mo dum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quattuor ali homo duobus capitibus, iecur cum distabuit in coquendo.

<*Muta exta*> dicuntur quibus non ..(**25 litt.** responsi ..(**24 litt.**).. <*Ad*>*iutoria* quae (**22 litt.**).. <indi>cant aut ab in<ce dio ut caveamus aut> a veneno taliq <re certum aliquod manifestumque instare periculum< ; item quae r portendunt> finium deminution<em

(Paul.) Muta exta appellabant ex qu bus nil divinationis animadvert bant.

<*Minora* itemque *ma*>*iora auspicia* qu d<icantur docet Messala (1) ; nam

---

TEMPLUM. Cf. supra, s. v. Contemplari (34, 9 dictum est a templo, id est loco qui omni parte aspici vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabar Cf. Varr. L. L. 7, 8 sqq.

MANALIS FONS. Cf. supra, s. v. Manalem Fontem (115, 4 dici pro eo quod aqua ex semper manet).

MANES DI. Cf. supra, s. vv. Manare (115, 1), Manias (115, 16.. Manes deos deas quod aut ab inferis ad superos emanant aut, etc.). **An** <quos supplicant> aug. quod san s<int venerabilisque no>minis ?

MONSTRA. Hinc Gloss. AA (=Abol.) Monstrum : quod absque natura nascitur, ut a cum quattuor alis.

Cf. infra, s. v. Portenta Rerum (284, 30) et in parte ii O-capituli, s. v. Ostenta ; supra, Monstrum (122, 7).

MUTA EXTA. adiut.] Cf. Caecinna ap. Senecam Nat. 2. 49, 1 ; Monitoria fulgura, bus docetur quid cavendum sit ; .. auxiliaria, quae invocata, sed advocantium bono niunt.

Cf. infra, s. v. Regalia Exta (366, 14 appellantur quae potentibus insperatum hono pollicentur, privatis et humilioribus hereditates, filio familiae dominationem).||quibu que divinationis aliquid neque deorum > responsi <inesse animadvertunt ; contra ad> quae <certum aliquid eventurum indi>cant **docti**.

MINORA ET MAIORA AUSPICIA. Vide supra ad Caelestia Auguria (56, 16). Cf. M

maiora consulum praet<orum censorum dici ait ; re>liquorum minora ; cum illi <maiores, hi autem mino>res magistratus dici <consueverint>.

Men>sae in aedibus sacris ara<rum vicem obtinent quia> legibus earum omnium s.. (**18 litt.**).. ut velut in aram vel in .. (**19 litt.**).. vati quoque in primis.. (**21 litt.**).. ubi sacras habituri s<int **men sas**>.. (**10 litt.**).. parentatio non sacrifi.. (**18 litt.**).. magno or.. (**30 litt.**).. a me... a tenebat (?) aram.

(Paul.) Mensae in aedibus sacris ararum vicem optinebant.

<...> **s stetit pro regno.. (**22 litt.**).. Veranius in libro .. (**7 litt.**).. <de Verbis Ponti-fi>cum (14), quod ei summae.. (**27** litt.).. causam Grae.. (**30 litt.**).. eo autem non**.

<Mutas et sem>ivocales <antiqui non duplicabant in sc>ribendo, aut.. (**24 litt.**).. <scrip>sisse in eo.. (**25 litt.**).. duplicata <s>it **.

<Manu mitti dicitur> ser. (servus) sacrorum <causa cum dominus eius tenens m>odo caput, <modo membrum aliud eiusdem servi ita> dicit : Hunc <hominem liberum esse volo, ac>pro eo auri [C]X <puri probi profani mei solvam si>usquam digre<**diatur** a sacris **cum fuerit** iuris> sui. Dum his ser<vum>.. (**12 litt.**).. <e manu homi>nem liberum mit<tit>.

(Paul.) Manu mitti servus dicebatur cum dominus eius, aut caput eiusdem servi aut aliud membrum tenens dicebat « hunc hominem liberum esse volo », et emittebat eum e manu.

<*Moscillis*>.. (**7 litt.**).. <par>vis qui (que ?) moribus dixit <Cato>.. (**21 litt.**)..

(Paul.) Moscillis Cato pro parvis moribus dixit.

Migrare mensa <quae loco sacro esset d<isque templi posita <inauspicatum apud antiquos habeba>tur cum sequitur sua.. (**9 litt.**).. <*Mensas* aiunt q>uidam fuisse in tri<viis poni solitas quae sint *triv*>*iales* appellatae.

<Messala> de Auspiciis I (ap Gell. 13, 15) : Patriciorum auspicia in duas sunt divisa potestates ; maxima sunt consulum praetorum censorum ... reliquorum magistratuum minora sunt auspicia ; ideo illi ' minores ', hi ' maiores ' magistratus appellantur. Aliter Serv. auct. Aen. 3, 74.

MENSAE. Vide supra ad Curiales Mensae (56, 21). s<imul mensae dedicantur> **docti**. <...a>vati qu. in pr. <salina et patellas apponunt> **docti**. <in quibus> par. non sacrifi-<cium fieri possit> **docti**.

<?> Si tibi Muelleriana (cf. Gell. 1, 16) placent supplementa, haec habe :< « Mille urbium primus> stetit pro reg. » <dixisse ait..> Ver... sum. <antiquitatis esse videtur ; eius> cau. Grae<cus sermo dedisse, χιλιάς πόλεων> eo au. non <amplius uti Latinos>.

MUTAS. Cf. infra, s. v. Solitaurilia (374, 3 si a sollo et tauris earum hostiarum ductum est nomen antiquae consuetudinis, per unum L enuntiari non est mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo ; quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, utpote Graecus Graeco more usus, quod illi aeque scribentes ac legentes duplicabant mutas semivocales et liquidas>).

...a aut <siquid duplicare vellent, scrip>sisse in eo <dicuntur sicilicum, qua nota> dup. sit littera> ? Cf. Isid. Etym 1, 27, 29 : Sic et ubi litterae consonantes geminabantur, sicilicum superponebant ut cel'a ter'a as eres ; veteres enim non duplicabant litteras sed supra sicilicos adponebant, qua nota admonebatur lector geminandam esse litteram.

MANU MITTI. dicit hunc **cod. teste Momms** : edicite hunc **cod. teste Urs.** tum is servum circumagit et e manu homi>nem **docti** (cf. infra, s. v. Puri Probi Profani Sui Auri (29) 31 dicitur in manumissione servorum sacrorum causa).

MIGRARE MENSA. cum sequatur <sua> migrantem poena> **docti**.

<*Mente captus* dicitur cum mens> ex hominis potestate <abit ; et idem appellatur *de*>*mens* [qui] quod de sua <mente decesserit, et *amens* quod> a mente [mente] abierit.

(Paul.) Mente captus dicitur cum mens ex hominis potestate abit ; et idem demens, quod de sua mente decesserit, et amens, quod a mente abierit.

<*Manare solem*> .. (**6 litt.**).. <s>olitos esse antiquos <dicere ait Verrius> cum solis orientis radi <splendorem iacere coep>issent, atque ideo primum <diei tempus *mane* dictum ; quam> vis magis addicitur (–du–) <ut credat a *mano* bono man>e, id est a maturo, quod id <bonum est quod maturum est> ; unde et *Matutam* di.. (**21 litt.**).. is.

(Paul.) Manare solem dicebant antiqui cum solis orientis radii splendorem iacere coepissent ; a quo et dictum putabant mane. Alii dictum mane putant ab eo quod manum bonum dicebant.

Mamertini appel<lati sunt ha>c de causa : cum [de]toto Samnio gravis incidisset pestilentia, Sthennius Mettius eius gentis princeps convocata civium suorum contione exposuit se vidisse in quiete praecipientem Apollinem ut, si vellent eo malo liberari, *ver sacrum* voverent, id est quaecumque vere proximo nata essent immolaturos sibi. Quo facto levatis post annum vicensimum deinde eiusdem generis incessit pestilentia. Ru<r>sum itaq consultus Apollo respondit non esse pe solutum ab his votum, quod homin immolati non essent ; quos si expulisse certe fore ut ea clade liberarentur. It que i iussi patria decedere, cum in pa ea Si<ciliae> consedissent quae <nun Tauricana dicitur, forte <labo>rantil bello no<v>o Messane<n>sibus auxi venerunt ultro eosque a<b eo> liberan provinciales. Quod ob <me>ritum eor ut gratiam referrent, et in suum cor communionemque agrorum invitar eos, et nomen acceperunt unum ut di rentur Mamertini, quod coniectis in s tem duodecim deorum nominibus M *mers* forte exierat, qui lingua Oscor Mars significatur. Cuius historiae au est Alfius libro primo Belli Carthagini sis.

Murrata potione usos antiquos indicio quod etiam nunc aediles per suppl tiones dis addunt ad pulvinaria, et q XII tabulis (10,6) cavetur ne mortuo datur, ut ait Varro in Antiquitatum li

(Paul.) Murrata potione usi sunt a qui, sed postea adsuerunt mur dis suis libare ; ideoque XII ta lis est cautum ne mortuo indere

Muger dici solet a castrensium (–si hominibus, quasi muccosus, is qui li male ludit.

(Paul.) Muger muccosus.

Muri<*es*> est, quemadmodum Veraniu docet, ea quae fit ex sali sordido in

---

MANE. Cf. supra, s. v. (112, 24) ; infra, s. v. Mater Matuta (154, 10 Manis, mane.. d ae videntur, ut ait Verrius, quia sint bona, qualia scilicet sint quae sunt matura).

MANO. Cf. supra, s. v. Manuos (132,3).

MATUTAM. Cf. supra, s. v. Matrem Matutam (109, 4). **An** di<ci Matrem et malos ma n>is ? Cf. Non. 66, 8 : Manum dicitur clarum ; unde etiam mane post tenebras nocti lu pars prima ; inde Matuta quae Graece Λευκοθέα ; nam inde volunt etiam deos Manes nes appellari, id est bonos.. inde inmanes, non boni, ut saepe.

MAMERTINI. Cf. Strabo VI p. 268. ‖Alfius] cf. Cichorius (Roem. Stud. 58).

VER SACRUM. Cf. infra, s. v. (519, 31).

MAMERS. Cf. supra, s. v. (117, 23).

MURRATA POTIONE. Cf. supra, s. v. Murrinam (130, 4).

MURIES. Cf. Varr. (ap. Non. 223, 17 Sale, neutro gen.) : In commentario veteri ab

pisato et in ollam fictilem coniecto ibique operto gypsatoque et in furno percocto ; qui Virgines Vestales serra ferrea secto et in seriam coniecto, quae est intus in aede Vestae in penu exteriore, aquam iugem vel quamlibet praeterquam quae per fistulas venit addent (-unt) atque ea demum in sacrificiis utuntur.

(Paul). Muries dicebatur sal in pila tunsum et in ollam fictilem coniectum et in furno percoctum, quo dehinc in aquam misso Vestales Virgines utebantur in sacrificio.

Mortuae pecudis corio calceos aut soleas fieri Flaminicis nefas habetur, sed aut occisae alioqui aut inmolatae, quoniam sua morte extincta omnia funesta sunt.

(Paul.) Mortuae pecudis corio calceos fieri flaminibus nefas habebatur, quoniam sua morte extincta omnia funesta aestimabantur.

Me pro mihi dicebant antiqui, ut Ennius ...um ait lib. II (125) :

si quid me fuerit humanitus, ut teneatis,

et Lucilius (1227) :

nunc ad te redeo ut quae res me impendet agatur.

(Paul.) Me pro mihi dicebant antiqui.

...norum pontificum maximus dicitur qui primus in id collegium venit ; item minimus, qui novissimus.

Malevoli Mercurii signum erat proxime ...anum qui item (qua iter ?) erat in Tur...ellis M. . . os, ... l c.. (**14 litt.**)..] appellatur. Malevoli autem quod in nullius tabernam spectabat.

Malluvium latum " in commentario sacrorum significat manus qui lavet. A quo *malluviae* dicuntur quibus manus sunt lautae, perinde ut quibus pedes *pelluviae*.

(Paul.) Malluvium dicitur quo manus lavantur. Malluviae, quibus manus sunt lotae ; pelluviae, quibus pedes.

Maximum praetorem dici putant ali eum qui maximi imperi sit ; ali, qui [a] aetatis maximae. Pro collegio quidem augurum decretum est, quod in salutis augurio praetores maiores et minores appellantur non ad aetatem, sed ad vim imperii pertinere.

Mortis causa stipulatio existimatur fieri, ut ait Antistius Labeo (30), quae ita fit ut morte promissoris confirmetur aut, ut quidam dixerunt, cuius stipulationis mors fuit causa.

Marspedis, sive sine R littera *Maspedis* in precatione solitaurilium quod (quid) significet ne Messalla quidem augur in explanatione auguriorum(9)reperire se potuisse ait.

Maiorem consulem L. Caesar (Auspic. 4) putat dici vel eum penes quem fasces sint vel eum qui prior factus sit ; *praetorem* autem *maiorem* urbanum, minores ceteros.

(Paul.) Maior consul dicitur vel is penes quem fasces sunt vel is qui prior factus est. Praetor autem maior urbanus, minores ceteri.

Mend<icum dici Verrius putat a mente> eius quam fef<ellerit fortuna, vel quod precetur quemque>ut vitae su<ae medeatur cibo>.

(Paul.) Mendicum dici Verrius putat

...toris legi « muries fit ex sale, quod sale sordidum pistum est et in ollam rudem fictilem ...ectum est » ; et postea « id sale Virgines Vestales serra ferrea secant ».

MORTUAE PECUDIS. Vide supra ad Flamen Dialis (77, 28). Cf. Serv. auct. Aen. 4, ... : Sane Flaminicae non licebat neque calceos neque soleas morticinas habere : morti...ae autem dicuntur quae de pecudibus sua sponte mortuis fiebant, etc.

ME PRO MIHI. Immo abl., acc. pro dat.

...ELLUVIAE. Cf. infra, s. v. (225, 12 quibus pedes lavantur, ut malluviae quibus manus) ; ... Polubrum (286, 28).

MAXIMUM PRAETOREM. salut. aug.] cf. Blumenthal (Herm. 49, 246).

a mente eius quam fefellerit fortuna vel quod precetur quemque ut vitae suae medeatur cibo.

<(Paul.) *Municipium* id genus hominum dicitur qui cum Romam venissent neque cives Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus, praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo ; sicut fuerunt Fundani Formiani Cumani Acerrani Lanuvini Tusculani, qui post aliquot annos cives Romani effecti sunt. Alio modo, cum id genus hominum definitur quorum civitas universa in civitatem Romanam venit, ut Aricini Caerites Anagnini. Tertio, cum id genus hominum definitur qui ad civitatem Romanam ita venerunt uti municipia essent sua cuiusque civitatis et coloniae, ut Tiburtes Praenestini Pisani Urbinates Nolani Bononienses Placentini Nepesini Sutrini Lucrenses (Locr–).>

<*Mater Matuta,*> *Manis,* <*mane, matrimonium, materfamilias,*> *matertera,* <*matrices, materiae* dictae videntur,> ut ait Ve<rrius, quia sint bona, qualia scilicet> sint quae <sunt matura. **Ego** potius a matre,> quae est ori<ginis Graecae>.. (**15 litt.**)..

(Paul.) Mater Matuta, Manis, mane, matrimonium, materfamiliae, matertera, matrices, materiae dictae videntur, ut ait Verrius, quia sint bona, qualia scilicet sint quae sunt matura ; vel potius a matre, quae est originis Graecae.

<*Modo*> quodam, id<est ratione, dicuntu omnia ista : a modo> fit *commodi<tas commodus, commodat, accommo>dat, mo di<ce, modestia, moderatio, modi>ficatio*

(Paul.) Modo quodam, id est ratione dicuntur omnia ista : modo fi commoditas, commodus, commodat, accommodat, modice, modestia, moderatio, modificatio.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. Philox. MA 36) *Malatus* : στυγνὸ ἀρχαίως.

? (Gloss. Abba) *Messala* : agricola, messo

(Gloss. Philox. MU 55) *Mussiat* : διακρίν (δακρύει ?) βρέφος.

(Gloss. Philox. MU 56) *Muttonium* : προβα χάνιον Λουκίλ[λ]ιος (959.)

N

I. Ex codice Festi.

N[a]enia est <carmen quod in funere la dandi> gratia can<tatur ad tibias fides. Unde Afra>nius in Materte<ris (218) :

.. (**20 litt.**).. <exse>quias eant.

MATER MATUTA. Cf. supra, s. v. (109, 4).

MUNICIPIUM. Haec Festus utrum hic posuerit an alibi non liquet. Cf. supra, s. v. M niceps (126, 20).

MUSSIAT. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. 13, 171).

MUTTONIUM. Cf. Porphyr. Sat. 1, 2, 68.

NENIA. credi–] **vel** credu–. ‖naen. esto] **vel** naenia m<a>esto.

Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. NE 17, 28 Nenias : delerament a ed proprie nenia carmen fu bre ; Gloss. Philox. NA 7, NE 32 Naenia : ἀτοπία, ἐπιτάφιος ᾠδή. Incertae originis est Glo Ansil. NE 292 Neniae : novissima cantica quae ad mortuum dicuntur. Sed huc certe re Gloss. Ansil. (=Abol.) NE 435 Nete : chordarum ultima. Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. IV (Non. 145, 26) : Ibi a muliere quae optuma voce esset perquam laudari ; dein neniam cant solitam ad tibias et fides ; Diomed. p. 485, 5 K. : Apud Romanos autem id carmen qu cum lamentatione extremum atque ultimum mortuo accinitur παρὰ τὸ νείατον, id ἔσχατον ; unde et in chordis extremus nervus appellatus est νήτη.

Sunt qui eo verbo finem sig-nificari credi**derunt**, ut ait Plautus in Pseu-dolo> (1278) :

abi (ubi) ergo <circumvortor, cado ; id
fuit naenia ludo> ;

idem (Truc. 213) :

huic hom-ini amanti mea era apud vos
naeniam> dixit domi.

Et ap.. **(24 litt.)**.. <« nae>niam esto ». Quosdam <**constat inde ducere verbum**> quod ei voci sim<ilior querimonia flentium> sit. Quidam aiunt nae<niae ductum nomen ab extre>mi intestini voca<bulo>.. **(19 litt.)**.. nio utitur Plautus <in Bacchidibus> (887) :

si tibi est ma-chaera, at nobis
<veruina est domi,
qua quidem>te reddam, u<bi tu me
irritaveris,
confossio>rem soricina nenia.

<**Et cum nimis laudemus mortuum quan**>-do efferim<us eu>m, <**deleramenta naenias dicimus**>. Graeci νέατον dic<unt extremum|; **est quoque** chor>da-**rum ultima** <νήτη>.. **(11 litt.)**.. <vocem extre>mam cantionis neni<am appellarunt>.

(Paul.) Nenia est carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo finem significari putant. Quidam volunt neniam ideo dici quod voci similior querimonia flentium sit. Quidam aiunt neniae ductum nomen ab extremi intestini vocabulo ; Graeci enim νέατον extremum dicunt ; sive quod cordarum ultima νήτη dicitur, extremam cantionis vocem neniam appellarunt.

<*Neniae deae sacellum* ultra portam Viminalem>.. **(27 litt.)**.. <dedicavi>t aediculam.

(Paul.) Neniae deae sacellum extra portam Viminalem fuerat dedicatum.

<*Navali corona* solet donari qui pri>mus in hostium <navem armatus transilierit cuiusve opera ma nuve navis hostium capta fuerit. Adeptus> est eam M. <Terentius Varro bello piratico dant>e Cn. Pom<peio. Primus eam accepit C.> Atilius bel<lo Punico primo, ut a Naevio narra>tum est in car<mine Belli Punici> (37) .. **(12 litt.)**.. <c>onsuetudi.. **(25 litt.)**.. <no>minabantur **.

(Paul.) Navali corona solet donari qui primus in hostium navem armatus transilierit.

Pro nulla <re *necullam* rem, pro non eunt *nec eu>nt*, ut nec-**opinum** dixerunt. Ita *nefrendes* ait Q. Muci>us Scaevola (16) <esse arietes,quod dentibus frendere non pos>sint ; Ateius <Capito (26) infantes esse nondum *fre>ndentes*, id est <fran-

---

NENIAE DEAE. Cf. Arnob. adv. Nat. 4, 7 : In tutela sunt Naeniae quibus extrema sunt tempora.

NAVALI CORONA. Cur in serie NE est ? Supplevit Cichorius (Roem. Stud. 33), qui novo lemmati ea quae sequuntur ascribit. Ex Verrione hausit Gellius 5, 6 : Navalis corona est qua donari solet maritimo proelio qui primus in hostium navem vi armatus transiluit ; ea quasi navium rostris insignita est ; et muralis autem et castrensis et navalis fieri ex auro solent ?

NEC. Cf. infra, s. v. (158, 30 positam esse ab antiquis pro non, etc.). Nec op.] cf. Gloss. Abol. NE 36 Nec opinum : non expectatum, id est contra opinionem.

NEFRENDES. Hincine Gloss. AA (= Abol.) Nefrendes : infantes sine dentes ? Cf. Isid. Etym. 20, 16, 1 : Unde et nefrendes dicti adhuc lactantes porculi quod nondum aliquid frendant, id est comminuant dentibus ; Terent. Scau. p. 12, 3 K. : Nefrendes porcos qui sunt sine dentibus ; Varr. R. R. 2, 4, 17. Amisso nomine lactantes dicuntur nefrendes ab eo quod nondum fabam frendere possunt, id est frangere (de porcis dicit).

FRENDENTES. Cf. supra, s. v. Frendere (81, 8 est frangere).

gentes. Unde Livius dixi>t (trag. 38) :

quem ego non <frendem alui lacteam inmulgen>s opem ;

et < « nefrendes porci ». At tamen> prae (pro ?) nefrendibus <alii *nefrundines* intellegunt, quos> usus recens <dicit vel renes vel testicul>os, quos Lanu<vini appellant *nebrundine*>*s*, Graeci νεφρο<ύς, Praenestini *nefrones*. Ita *ne*>*cerim* (?) nec eum.

(Paul.) Nefrendes arietes dixerunt quod dentibus frendere non possint. Alii dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes, id est frangentes. Livius « Quem ego nefrendem alui lacteam inmulgens opem ». Sunt qui nefrendes testiculos dici putent, quos Lanuvini appellant nebrundines, Graeci νεφρούς, Praenestini nefrones. Nec eunt non eunt. Nec erim nec eum.

<*Nemora* significant silv>as amoenas ; va<let enim id quod Graece νέμος, cuius voc>abuli auctor Ho<merus cum dicit in Iliade> (11, 480) :

ἐν νέμεϊ σκιε<ρῷ ἐπί τε λῖν ἔμβαλε δαί>μων,

dubium non<est quin eum designet locu>m qui campos et pascua <habeat. Νέμος enim a Graecis διὰ>τὸ νομὰς εἶναι ἐν αὐ<τῷ> .. (**18 litt.**)..

(Paul) Nemora significant silvas amoenas.

<*N*>*emut* nisi etiam vel <nempe. Naevius in carmine Bell>i Punici cum ait (58) :

nemut.. (**20 litt.**).. aerumnas.

(Paul.) Nemut nisi etiam vel nempe.

Neminis <genetivo casu Cato usus est> : Et quis diceret, cum sit <neminis ? Idem de aedilibus> vitio creatis (2) : Neminisque.. (**12 litt.**).. <Enni>us Erectheo (130) :

lapideo sunt corde multi quos non miseret neminis.

(Paul.) Neminis genetivo casu Cato usus est cum dixit : Sunt multi corde quos non miseret neminis (!).

Nemo compositum videtur ex ne et homo, quod confirmatur magis quia in persona semper ponitur nec pluraliter formari solet, quia intellegitur pro nullo.

(Paul.) Nemo nec homo.

Neci datus proprie dicitur qui sine vulnere interfectus est, ut veneno aut fame.

(Paul.) Neci datus proprie dicitur qui sine vulnere interfectus est, ut veneno aut fame.

Necessarium ait esse Opillus Aurelius in quo non sit cessandum, aut sine quo vivi non possit, aut sine quo non bene vivatur, aut quod non possit prohibere (–ri ?) quin fiat.

(Paul.) Necessarium in quo non sit cessandum.

Necessari sunt, ut Gallus Aelius ait (8), qui aut cognati aut adfines sunt, in quos necessaria officia conferuntur praeter caeteros.

(Paul.) Necessarii dicuntur cognati aut adfines, in quos necessaria officia conferuntur.

Neclegens dictus est non legens neque dilectum habens quid facere debeat, omissa ratione officii sui.

(Paul.) Neclegens non legens neque electum habens quid debeat facere.

Nec coniunctionem grammatici fere dicunt esse disiunctivam, ut ' nec legit nec scri-

---

NEFRUNDINES. Cf. infra, s. v. Rienes (342, 36 quos nunc vocamus antiqui nefrundines appellabant, quia Graeci νεφρούς eos vocant).

NEMINIS. I nunc, credule, Paulo fidem da et Catonem fabulam iambicis senariis scripsisse adfirma.

NECI DATUS. Cf. infra, s. vv. Necem (184, 28) ; Occisum a Necato Distingui (190, 6... alterum a caedendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu).

NECESSARIUM. scil. quasi (i) ne– cess–, (ii) nec– ess– !

NEC. adorat] Cf. supra, s. v. Adorare (17, 26 apud antiquos significabat agere).

bit ' ; cum, si diligentius inspiciatur, ut fecit Sinnius Capito, intellegi possit eam positam esse ab antiquis pro non, ut et in XII est (5, 7) : Ast ei custos nec escit. Item (8, 16) : Si adorat furto quod nec manifestum erit. Et apud Plautum in Phasmate (Most. 240) :

nec recte si illi dixeris ;

et Turpilium in Demetrio (24) :

nec recte dici mihi quae iam dudum audio.

(Paul.) Nec coniunctio disiunctiva est, ut ' nec legit nec scribit '. Ponitur et pro non. Turpilius « nec recte dici mihi iam dudum audio ».

Necumquem nec umquam quemquam.

(Paul.) Necumquem ne umquam quemquam.

Nequalia detrimenta. ? <*Nequam* qui ne tanti quidem est quam quod habetur minimi.>

(Paul.) Nequalia detrimenta.

Nequam qui ne tanti quidem est quam quod habetur minimi.

Nequinont pro nequeunt, ut *solinunt ferinunt* pro solent (?) et feriunt, dicebant antiqui. Livius in Odissia (13) :

partim errant, nequinunt (–nont) Graeciam redire.

(Paul.) Nequinont nequeunt.

Nequitum et *nequitur* pro non posse dicebant, ut Pacuvius cum ait (390) :

sed cum contendi nequitum ut (vi ?), clam tendenda est plaga ;

Plautus in Satyrione (112) :

retrahi nequitur quoquo progressa est semel ;

et Cato Originum lib. I (23) : Fana in eo loco conpluria fuere ; ea exauguravit, praeterquam quod Termino fanum fuit ; id nequitum exaugurari.

(Paul.) Nequitum et nequitur pro non posse dixerunt.

Nequiquam significare idem quod frustra plurimis auctorum exemplis manifestum est.

(Paul.) Nequiquam frustra.

Nectere ligare significat, et est apud plurumos auctores frequens ; quin etiam in commentario sacrorum usurpatur hoc modo « pontifex minor ex stramentis *napuras* nectito », id est funiculos facito quibus sues adnectantur.

(Paul.) Nectere ligare.

Nectar Graece significat deorum potionem. Unde Vergilius ait (Aen. 1, 433) :

stipant, et dulci distendunt nectare cellas,

item Lucretius lib. II (847) :

et nardi florem, nectar qui naribus halet.

(Paul.) Nectar Graece significat deorum potionem.

Non pridem aeque et recte et frequenter dicitur ac iampridem, quampridem.

" *Nequam aurum est auris quod vi [s] vehementius ambit.* " Hoc versu Lucilium (1220) significare ait Sinnius Capito nequam esse aurum quod auris laedat

---

NEQUAM. post Ningulus (184, 17) **Paul**. Hincine Gloss. corrupt. Abol. NE 37 quam sic tituo, Nequam : malus, Nequissimus : pessimus, Nequitia : malitia, Nequiter : male ?

NEQUINONT. Hinc Gloss. Abol. NE 22 Nequinunt : pro nequeunt ut solinunt prosent ; nequinunt Graeciam redire. [solent]. Rectius, ut videtur, infra, s. v. Solino (476, 25 ssalla ait esse consulo). De his formis (3 plur. praes. ind.) vide supra, ad Explenunt (70, 3 plent).

NEQUITUM. ut] **malim** sit vi. Nam nequitum veri similius est quam nequītum. (Ter. c. 572 iamb. octon. ; Acc. trag. 663 anap. octonar.).

NAPURAS. Cf. infra, s. v. « Napuras Nectito » (168, 26 cum dixit pontifex, funiculi ex s amentis fiunt).

NECTAR. Cf. supra, s. v. Murrinam (130, 4). Hinc Gloss. Abol. NE 41 Nectar : potio c rum.

NON PRIDEM. Cur in serie NE est ?

vel pondere inaurium, cum mollissima pars auris inciditur ; vel ex auro intellegi pecuniam, cuius respectu et nimia cupiditate homines ad peccandum adduci.

(Paul.) « Nequam aurum est, auris quodvis vehementius ambit. » Hoc versu Lucilius significare videtur nequam esse aurum quod aures laedat pondere inaurium, cum auris inciditur ; vel etiam cupiditatem pecuniae voluit significare.

Nec mulieri nec gremio credi oportere proverbium est, quod et illa incerti et levis animi est, et plerumque in gremio posita, cum in oblivionem venerunt exsurgentium, procidunt.

Nexum est, ut ait Gallus Aelius (9), quodcumque per aes et libram geritur, id quod *necti* dicitur. Quo in genere sunt haec : testamenti factio, nexi dando (datio), nexi liberanto (–atio).

Nervum appellamus etiam ferreum vinculum quo pedes inpediuntur, quamquam Plautus eo etiam cervices vinciri ait (inc. fr. 32) :

perfidiose captus edepol nervo cervices probat (?).

(Paul.) Nervum appellamus etiam ferreum vinculum quo pedes vel etiam cervices inpediuntur.

Nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia quae per nexum obligatur.

Negumate in carmine Cn. Marci vatis significat negate cum ait (3) :

quamvis moventium (no–) duonum negumate.

(Paul.) Negumate negate.

Negritu in auguris significat (–atur ?) aegritudo.

Nebulo dictus est, ut ait Aelius Stilo, qui non pluris est quam nebula, aut qui non facile perspici possit qualis sit, nequam nugator.

(Paul.) Nebulo dictus est qui non pluris est quam nebula, aut qui non facile perspici possit qualis sit, nequam nugator.

Negibundum a<ntiqui pro negante dixerunt. Cato in>ea quam scripsit.. **(23 litt.)**.. « negibundus.. **(27 litt.)**...

(Paul.) Negibundum pro negante dixerunt.

Ne utiquam pro <nullo modo dici testis est Ennius> cum ait (trag. 32) :

sed <mihi ne utiquam cor consentit cum ocu>lorum aspect<u>.

.. **(24 litt.)**.. « ne utiquam **

(Paul.) Neutiquam pro nullo modo.

<*Nepotes* dicti aut quia scorpius a> Tuscis dicitur <*nepa* ; aut ideo luxuriosae vitae> homines a<ppellati quod non magis his res> sua famil<iaris curae est quam is quibus pater avusque>vivunt ; quod <nomen ductum ab eo quod natus post patri> sit quam fil<ius. Quidam, inter

---

NEXUM. Cf. infra, s. v. Nexum Aes (162, 4). Cf. Varr. L. L. 7, 105: In Colace (Plaut. fr. iv) « nexum Manilius scribit omne quod per libram et aes geritur, in quo sint mancipia ; Mucius quae per aes et libram fiant ut oblige[n]tur praeter quom principio de<n>tur ; hoc verius esse ipsum verbum ostendit de quo quaerit ; nam id aes quod obligatur per libram neque suum fit, inde nexum dictum : liber qui suas operas in servitutem pro pecunia quam debebat, dum solveret, nexus vocatur, ut ab aere obaeratus ; hoc C. Poetelio Libone Visolo dictatore sublatum ne fieret, et omnes qui bonam copiam iurarunt ne essent nexi dissoluti.

NEXUM AES. An ante Nervum transponend. ?

NEGUMATE. Novent. duon.] i. e. nuntium bonum.

NEGRITU. ‘ quasi nec ritu ’ **Mueller. An** sig. nigritudo?

NEGIBUNDUM. An ex ‘ negabundum ’, ut calefactum ex calēfactum ?

NEPOTES. Cf. infra, s. v. Nepa (Afrorum lingua sidus quod dicitur nostris Cancer vel ut quidam, Scorpios).

quos Aristarchus interpretes Homeri. Graecum putant qui τεοῖσι νε ποδέσσιν ἑτοίμη afferunt ex Apollonio (Arg. 4, 1745).

(Paul.) Nepotes luxuriosae vitae homines appellati quod non magis his rei suae familiaris cura est quam is quibus pater avusque vivunt. Nepos compositum ab eo quod natus post sit patri quam filius.

<*Nefas*>*ti dies* nominantur N littera notati ; quibus eis caput quem lege agitur fari non licet tria verba ' do dico> addico '. N. P. <qui nefasti poste>riores sunt, q<uibus>.. (**21 litt.**).. liberati sunt.. (**25 litt.**).. unt et in provin<cias ire licet ; sacra quoque> instituta fiunt <et vota nuncupata solvi> et aedes sacrari so<lent>.

(Paul.) Nefasti dies N littera notantur.

<*Nepa* Afrorum lingua> sidus quod dicitur nostris C<ancer vel, ut quidam,> Scorpios. Plautus in <Casina> (443) :

<recessim dabo me> ad parietem, imita<bor nepam>.

(Paul.) Nepa Afrorum lingua sidus quod Cancer appellatur vel, ut quidam volunt, Scorpios. Plautus « dabo me ad parietem, imitabor nepam ».

? <*Nepus* non purus.>

(Paul.) Nepus non purus.

Nesi pro sine (sin ?) positum <est in lege dedicationis arae> Dianae Aventinen<sis>.

<*Nauteam* ait Opi>llus Aurelius herbae <genus esse granis nigris> qua coriari utuntur <**aqua addita** ; a nave duc>tum nomen, quia nauseam fa<cit, permutatione T et S litterarum interme diarum **antiquis consueta**>. Plautus in Artemone (7) :

.. (**18 litt.**).. <mu>lionum nauteam fecisset **.

** lem atque (aquae ?) aro.. (**4 litt.**).. <Idem Curculione> (99) :

<nam omnium u>nguentum o<dor prae tuo nautea est,

et in Casina> (1018) :

<ei>pro scorto sup<ponetur hircus unctus nautea>.

<Labe>o in Commen<tario Iuris Pontifici (8) ait rubi>dum quiddam <esse **quo pontificum vestimenta quaedam** > colorant.

(Paul.) Nautea herba granis nigris qua coriarii utuntur ; a nave ductum nomen, quia nauseam facit, per mutationem T et S.

<*Natio*> .. (**24 litt.**).. s natum. Cin<cius (22) genus hominum qui non aliunde vener>unt, sed ibi <nati sunt> .. (**19 litt.**).. ationem ait.. (**29 litt.**).. nibus set e<tiam> .. (**24 litt.**).. us seiuncti.. (**17 litt.**).. <Sinnius Capi>to omnia fe<re genera hominum per nationes dividi, ut **Picent**>es Sabinos <**esse gente, natione Picentes**. In pecori>bus quoque bonus <proventus feturae *bona natio* dicitur>.

NEFASTI DIES. q<uorum pars anterior fas ; his servi> lib. sunt, exercitus scribuntur, delectus fi>unt **docti**. Cf. Varr. L. L. 6, 30 : Contrarii horum (scil. comitialium) vocantur dies nefasti, per quos dies nefas fari praetorem DO DICO ADDICO ; itaque non potest agi ; necesse est aliquo uti verbo cum lege quid peragitur Cf. supra, s. v. Fastis Diebus (83, 6).

NEPA. Cf. supra, s. v. Nepotes.

NEPUS. Vide ne sit nil nisi fictum etymon vocis nepos, a Paulo fortasse additum.

NAUTEAM. Hinc Gloss. Philox. NA 41 Nautea : ὀσμὴ βύρσης. Cf. ps.– Plac. (ad Curc. 99 ?) Nautea : aqua corii foetida, in qua corium maceratur.

NATIO. Vix huc revocand. gl. mira Ansil. NA 121 Nationes : vagi homines in montibus habitantes sine lege atque rectore. Haec fere suppleverunt docti : < Natio in eadem terra hominum genu>s.. nati sunt significari ait idemque n>ationem ait non tantum universim de om>nibus set e<tiam de singularibus hominib>us seiuncte dici solere. Sinnius autem Capi>to, etc.

(Paul.) Natio genus hominum qui non aliunde venerunt, sed ibi nati sunt. In pecoribus quoque bonus proventus feturae bona natio dicitur.

Nautiorum fa<milia a Troianis dicitur oriunda>. Eorum princeps.. (**27 litt.**).. que aeneum Mi<nervae>.. (**15 litt.**).. <supp>licare soliti. <Unde ipsa quoque dea *Nautia* vo> cabatur <hac> de cau-<sà>.. (**22 litt.**).. conductique ab.. (**25 litt.**).. ianam oppugna.. (**20 litt.**).. missus L. Caecilius <Metellus>.. (**13 litt.**).. fectus esset, missi.. (**21 litt.**).. um de foedere viola<to>.. (**21 litt.**).. us, P. Veturius, qui.. (**21 litt.**).. refectionem corpo ..(**19 litt.**).. <co>nsedissent, Brutti.. (**20 litt**).. s Romanis erat, bello .. (**20 litt.**).. ficit : inde a principe <Naute familia Nautia> appellata est.

(Paul.) Nautiorum familia a Troianis dicitur oriunda.

Nati<natio dicitur negoti>atio, et *natinatores* <discordiam vel seditionem> gerentes. M. Cato in <Orig. lib. V scripsit (inc. 31) : Audito tu>multu Macedoniae, Etruriam, Samnites, Lucanos inter se natinari atque factiones esse.

(Paul.) Natinatio dicebatur negotiatio, et natinatores ex eo seditiosi.

Naccae appellantur vulgo fullones, ut ait Curiatius, quod *nauci* non sint, id quod est nullius preti. Idem sentit et Cincius (23). Quidam aiunt quod omnia fere opera ex lana νάκη dicantur a Graecis.

(Paul.) Naccae appellantur fullones quod nauci non sint, id est nullius pretii. Omnia fere opera ex lana nacae dicuntur a Graecis.

Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis ; Cincius (24) quod oleae nucisque intus sit ; Aelius Stilo omnium rerum putamen ; glosematorum autem scriptores fabae grani quod haereat in fabulo. Quidam ex Graeco quod sit ναὶ καὶ οὐχί levem hominem significari. Quidam nucis iugulandis, quam Verrius iugulandam vocat, medium velut dissepimentum. Plautus in Parasito Pigro (109) :

ambo magna laude lauti, postremo ambo sumus non nauci ;

item in Mostellaria (1042) :

quod id esse dicam verbum nauci nescio,

et in Truculento (611) :

amas hominem non nauci.

Et Naevius [et] in Tunicularia (105) :

eius noctem nauco ducere.

Sed <et> Ennius (sc. 423 V.) :

illic est nugator nihili non nauci homo;

(Paul.) Naucus pro nugis ponitur, alias pro oleae aut nucis nucleo. Alii omnium rerum putamen ita appellari volunt. Quidam ex Graeco quod sit ναὶ καὶ οὐχί levem hominem significari volentes. Quidam volunt sic appellari membranulam quae in nucis iugulandis est medio.

Nares appellari putant quod per ea nasi foramina odoris cuiusque nari fiamus.

Narita est genus piscis minuti. Plautus (fr. 33) :

NAUTIORUM FAMILIA. Cf. Serv. Aen. 5, 704 (tum senior Nautes) : Ipse Romam Palladium detulit ; unde Nautiorum familia Minervae sacra retinebat ; quod etiam Varro docet in libris quos de familiis Troianis scripsit. Haec fere supplent docti : Mi<nervae, cui postea Nautii sacrifi>care.

NATINATIO. Illud disc. supplevi ex gl. Festina (Vat. lat. 1469) Natinator : seditiosus, Natina<tio> : discordia. Hinc etiam Gloss. Abav. (= Abol.) NA 15 Natinare : negotiare,

NAUCUM. Cf. infra, s. v. Noegeum (182, 18 quasi a nauco, quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore).

NARES. Isidorus, ni fallor, Donati Vergilianum scholium exhibet (Etym. 11, 1, 47) ; consonat enim Donati Terentianum scholium (Adel. 397).

NARITA. Vox Graeca. An conferend. gl. ps.– Plac. Narria : piscis ?

muriatica autem video in vasis stagneis.

et · naricam (tam) bonam et cam-tam (corn-?) et taguma (trygona ?), · a>quinas fartas conchas piscinarias.

(Paul.) Narica genus piscis minuti.

Nancitor in XII (inc. 1) nactus erit, prehenderit. Item in foedere Latino : Pecuniam quis nancitor, habeto. Et (id est ?) : Siquid pignoris nanciscitur, sibi habeto.

(Paul.) Nancitor nactus erit.

Nare a nave ductum Cornificius ait, quod aqua feratur natans ut navis. Ennius lib. VII (252) :

alter nare cupit, alter pugnare paratust.

Plautus in Aulularia (595) :

quasi pueri qui nare discunt scirpea induitur ratis. *Natare* igitur est saepius nare, ut dictitare, factitare.

(Paul.) Nare a nave ductum, quod aqua feratur natans ut navis. Natare est saepius nare, ut dictitare, factitare.

Navus celer ac strenuus a navium velocitate videtur dictus. Ennius lib. VI (177) :

navus repertus homo Graio patre Graius homo rex,

et lib. XVI (427) :

navorum imperium servare est induperantum.

Plautus in Frivolaria (83) :

nave agere oportet quod agas, non ductarier.

(Paul.) Navus celer ac strenuus a navium velocitate dictus.

Navalis scriba qui in nave apparebat inter aliud genus scribarum minimae dignitatis habebatur, quod periculis quoque eius ministerium esset obiectum. Plautus (fr. 361) :

non ego te novi, navalis scriba, columbari inpudens. <*Columbari*> sive quod columbaria in nave appellantur ea quibus remi eminent, sive quod columbariorum quaestus temerarius incertusque.

Nassiterna est genus vasi aquari ansati et patentis, quale est quo equi perfundi solent. Plautus in Bacchidibus (11) :

ecquis evocat cum nassiterna et cum aqua istum inpurissimum ?

et in Nervolaria (Stich. 352) :

ecquis huc effert nassiternam cum aqua ? Sine suffragio.

Et Cato in ea oratione quam composuit in Q. Sulpicium (50) : Quotiens vidi trulleos nassiternas pertusos, aqualis matellas sine ansis !

(Paul.) Nassiterna genus vasis aquarii ansati et patentis.

Nassa est piscatori[a] vasi genus quo cum intravit piscis, exire non potest. Plautus (Mil. 581) :

NANCITOR. Nancitor, scil. erit (cf. auctor sum), **Fay** (Amer. Orient. Soc. 34, 343). Cf. infra, s. v. Renancitor (346, 13 reprehenderit). foed. Lat.] Cf. Cic. pro Balb. 53 ; Liv. 2, 33, 9.

NARE. Plaut.] iterum citatus s. v. Scirpus (444, 20).

NATARE. Haec forma Festi temporibus in usu erat ; nare autem ex usu transierat.

NAVUS. Cf. infra (184, 36) s. v. Navos (a navium celeritate). Hincine Gloss. Philox. NA 43 Navus : ἔμπρακτος, εὐστραφής, εὐκίνητος ?

COLUMBARI. columbaria] Hincine Isid. Etym. 19, 2, 3 : Columbaria in summis lateribus navium loca concava per quae eminent remi, dicta credo quod sint similia latibulis columbarum in quibus nidificant ? columbariorum] i. e. dominorum columbarum.

NASSITERNA. Nervol.] cf. infra, s. v. Osculana Pugna, Osculum (214, 25). Hinc Gloss. Nom. (=Philox.) Nasiterna : vas fictile duas aures habens. Cf. ps.- Plac. Nasiterna : vas aquarium.

NASSA. Hinc nimirum Gloss. Philox. NA 20 Nassa : κύρτος ἁλιευτικός.

numquam herc[u] le ex ista nassa hodie ego (eg. hod.) escam petam.

(Paul.) Nassa est piscatoria vasis genus quo cum intravit piscis, exire non potest. Plautus « numquam ex ista nassa hodie ego escam petam ».

« *Napuras nectito* » cum dixit pontifex, funiculi ex stramentis fiunt.

(Paul.) Napurae' funiculi.

Naustibulum vocabant antiqui vas alvei simile videlicet a navis similitudine.

(Paul.) Naustibulum alveum ad navis similitudinem factum.

Navia est uno ligno exculpta ut navis, quo utuntur alveo in vindemia. Ficus quoque in comitio appellatur *Navia* <*ficus*> ab Atto Navio augure. Nam cum Tarquinius Priscus institutas tribus a Romulo mutare vellet deterreretur que ab Atto per augurium, ut eluderet eius prudentiam, interrogavit eum an fieri posset id quod animo proposuisset suo. Cui ille permittente augurio cum respondisset effici posse, iussit rex cotem ac novaculam prox<ime deponi ; rogavit novacula> an cos illa <posset praecidi. Cum respondisset posse, nova>cula[m] subito <praecidit. Quapropter Navius, cum monitus> ex eo Tarqui<nius nihil amplius auderet contra fa>cere, nova<culam illam et cotem sub locum conse>cratum defo<di iussit>.. (**19 litt.**).. esse intra.. (**28 litt.**).. sacro sit : ei .. (**27 litt.**).. subseri, sum<ptis ex ipsa surculis iussit Quo fac>to tantos i.. (**28 litt.**).. loco conplu<res ficus enatae>.. (**13 litt.**) .. evulsae defo.. (**27 litt.**).. moverentur.. (**27 litt.**).. erant, ficum.. (**27 litt.**).. isse admi.. (**6 litt.**).. <Quod etiam responso haruspi>cum et divin<is ostentis confirmabatur, quamdiu illa ficus> viveret, libe<rtatem populi Romani incolumem man>suram ; ideoque ea.. (**25 litt.**)..

(Paul.) Navia lignum cavatum ut navis quo in vindemiis uti solent.

Nauscit, cum gran<um fabae se aperit nascendi> gratia, quod sit non diss<imile navis formae>.

(Paul.) Nauscit, cum granum fabae se nascendi gratia aperit, quod fit non dissimile navis formae.

<*Navi*>*tas* secundum incorr<uptam consuetudinem dic>tos quos nunc n<autas dicimus testis est> Cato in ea quam scr<ipsit cum in Hispaniam proficisce>retur, cum ait (2) : Navitae.. (**20 litt.**).. vinum atque oleum, ver .. (**6 litt.**)..

<*Naeviam silvam*> vocitatam extra <Urbem>.. (**18 litt.**).. rum, quod Naevi cu<iusdam fuerit> .. (**5 litt.**).. <quam> *nemora Naevia* ap<pellata etiam fuisse> .. (**5 litt.**).. ait. Quam obprobri loco <obici ab antiquis solere>, quod in ea morari adsu<essent perditi ac nequam ho>mines testis est M. Ca<to in ea oratione quam scripsit> in Caelium si se appella <visset> (9) : « .. (**12 litt.**).. a porta Naevia atque ex.. (**40 litt.**).. » <Unde dic>unt proverbi<um natum esse> .. (**13 litt.**).. s refertur a Ver<rio>.. (**5 litt.**)..

(Paul.) Naevia silva dicta iuxta Urbem quod Naevi cuiusdam fuerit.

<*Nudius tertius* conpo>situm ex nunc <et die tertio>.

NAPURAS. Cf. supra, s. v. Nectere (160, 15 ... quin etiam in commentario sacrorum usurpatur hoc modo « pontifex minor ex stramentis napuras nectito », id est funiculos facito quibus sues adnectantur).

NAVIA FICUS. Cf. Liv. 1, 36 : Plin. N. H. 15, 77 ; Cic. Div. 1, 33 ; Cotem autem illam et novaculam defossam in comitio supraque impositum puteal accepimus.

NAUSCIT. Confuditne Charisius nauci et nauscit (p. 207, 6 K. Nauci pro nihili te duco ; est autem fabae granum cum se aperit), an legend. Nauci <te duco> pro n. t. d. <Nauscit> est etc. ?

NAEVIAM SILVAM. Cf. Varr. L. L. 5, 163 : Sequitur porta Naevia, quod in nemoribus Naeviis ; etenim loca, ubi ea, sic dicta.

(Paul.) Nudius tertius compositum ex nunc et die tertio.

(?).. (**17 litt.**).. ait in agro.. (**31 litt.**).. ant a pa.. (**30 litt.**).. ati sint.. (**27 litt.**).. dicantur pa.. (**26 litt.**).. tur caelum cau.. (**27 litt.**).. dicatur dam-**

<*Nuptam*> ** <mu>lieres quibus.. (**27 litt.**).. eadem causa..(**21 litt.**).. <ali>qui appellatam esse volunt. Nec defuerunt tamen qui dice<rent sic appellatam ab eo quod νέαν νύμφην Graeci novam nuptam vocant. Alii quod ap>pellat uxo<rem νύον Homerus antiqua quadam> consuetudi<ne loquendi cum in Iliad. lib. III> (49) ait :

ἐξ ἀπίης γαίης νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων.

(Paul.) Nuptam a Graeco dictam. Illi enim nuptam νέαν νύμφην appellant.

Nume<ro antiqui pro nimium diceba>nt. Videtur esse <**nimium quasi ' numium ' et germa**> num numero fu<isse> .. **19 litt.**).. que eo ordine usur<pa-> .. (**19 litt.**).. <consu> etudine loquen<di>..(**23 litt.**).. eiusmodi, sive.. (**22 litt.**).. inum, quemadmodum <**adhuc loquendi est noste**>r usus Pompeius Sex<tius, **sic Numerius quoque** pri>ma syllaba voca <tivi casus, secunda geneti>vi casus eadem cor..(**17 litt.**).. ae temporis praesentis.. (**19 litt.**).. <Sed> antiquos nimium <et cito voluisse ait> Sinnius Capito ; esse enim < « numero estis » cito, non nimi>um vos estis ; « ni nume<ro abierint, num>ero perbiterint », nisi cito <abierint ; « ni>mium siisso (spisso) qui exeam, <numero nimium introibo » ; (Plaut. Poen. 1272) » cur> numero estis mortui, hoc exemplo ut pingeretis ? », id est cur cito mortui estis ; item in Nelei (4) « numquam numero matri faciemus volup », id est numquam nimium faciemus ; apud Naevium (trag. 61) « neminem vidi qui numero sciret quicquid scito opus », id est nimium sciret. At Panurgus Antonius haec ait : Numero nimium cito, celeriter nimium ; ut Plautus in Casina (646) :

ere mi. Quid vis, mea ancilla ? Nimium saevis. Numero dicis,

nimium cito ; Accius in Oenomao (502).

ego ut essem adfinis tibi, non ut te extinguerem
tuam petii gnatam. Numero te expurgat timor ;

Afranius in Suspecta (320) :

perfalsum et abs te creditum numero,

nimis celeriter ; Caecilius in Aethrione (2) :

ei perii ! Quid ita ? Numero venit : fuge domum ;

Afranius in Simulante (312) :

me misera<m> ! numero ac nequiquam egi gratias.

NUPTAM. Cf. infra, s. v. Nuptias, (174, 20 dictas esse ait Santra ab eo quod νυμφεῖα dixerunt Graeci antiqui γάμον ; inde novam nuptam νέαν νύμφην). Sic supplent docti : <Nuptam uxorem a nubendo — ut mu>lieres quibus in nuptiis utuntur pronubae ab eadem causa, <hoc est a nubendo dicuntur — ali>qui, etc.

NUMERO. Cf. Varr. Cat. 6 (ap. Non. 352, 31) : Ut qui contra celeriter erant nati fere Numerios praenominabant, quod qui cito facturum quid se ostendere volebat dicebat numero id fore ; quod etiam in partu precabantur Numeriam, quam deam solent indigitare etiam pontifices. [De differentia accentus Númeri (voc.) Numéri (gen.) cf. Nigid. ap. Gell. 13, 26. De I pro II in gen. voc. cas. cf. Charis. 78, 6 : Varro adiecit vocativum quoque singularem talium nominum per duplex I scribi debere, sed propter differentiam casuum corrumpi : Lucilius tamen et per unum I genetivum scribi posse existimat ; ait enim (1295) .. « nos Caeli Numeri numerum ut servemus modumque ». Cf. infra, s. v. Numerius (174, 28). [Pomp. Sex.] Sexti Pompei Festi potius quam M. Verri Flacci haec exempla esse videntur. expurgat] etiam ap. Non. 352, 17 (numero te expurgasti). Noli emendare ' expugnat ', sed agnosce proverbium Francogallicum ' qui s'excuse s'accuse '.

(Paul.) Numero dicebant pro nimium.

« *Numera senatum* » ait quivis senator consuli cum inpedimento vult esse quominus faciat senatus consultum, postulatque ut aut res quae adferuntur dividantur aut singuli consulantur ; aut, si tot non sint senatores quo numero liceat perscribi senatus consultum.

Nupta verba dicebantur ab antiquis quae virginem dicere non licebat, ut Plautus in Dyscolo (71) :

virgo sum ; nondum didici nupta verba dicere.

(Paul.) Nupta verba dicebantur ab antiquis quae virginem dicere non licebat. Plautus « virgo sum ; nondum didici nupta verba dicere ».

Nuptias dictas esse ait Santra ab eo quod νυμφεῖα dixerunt Graeci antiqui γάμον ; inde novam nuptam νέαν νύμφην. Cornificius quod nova petantur coniugia. Curiatius quod nova ratio fiat. Aelius et Cincius (25) quia flammeo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui *obnubere* vocarint ; ob quam causam legem quoque parenstam (Praenestinam ?) iubere caput eius obnubere qui parentem necavisset, quod est obvolvere.

Numerius praenomen numquam ante fuisse in patricia familia dicitur quam is Fabius, qui unus post sex et trecentos ab Etruscis interfectos superfuit, inductus magnitudine divitiarum uxorem duxit Otacili Maleventani, ut tum dicebantur, filiam, ea condicione ut qui primus natus esset praenomine avi materni Numerius appellaretur.

(Paul.) Numerius praenomen tractum ab avo.

« *Non omnibus dormio* » proverbium videtur natum a Cipio quodam, qui Pararhencon dictus est, quod simularet dormientem quo inpunitius uxor eius moecharetur ; eius meminit Lucilius (1223).

Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius in lib. II de Officio Iurisconsulti (8), nomina<ta> certa nominibus propriis pronuntiata (Lex xii tab. 6, 1) « cum nexum faciet mancipiumque, *uti lingua nuncupassit* ita ius esto » ; ita (id est), uti nominarit locutusve erit ita ius esto. *Vota nuncupata* dicuntur quae consules praetores, cum in provinciam proficiscuntur, faciunt : ea in tabulas praesentibus multis referuntur. At Santra lib. II de Verborum Antiquitate satis multis nuncupata conligit non derecto nominata significare, sed promissa et quasi testificata circumscripta recepta ; quod etiam in votis nuncupandis esse convenientius.

Nuscitiosum Ateius Philologus ait appellari solitum qui propter oculorum vitium

---

NUMERA SENATUM. Expectes haec : « Divide » aut « Consule » aut « Numera Senatum ». ||adfer.] ac fer. **cod.** : refer. **docti**. Sed cf. Thes. Ling. Lat. I 1198, 19 (s. v.).

NUPTIAS. Cf. supra, s. v. Nuptam (172, 12 quod νέαν νύμφην Graeci novam nuptam etc.) ; infra, s. v. Obnubit Caput (201, 4 operit ; unde et nuptiae dictae a capitis opertione). Cf. Varr. L. L. 5, 72 : Neptunus quod mare terras obnubit ut nubes caelum, ab nuptu, id est opertione, ut antiqui ; a quo nuptiae, nuptus dictus. Ad Donati Vergilianum scholium (Aen. 11, 77) revoco Isidori verba (Etym. 9, 7, 10), quae cum Donati Terentiano scholio (Hec. 656) conspirant.

NUMERIUS. Cf. Lib. de Praen. 6. Cf. supra, s. v. Numero (172, 23). Malevent.] postea Beneventani (cf. supra, s. v. Beneventum 31, 17.)

NON OMNIBUS DORMIO. Cf. Marx ad Lucil. l. c., qui citat Cic. Epp. 7, 24, 1 : Cipius opinor olim « non omnibus dormio » ; sic ego non omnibus, mi Galle, servio.

NUNCUPATA. Cf. Varr. L. L. 6, 60 : Nuncupare nominare valere apparet in legibus ubi « nuncupatae pecuniae » sunt scriptae, etc.

NUSCITIOSUM. Cf. supra, s. v. Luscitio (107, 24). Ex scholio Vergil. provenisse videtur Gloss. Abstr. NU 20 Nusciosus : qui plus vespere videt.

parum videret. At Opillus Aurelius *nuscitiones* esse caecitudines nocturnas. Aelius Stilo qui plus videret vesperi quam meridie, nec cognosceret nisi quod usque ad oculos admovisset.

(Paul.) Nusciciosus qui parum videt propter vitium oculorum, quique plus videt vesperi quam meridie.

Nonas quidam a nova luna, quod in eas concurreret principium lunae. Alii quod semper ante diem Iduum nonum essent ; scribique ideo debere primam appellationis eius syllabam adiecta V littera.

Nundinas feriarum (ratum) diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa, eumque nefastum, ne, <si> liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.

(Paul.) Nundinas feriarum diem esse voluerunt antiqui, quo mercandi gratia Urbem rustici convenirent.

Nundinalem cocum Plau<tus dixit in Aularia> (324) :

<cocus ille nun>dinale [e]st, in <nonum solet ire coctum > ; [diem hic ab aliis> *novendial<is* appellatur et cocum viliorem sig>nificat quem< tenuiores conducebant ut in nonum diem coque>ret.

Nucu<las Praenestinos appellabant antiqui> quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustenta>verunt, vel quod in e<orum regione plurim nux minu>ta nascitur.

(Paul.) Nuculas Praenestinos appellabant quod inclusi a Poenis Casilini famem nucibus sustentarunt, vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur.

Nummum ex Graeco nomismate ex istimant dict<um ; **id monetam vel nummi percussuram** valere ; quia **numeretur alii existimant, nam**> hoc proprium est i<**lli**>.

(Paul.) Nummus ex Graeco nomismate dicitur.

<*Nuntius* et in re ipsa et> in persona dicitur <ut 'nuntius venit', 'nuntius> allatus est'. Qu od **antiquitus noventius est, ut** in Com>mentaris Feti<alium>.

(Paul.) Nuntius et res ipsa et persona dicitur.

<*Nuper* quasi 'novi-per'>, tamquam dici<mus novissime ; **nuperum in Commenta**>ris, id autem r.. (**26 litt.**).. sa erant, qui nuper.. (**10 litt.**)..

(Paul.). Nuper quasi 'novi-per', tamquam dicimus novissime.

<*Numen* quasi> nutus dei ac potes<tas>.

(Paul.) Numen quasi nutus dei ac potestas.

<*Numellae* genus vinculi> quo quadru-

NONAS. scribique] i. e. NOV. Cf. Varr. L. L. 6, 28.

NUNDINAS. Cf. supra, s. v. Ferias (76, 17 aliae erant sine festo, ut nundinae). Cf. Macrob. 1, 16, 28-35.

NUCULAS. inclusi] cf. Liv. 23, 19.

NUMMUM. Incertae originis est Gloss. Abol. NU 6 Nomisma : nummi percussura, moneta. Etiam Gloss. Ansil. NU 120. Nummi : vel a nomine, vel a numero dicti eo quod numerentur. Cf. Varr. L. L. 5, 173 : Nummi, id ab Siculis ; Pollux 9, 79 : Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ταρεντίνων πόλει καλεῖσθαί φησι νόμισμα παρ αὐτοῖς νοῦμμον, etc.

NUNTIUS. noventius] Cf. supra, s. v. Negumate (162, 7).

NUMEN. Cf. Varr. L. L. 7, 85 : Apud Accium (691) « multis nomen vestrum numenque ciendo » ; numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu, etc. ; Serv. Aen. 4, 269 : Numine item est aut nutu aut potestate.

NUMELLAE. quadr.] Cf. Ter. Andr. 865 quadrupedem constringito. Cf. ps.- Plac. numellatus : numella ligatus, id est vinculo quo quadrupedes alligantur ; Nonius 144, 21 (numellae machinae genus ligneum ad discruciandos noxios paratum, quo et collum et pedes inmittunt), qui citat Plaut. Asin. 550.

ped<es deligantur> .. (**13 litt.**).. ri nervo aut coll.. (**19 litt.**)..

(Paul.) Numellae genus vinculi quo quadrupedes deligantur.

<*Numi*>*das* dicimus quos Gr<aeci Νομάδας sive quod id genus> hominum pecoribus n<egotietur, sive quod herbis, ut pe>-cora, aluntur.

(Paul.) Numidas dicimus quos Graeci Nomadas sive quod id genus hominum pecoribus negotietur, sive quod herbis, ut pecora, aluntur.

Nuces <*flagitantur nuptis* et iaci- untur pueris ut novae <nuptae intranti domum> novi mariti auspici<um fiat secundum et sol>listimum.

(Paul.) Nuces flagitantur nuptis et iaciuntur pueris ut novae nuptae intranti domum novi mariti secundum fiat auspicium.

Numam Pompilium Ianicul<o in monte situm esse> ferunt; in quo arcam eius in<ventam cum libris **sui**> nominis a Terentio <quodam scriba repastinan>te agrum.

(Paul.) Numae Pompilii in Ianiculo est sepulchrum.

Nonuncium <et sescunciam » quod magistri> ludi appellant signif<icat dodrantem et dimidium te>runcium, quod singula sex<uncia (sesc-) uncia et dimidi>um sit.

(Paul.) Nonuncium et teruncium dicitur quod novem unciarum sit sive trium.

Nomen sive ex Graeco <quod est ὄνομα, **sive ostrae neque nexte**>ruae (-rnae) familiae est <**quasi ' novi-men** ', **pro debito est**, ut ex>actum dicimus <nomen cum a debitore exacta> pecunia sit. <Notitiam igitur facit>.

(Paul.) Nomen dictum quasi ' novimen ', quod notitiam facit.

Noctua a tem>pore eo quo <canit vel volat. Ideo γλαυκ>ῶπις appellatur <Minerva a Graecis quod ea, ut noctua, ocu>-lis est caesis.

(Paul.) Noctua a tempore noctis dicta quo canit vel volat.

<*Noneolas* vocant papillas quae e faucibus ca>prarum sup<pendent>.

(Paul.) Noneolae vocantur papillae quae ex faucibus caprarum dependunt.

<*Noctipugam* cum dixit Lucilius> lib. II obscae<num significat> (1222) :

.. (**8 litt.**).. <noctipuga a>c medica.

(Paul.) Noctiiugam Lucilius cum dicit obscenum significat.

<*Noverca* dicitur quam quis liberis subla>-tis novam <uxorem ducit arcendae familiae> gratia, id est coer<cendae> .. (**20 litt.**).. † vetteramnia † .. (**10 litt.**)..

(Paul.) Noverca dicitur quam quis liberis sublatis novam uxorem ducit arcendae familiae gratia.

NUCES. nuptis] i. e. –tiis.|| sollist.] Cf. infra, s. v. (386, 13). Cf. Serv. auct. Ecl. 8, 29 : Dicitur etiam ideo a novo marito nuces spargi debere quod proiectae in terram tripudium solistimum faciant, quod auspicium ad rem ordiendam optimum est.

NUMAM. Cf. Plin. N. H. 13, 84 : Cassius Hemina, vetustissimus auctor annalium, quarto eorum libro prodidit Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem effodisse arcam in qua Numa, qui Romae regnavit, situs fuisset : in eadem libros eius repertos, etc.

NOCTUA can. vel vigilat **Varro** (L. L. 5, 76 : Noctua quod noctu canit ac vigilat).

NOCTIPUGAM. Hinc Gloss. Abol. NO 7 Noctipugam : obscenum ; quod quasi noctibus conpungatur. Quae gl. non debuit Placido assignari.

NOVERCA. **An** coer<cendae. A Graecis ea dici solet ' μητρυιά ' id est matrinia> : Cf. Gloss. Abba Noverca : matrea, id est matrinia. Sequitur in Paul. : Nihili qui nec hil quidem est. Quae verba ad Hilum (90, 7) transtuli ; sed dubitanter. Saltem in hac NO-serie nullus eis locus est.

Nova Via structa est a Ser. Tullio quo facilius>..(**15 litt.**)..scenderetur..(**16 litt.**) .. ubi rex Aven tinus in Aven tino monte situs est .

Novalem a>grum Aelius <Stilo et>.. .. (**7 litt.**).. <ductum a Graeci>s aiunt esse cum Graeci eum νειόν dixerint. In qua re Ho>mero quoque <teste utuntur, qui dixit> (Il. 18, 547) :

ν ειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι .

.. (**6 litt.**).. <C>incius (26) eum esse ubi terra **sine cultura** ad novam sementem sit relic<ta>.

(Paul.) Novalis ager novae relictus sementi.

Novem combusti> .. (**9 litt.**).. T. Sicini, Volsci.. (**12 litt.**).. <proelium> inissent adversus.. (**24 litt.**).. co combusti feruntur. <Is locus neque> .. (**12 litt.**).. neque est proxime Cir<cum, sed> .. (**11 litt.**)... <l>apide albo constratus. <Novem autem illi fueru>nt Opiter Verginius <Tricostus, M'. Valerius> Laevinus, Postumus Co<minius Auruncus>, .. (**5 litt.**).. llius Tolerinus, P. Ve<turius Cicurinus, A. Sempr>onius Atratinus, .. Ver<ginius Tricostus, .. Mu>tius Scaevola, Sex. Fusi<us Fusus>.

No>xia, ut Ser. Sulpicius Ru<fus ait (9), damnum significat **in XII**> ; apud poetas autem et oratores ponitur pro culpa ; at *noxa* peccatum aut pro peccato poenam, ut Accius in Melanippo (429) :

tete esse huic noxae obnoxium.

tem cum lex iubet noxae dedere, pro peccato dedi iubet. Caecilius in Hypobolimaeo Chaerestrato (85) :

nam ista quidem noxa muliebrest magis quam viri.

(Paul.) Noxia apud antiquos damnum significabat, sed a poetis ponitur pro culpa. Noxa ponitur pro peccato aut pro peccato poena, cum lex iubet noxae dedere pro peccato.

Novae curiae proxim[a]e compitum Fabricium aedificatae sunt, quod parum amplae erant veteres a Romulo factae, ubi is populum et sacra in partis triginta distribuerat ut in is ea sacra curarent. Quae cum ex veteribus in novas evocarentur, VII (IIII) curiarum per religiones evocari non potuerunt : itaque Foriensis Raptae Veliensis Velitiae res divinae fiunt in veteribus curis.

Nothum Graeci natum ex uxore non legitima vocant ; qui apud nos *spurio* patre natus dicitur, quod Ser.Tullius qui Romae regnavit natus est ex concubina Spur Tulli Tiburtis, nisi forte malumus credere Oclisia Corniculana captiva eum susceptum matre serviente.

(Paul.) Nothum Graeci natum ex uxore non legitima dicunt, qui apud nos spurio patre natus dicitur.

Nota alias significat signum, ut in pecoribus tabulis libris litterae singulae aut binae ; alias ignominiam.

(Paul.) Nota nunc significat signum, ut in pecoribus ; nunc litteras singulas aut binas ; nunc ignominiam.

Nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per G litteram, ut Plautus in Pseudolo (964) :

peregrina facies videtur hominis atque ignobilis ;

et (592) :

oculis meis obviam ignobilis obicitur.

NOVA VIA. rex Avent.] cf. supra, s. v. Aventinus Mons (17, 21 quod ibi rex Albanorum ventinus bello fuerit extinctus atque sepultus).

NOVEM COMBUSTI. Cf. Casagrandi (L'Articolo 'Novem' di Festo. Torino, 1892).

NOXIA. Ex scholio Vergil. (Aen. 1, 41 ?) hausisse videtur Gloss. Abstr. NO 17-20 Noxia ala, Noxialis : nocivus, Noxius : nocens, Noxa : crimen aut peccatum vel culpa.

NOVAE CURIAE. Cf. Varr. L. L. 5, 155 : Curiae duorum generum ; nam et ubi curarent cerdotes res divinas, ut curiae veteres, et ubi senatus humanas, ut curia Hostilia.

NOTHUM. spur. patr.] ut in titulis est SPURI F. Oclis.] Ocrisia **Dion. Halic.** 4, 1, 2.

Accius in Diomede (283) :

ergo me Argos referam ; nam hic sum nobilis (gno –?).

Livius in † Virgo † (3) :

orna[men]tu ince[n]dunt nobili · (gno – ?) ignobiles.

(Paul.) Nobilem antiqui pro noto ponebant. Plautus « peregrina facies atque ignobilis ».

Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura, quidam candidum ac perlucidum, quasi a *nauco*, quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore, ut Livius ait in Odyssia (19):

simul ac lacrimas (dacru– ?) de ore noegeo detersit,

id est candido.

(Paul.) Noegeum amiculi genus. Noegeum candidum. Livius « lacrimas de ore noegeo detersit », id est candido.

Nixi di appellantur tria signa in Capitolio ante cellam Minervae genibus nixa, velut praesidentes parientium nixibus. Quae signa sunt qui memoriae prodiderint Antiocho rege Syriae superato M'. Acilium subtracta a populo Romano adportasse atque ubi sunt posuisse. Etiam qui capta Corintho advecta huc, quae ibi subiecta fuerint mensae.

(Paul.) Nixi di appellabantur quos putabant praesidere parientium nixibus.

Nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari dictum est ab antiquis, ut Lucretius, in lib. IIII (6, 837) :

hic ubi nexari (nix–) nequeunt insistereque alis.

Caecilius in Hymnide (72) :

garruli sine dentes iactent, sine nictentur perticis.

Novius in Macco Copone (47) :

actutum scibis cum in nervo nictabere.

Unde quidam *nictationem*, quidam *nictum*, ut Caecilius in Pugile (193) :

tum inter laudandum hunc timidum tremulis palpebris
percutere nictu ; hic gaudere et mirarier.

(Paul.) Nictare et oculorum et aliorum membrorum nisu saepe aliquid conari. Dicimus enim et nictationem et nictum. Caecilius « hunc tremulis palpebris percutere nictu ».

Nictit canis in odorandis ferarum vestigis leviter ganniens, ut Ennius in lib. X (340) :

veluti (sicuti ?) si quando vinclis venatica velox
apta solet, si forte <feras> ex nare sagaci
sensit, voce sua nictit ululatque ibi acute.

Unde ipsa *gannitio*.

(Paul.) Nictit canis in odorandis ferarum vestigis leviter ganniens. Ennius « nare sagaci sensit, voce sua nictit ululatque ». Unde et gannitio.

« *Niquis scivit* » *centuria* est quae dicitur a Ser. Tullio rege constituta in qua liceret ei[us] suffragium ferre qui non tulisset in sua, nequis civis suffragii iure priva-

---

NOEGEUM. nauco] Cf. supra (166, 11) s. v. Naucum. Cf. ps.-Plac. Noegeum : pallium tenue. (Illud nigrum in codd. Romanis est nihil nisi Noegeum errore repetitum).

NIXI DI. Cf. Non. 57. 13 : Enixae dicuntur feminae nitendi, hoc est conandi et dolendi, labore perfunctae ; a Nixis quae religionum genera parientibus praesunt. Cf. von Basiner (Rhein. Mus. 60, 614).

NICTARE. Hinc gl. corrupt. Abol. NE 18 Nectari : oculorum frequenti apertione (?). Cf. supra, s. v. Adnictat (26, 14 saepe et leviter oculo adnuit).

NICTIT. gannitio] scil. quasi ' cani nictio ' ! Cf. supra, s. v. (88,4 canum querula murmuratio). Hinc Gloss. Abav. (=Abol.) NI 2 Nictit canis cum acute gannit.

retur. Nam *sciscito* significat sententiam dicito ac suffragium ferto ; unde *scita plebis*. Sed in ea centuria neque censetur quisquam neque centurio praeficitur neque centurialis potest esse, quia nemo certus est eius centuriae. Est autem ' ni quis scivit ', nisi quis scivit.

(Paul.) Sciscito sententiam dico.

Ningulus nullus, ut Ennius lib. II (130) :

qui ferro minitere atque in te ningulus.**

<Marcius vates> (2) :

<ne ningulus> mederi queat.

(Paul.) Ningulus nullus. Marcius vates « ne ningulus mederi queat ».

Niger lapis in Comitio locum funestum significat, ut ali, Romuli morti destinatum, sed non usu ob in .. (**21 litt.**).. <Fau>stulum nutri<cium eius, ut ali dicunt, Hos>tilium avum Tu<lli Hostili Romanorum regis>, cuius familiae.. (**24 litt.**).. tionem eius.

<Nᾶνον Graeci vas aquarium dicunt> humile et <concavum, quod vulgo vocant situlum> *barbatum*. Ap<pellantur inde *nani* pumiliones>.

(Paul.) Nanum Graeci vas aquarium dicunt humilem et concavum, quod vulgo vocant situlum barbatum ; unde nani pumiliones appellantur.

Necem suspica<tur Verrius a Graeco duci ; nam illi> νέκυν mor<tuum dicunt. Inde nos dicimus « neci » da>.

(Paul.) Necem a Graeco dici certum est ; νέκυν enim mortuum dicunt Graeci.

Nivem <**nonnulli** interpretantur novum ex> Graeco, qui id νέ<ον dicunt>.

(Paul.) Nivem interpretantur novum ex Graeco, quod illi νέον dicunt.

<?> .. (**13 litt.**).. <sig>nificat dap **

<*Nequinates*> Narniensis.. (**27 litt.**).. nis Vetero.. (**28 litt.**).. versus X**

(Paul.) Nequinates Narnienses.

Negotium quod n<on sit otium>.

(Paul.) Negotium quod non sit otium.

<*Navos* a navis celeri>tate, quae ve<**lociter** vel *naviter* **it**>.

(Paul.) Navos a navis celeritate dicimus.

Numidae (?) di>cuntur Noma<des ?>.. (**24 litt.**).. Unde Cato in O<riginibus> .. (**17 litt.**).. multam vivunt.. (**13 litt.**)..

<*Nuces mitti in*> *Cerialibus* Capito Si<nnius> .. (**14 litt.**).. ait cum vel[l]imus sig<nificare .. (**7 litt.**).. Ceria>libus in Circo mitti[t] .. (**19 litt.**).. set plane volumus .. (**22 litt.**).. quia adeo diligantur fae .. (**16 litt.**).. prae flamma cum sunt u **.

SCISCITO. post Sucerda (391,4) **Paul.**

NIQUIS SCIVIT. Cf. Oxyr, Pap. 2088.

NINGULUS. Vide supra ad Nequalia (160, 2).

NIGER LAPIS. Cf. C. I. L. I^2 1. Hostil. etc.] **suppl. Detlessen.**

NANON. Hincine Gloss. Philox. BA 31 Barbatus : νάννος τὸ σκεῦος ? Cf. Varr. L. L. 5, 119 : Quo postea accessit nanus cum Graeco nomine, et cum Latino nomine Graeca figura barbatus.

NECEM. Cf. supra, s. v. Neci Datus (158, 17).

NIVEM. Νέον]νέφειν **Muell.**

NEQUINATES. Cf. Plin. N. H. 3, 113 : Narnienses, quod oppidum Nequinum antea vocitatum est.. Vettonenses, etc.

NAVOS. Hinc credo gl. Abol. NA 15 Naviter : velociter ; sumptum a navibus. Cf. supra, s. v. Navus (168, 3 celer ac strenuus ; a navium velocitate videtur dictus).

Paulo aliter Donat. Eun. 51 : Naviter a navi ductum, a qua in alto nullum diversorium est.

NUMIDAE (?). Cf. supra, s. v. Numidas (178, 13 dicimus quos Graeci Νομάδας sive quod id genus hominum pecoribus negotietur, sive quod herbis, ut pecora, aluntur). Cf. etiam, s. v. Nemora (158, 7 Νέμος enim a Graecis διὰ τὸ νομὰς εἶναι ἐν αὐτῷ, etc.).

Novendiales feriae <dicuntur institutae a Tullo> Hostilio rege ex min .. (**20 litt.**).. is nono die inferre.. (**19 litt.**).. <ne>more (monte ?) Albano lapi<dibus pluisset, sive quod vox esset> exaudita ut Albani .. (**21 litt.**).. rant sacra iam ab his .. (**20 litt.**).. quae missa crate a poe.. (**40 litt.**).. ntibus coepissent.. (**22 litt.**).. lo consule operae.. (**25 litt.**).. expugnari pos.. (**26 litt.**).. ia regio vide **

(Paul.) Novendiales feriae a numero dierum sunt dictae.

<*Navalis por*>*ta* appella<ta a vicinia navalium>.

(Paul.) Navalis porta a vicinia navalium dicta.

<*Nonarum Id*>*uum Kalen*<*darum dies nuptis alieni habentur* quia n>ovae nuptae <sic diem postridie nuptias creditur a>trum inlucisce<re. Decreto pontificum atri hi d>ies esse iudica<ti sunt quod, quotienscumque Romani du>ces belli ge<rendi gratia his diebus supplicaverunt, mal>e rempublicam ges<serunt>.

(Paul.) Nonarum Iduum Kalendarum dies nuptis alieni habentur quoniam hi dies decreto pontificum atri iudicati sunt quod, quotienscumque Romani duces belli gerendi gratia his diebus supplicaverunt, male rempublicam gesserunt.

<SEXTI POMPEI FES>TI DE VER<BORUM SIGNIFICATU LIB. XIII>.
<INCIP>IT FELICITER <LIB. XIV>.

O

I. Ex Festi codice, Festi apographo, Paulo.

<*Ob* praepositio alias> ponitur <pro circum, ut cum dicimus urbem> obsideri, ob<signare, obvallari ; alias> in vicem praepo<sitionis quae est propter, ut ob merita,> ob superatos <hostes ; unde *obsides* qui ob fidem pa>triae praestandam <dantur ; alias pro ad, ut ait Ennius> (Ann. 297) :

ob Romam noc<tu legiones ducere coepit>,

<et idem> (inc. 5) :

ob Troiam duxit.

(Paul.) Ob praepositio alias ponitur pro circum, ut cum dicimus urbem obsideri, obsignare, obvallari ; alias in vicem praepositionis quae est propter, ut ob merita, ob superatos hostes ; unde obsides pro 'ob-fides', qui ob fidem patriae praestandam dantur ; alias pro ad, ut Ennius « ob Romam noctu legiones ducere coepit ».

<*Oculissimum* carissimum. « Oculi>ssimum ostium amicae » <Plautus in Curculione (15).>
Item <« oculissi>me » (121) dixit significans carissime. Idem in Pseu>dolo *oculatum* pro prae<senti posuit cum dixit> (301) :

<emi> to die caeca herc[u]le <olivum, id vendito oculata die>.

NOVENDIALES, Supplent docti haec : ut Albani <suo ritu facerent quae omissa e>rant. || Post illud ' coepissent ' novum lemma fuisse credunt.

NONARUM. nuptis] i. e. nuptiis. atri dies] cf. infra, s. v. Religiosus (348, 24).

OB. Cf. supra, s. v. Mortem Obisse (133, 6 ea consuetudine dicitur qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas et ob Troiam duxit exercitum pro ad) ; infra, s. v. (218, 21 praepositione antiquos usus esse pro ad, etc.) ; s. v. Oboritur (206, 22 praepositionem ob pro ad solitam poni testis... Ennius « ob Romam noctu legiones ducere coepit ») ; s. v. Ob Os (220, 13 ad os significat) ; s. v. Obmoveto (222, 12 pro admoveto). Cf. Serv. auct. Aen. 1, 233. : Ob enim veteres pro iuxta ponebant ; Plautus in Milite « nunc scio mihi ob oculos caliginem obstitisse » ; potest tamen ob et ' ante ' intellegi,aut ob ' propter ' : Terentius « quodnam ob factum » ; aut ob ' circum '... significat ob et ' contra ', ut obstat et obloquitur.

OCULATUM. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) OC 127 Oculatus : videns vel prudens aut acutus ? Cf. supra, s. v. Argus Oculeus (26, 1 qui fuisse fingitur oculis plenus).

Idem alibi (Aul. 555) « oculatum (... leum ?) Ar...gum », id est oculos habentem. Idem (Truc. 490) :

pluris est oc...latus testis unus quam auriti decem>,

id est qui se vidisse di<cat>.. (**17 litt.**).. eam formam ab oculi ap.. (**8 litt.**)..

(Paul.) Oculissimum carissimum. Plautus « oculissimum ostium amicae ». Oculatum pro praesenti posuit Plautus cum dixit « oculata die ». Item ipse « pluris est oculatus testis unus quam auriti decem », id est qui se vidisse dicat.

Oculitus ut fu...nditus penitus. Significaturque tam carum esse quam ocu>-lum, vel instar <oculi esse>.

(Paul.) Oculitus quoque dicitur ut funditus penitus, quo significatur tam carum esse quam oculum.

<*Odefacit* dicebant> antiqui ab odore <pro olfacit, vetere quadam consuetudine permutationis D et L litterarum>, ut saepe alias tum in hoc quoque libro contentae. Quae vox, ut quibusdam videtur, ex Graeco ὀσμῇ tracta est.

(Paul.) Odefacit dicebant pro olfacit ; quae vox a Graeco ὀσμῇ tracta est.

Octaviae porticus duae appellantur ; quarum alteram theatro Marcelli propiorem Octavia soror Augusti fecit ; alteram theatro Pompei proximam Cn. Octavius Cn. filius, qui fuit aedilis curulis praetor consul decemvirum sacris faciendis triumphavitque de rege Perseo navali triumpho ; quam combustam reficiendam curavit Caesar Augustus.

« *Ogygia moenia* » Accius in Diomede (273) appellans significat Thebas, quia eam urbem Ogygus condidisse traditur.

(Paul.) Ogygia moenia Thebana ab Ogyge conditore dicta.

Occasio opportunitas temporis casu quodam provenien[ti]s est. *Occasus* interitus, vel solis cum decidit a superis infra terras. Quo vocabulo Ennius pro occasione est usus in lib. II (Ann. 129) :

hic occasus datus [es]t, at Horatius inclutus saltu.

Item in lib. V (166) :

inicit inritatus, tenet occasus, iuvat res.

Item in lib. VIII (294) :

aut occasus ubi tempusve audere repressit.

(Paul.) Occasio oportunitas temporis casu proveniens. Occasus interitus vel solis in oceano mersio.

Occisum a necato distingui quidam quod alterum a caedendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. Itaque in Numae Pompili regis legibus scriptum esse (3) : Si hominem fulminibus occisit, ne supra genua tollito. Et alibi (3) : Homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet.

(Paul.) Occisum a necato distinguitur ; nam occisum a caedendo dictum, necatum sine ictu.

October equus appellatur qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti bigarum victricum dexterior. De

---

In Plaut. Pseud. 301 ps.- Plac. oculato die (non oculata) repperit, si corrupta eius glossa ...vera est Oculato : praesenti ; ab oculis (Opulato praesentis ut apulis **codd.**).
Haec supplent docti : di...cat. Ductam autem ait Verrius ... eam fo. ab oc. ap...paritione ...
OCULITUS. Cf. Non. 147, 22 : Oculitus, ut animitus medullitus. Plautus Cornicula (67) ... amant ancillam meam Pheidulium oculitus ».
ODEFACIT. D et L] Vide supra, ad Ancaesa (18, 21).
OCCISUM ful. occisit (imperson.) **tuetur Schwyzer** (Rhein. Mus. 76, 433) : fulmen Iovis ...c. **Scal.** Cf. supra, s. v. Neci Datus (158, 18 proprie dicitur qui sine volnere interfectus est, ...t veneno aut fame).
OCTOBER EQUUS. Cf. supra, s. v. Equus Marti Immolabatur (71, 20). turr. Mam.] ...f. supra, s. v. Mamilia turris (117, 30 intra Suburae regionem).

cuius capite non levis contentio solebat esse inter Suburaneses et Sacravienses ut hi in Regiae pariete, illi ad turrim Mamiliam id figerent; eiusdemque coda tanta celeritate perfertur in Regiam ut ex ea sanguis destillet in focum participandae rei divinae gratia. Quem hostiae loco quidam Marti bellico deo sacrari dicunt, non, ut vulgus putat, quia velut supplicium de eo sumatur quod Romani Ilio sunt oriundi et Troiani ita effigie in(?) equi sint capti. Multis autem gentibus equum hostiarum numero haberi testimonio sunt Lacedaemoni, qui in monte Taygeto equum Ventis immolant ibidemque adolent, ut eorum flatu cinis eius per finis quam latissime differatur. Et Sallentini aput quos Menzanae Iovi dicatus vivos conicitur in ignem. Et Rhodi qui quotannis quadrigas Soli consecratas in mare iaciunt, quod is tali curriculo fertur circumvehi mundum.

(Paul.) Octuber equus appellabatur qui in campo Martio mense Octobri Marti immolabatur. De cuius capite magna erat contentio inter Suburanenses et Sacravienses ut hi in Regiae pariete, illi ad turrem Mamiliam id figerent. Cuius cauda, ut ex ea sanguis in focum destillaret, magna celeritate perferebatur in Regiam.

Occedamus Plautus (Pseud. 250) ponit pro contra cedamus, cum plurimae aliae praepositiones familiariores huic verbo sint.

(Paul). Occidamus Plautus posuit pro contra cedamus.

Occentassi[*n*]*t* antiqui dicebant quod nunc convicium fecerit dicimus, quod id clare et cum quodam canore fit ut procul exaudiri possit. Quod turpe habetur quia non sine causa fieri putatur. Inde *cantilenam* dici quia illam (querellam), non cantus iucunditatem puto.

(Paul.) Occentare dicebant pro convicium facere, cum id clare et cum quodam canore fieret, ut procul exaudiri potuisset. Quod turpe habetur quia non sine causa fieri putatur. Inde cantilenam dici quia illam non cantus iucunditatem puto.

Ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glosematorum refert, montem confragosum vocabant, ut aput Livium (trag. 31):

sed qui sunt hi qui ascendunt altum ocrim?

et (trag. 32):

celsosque <in> ocris arvaque putria et mare magnum;

<et> (trag. 34)

namque Taenari celsos ocris;

et (trag. 35):

haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri

unde fortasse etiam *ocreae* sint dictae inaequaliter tuberatae.

(Paul.) Ocrem montem confragosum dicebant antiqui. Hinc ocreae dictae inaequaliter tuberatae.

Occare et *occatorem* Verrius putat dictum ab occaedendo quod caedat grandis globos terrae, cum Cicero (Senect. 51) venustissime dicat ab occaecando fruges satas.

OCCENTASSINT. Hincine Gloss. Ansil. OC 29 Occentare: id est infame carmen cum certo nomine dicere? Ex scholio Vergiliano provenit Gloss. Abstr. OC 4 Occentare: contra canere.

CANTILENA. Hucine redit Gloss. Abol. CA 62 Cantilena<m>: antiqua (-que ? -qui ?) contentione<m> ?

OCREAE. Varronis etymologiam (L. L. 5. 116 Ocrea quod opponebatur ob crus) Isidorus (Etym. 19, 34, 5) excepit nimirum ex scholio Vergiliano.

OCCARE. Hinc fortasse Isid. Etym. 17, 2, 4: Occatio est cum rustici satione facta bubus dimissis grandes glebas caedunt ac ligonibus frangunt; et dicta occatio quasi obcaecatio

(Paul.) Occare et occator ab occaedendo dictum quod grandes terrae caedat globos.

Ocius secundae collationis et deinde tertiae *ocissime* frequentata sunt. Alii dictas nostros (Haut dicta sunt nostra, sed ?) tracta ex Graeco, id est ὠκέως ; cuius prima significatio, ex qua procedere in comparationem debet, apud nos non est. Tertiae vero conlationis, cuius maiora (rariora ?) exempla sunt, auctor est Plautus in Nervolaria (96) :

ocissime nos liberi possimus fier i . (**24 litt.**).. quicquam ocissi<me> ..(**20 litt.**)..

<Coe>lius Historiarum libro · (64) ... (**20 litt.**).. tantur ocissimu<m> .. (**19 litt.**).. <Aelius> Lamia apud .. (**30 litt.**).. Lamiam oport..(**30 litt.**)..

(Paul.) Ocius et ocissime positivum Latinum non habent, sed ab eo veniunt quod est in Graeco ὠκέως.

Ocimum Graecum, <et a celeritate nascendi est dictum>.

(Paul.) Ocimum Graecum, et a celeritate nascendi est dictum.

Occupaticius <*ager*> .. (**15 litt.**).. <desertus> a cultoribus fre.. (**20 litt.**).. <occupa>ri coeptus ; quod in.. (**27 litt.**).. Nam cum Hanni<bal>.. (**26 litt.**).. bene meri<ti>.. (**30 litt.**).. atque eorum agr.. (**29 litt.**).. tamquam ex ho.. (**29 litt.**).. nandos pub<lice>.. (**27 litt.**).. diret commu.. (**30 litt.**).. est a privatis.. (**28 litt.**).. accepissent**.

(Paul.) Occupaticius ager dicitur qui desertus a cultoribus propriis ab aliis occupatur.

<*Orchitin* Ateius> Philologus in l<ibro **Glosematorum** ait esse genus oleae> ductum ex Graeco quod <testiculorum sit instar magni>tudinis, itaque u.. (**25 litt.**).. to grandior.

(Paul.) Orchitis genus oleae ex Graeco dictum quod magnitudine sit instar testiculorum.

Orc<hestra locus in scaena in quo> antea qui nunc pla<nipedes dicuntur agebant, in quem> non admittebantur <histriones nisi tantum inte>rim dum fabulae ex<plicarentur quae sine ipsis> explicari non potera<nt. *Planipes* autem soccos non ges>taba[n]t quo aequiore <habitu prodiret ; quo factum ut inde> nomen duceret.

(Paul.) Orchestra locus in scena.

<*Orca* genus marinae beluae> maximum dicitur, a<d cuius similitudinem> vasa quoque ficar<ia orcae dicuntur ; sunt enim te>retia atque infor<mi specie>.

(Paul.) Orca genus marinae beluae maximum, ad cuius similitudinem vasa ficaria orcae dicuntur ; sunt enim teretes atque uniformi specie.

<?>.. (**18 litt.**).. male et ante.. (**30 litt.**).. quantae ne **

<*Oriri* nasci vel surgere>.. (**10 litt.**)..

(Paul.) Oriri nasci vel surgere.

Orba apud poe<tas significat privatam ali-

---

quod operiat semina. Verr.] vix legend. Varro. Sed Verrius secutus est Varronem (R. R. 1. 31, 1) : Et postea occare, id est comminuere ne sit gleba ; quod ita occidunt occare dictum, De Plaut. Capt. 662-663 disputare Verrium credit Reitzenstein (Verrianische Forschungen 13).

OCIMUM. Cf. Varr. R. R. 1. 31. 4 : Ocinum dictum a Graeco verbo ὠκέως, quod valet cito ; similiter quod ocimum in horto.

OCCUPATICIUS. Haec fere supplent docti : Occ. <ager is esse dicitur qui desitus> a cul. fre<quentari propriis ab aliis est occupa>ri coe.

ORCHITIN. Haec fere supplent docti : itaque v<ocari orchitin quod sit genere consue>to gr.

(?) An Orcinos ? Cf. infra, s. v. in parte ii huius capituli.

ORIRI. Hincine Gloss. Abav. (=Abol.) OR 17 Oritur : nascitur, surgit ?

ORBA. Cf. Gloss. Philox. OR 7-8 Orba : ἐπίκληρος, Orba : ἄτεκνοι ? Cf. Isid. Etym.

qua> persona cara ; apud · oratores **cui patre mortuo cadit her**>e<**ditas**> ; ut Ser. <Sulpicius (11) ait, quae filios amisit parv>ulos. Orba est <**in tabulis censoriis dicta** quae pa>tris est ante <**orbata quam ab eo nomen accepit**>. <G>allus Aelius (9a).. **(39 litt.)** .. o.. **(32 litt.)**.. stantior..**(31 litt.)**.. in eo libro.. **(29 litt.)** .. significatu.. **(30 litt.)** ..puella sine.. **(31 litt.)**.. cis sacrae .. **(34 litt.)**.. a nupta .. **(30 litt.)**.. cui fuisset.. **(27 litt.)**.. Cornificius in..**(30 litt.)**..tor<H>yginus.. **(29 litt.)**.. qui amiserunt <patrem aut filios quasi lumen> itaque nocros.. **(32 litt.)**.. se.

(Paul.) Orba apud poetas significat privata aliqua persona cara. Orba est quae patrem aut filios quasi lumen amisit.

Orty<gia antiquitus ea insula dicta est qu>ae nunc Delos.

(Paul.) Ortygia Delos insula.

<*Orbius clivus* videtur appella>tus esse ab orbibus <**carpenti eius in quo vecta est** Tulli>a filia Ser. <Tulli regis, **quacum erat** L. Tarqui>nius Superbus ge<ner>.. **(20 litt.)**.. <proper> averat tende<re in regiae domus in Esquiliis po>ssessionem coe.. **(32 litt.)**.. s quod pro.. **(29 litt.)**.. m ducere, unde <Orbius ab ipsis his orbibus> appellatus est.

<*Oratores* ex Graeco quod est ἀρητῆρ>ες dictos exi<stimat>.. **(6 litt.)**.. <quod ad reges> gentes qui (–que) missi <**ea quae mandabant** m>agistratus populo Romano <**consentiente approbante** solerent> ἀρᾶσθαι <id est testari **deos non abesse r**>em ab aequitate. Eos nostri alii pro legatis appellant, ut Cato in ea quam scripsit de suis virtutibus contra Thermum (3) : M. Fulvio consuli legatus sum in Aetoliam, propterea quod ex Aetolia conplures venerant : Aetolos pacem velle ; de ea re oratores Romam profectos. Et in Originum lib. I (21) : Propter id bellum coepit ; Cloelius praetor Albanus oratores misit Romam cum.. **(10 litt.)**.. Alias pro decretoribus (deprecat–?), ut Terentius (Hec. 9) « orator venio ; facite exorator sim » ; item et Afranius in Emancipato (92) :

sic est orator siquod (–id ?) oritur tale.

Alias pro disertis et eloquentibus, ab eo quod antiqui *orare* dicebant pro agere ; ob quam causam *orationes* quoque eorum vocantur.

(Paul.) Oratores ex Graeco ἀρητῆρες dicti quod missi ad reges nationesque deos solerent ἀρᾶσθαι, id est testari. Hi modo appellantur legati.

Orata genus piscis appellatur a colore auri quod rustici *orum* dicebant, ut auriculas *oriculas*. Itaque Sergium quoque quendam praedivitem, quod et duobus anulis aureis et grandibus uteretur, Oratam dicunt esse appellatum.

(Paul.) Orata genus piscis a colore auri dicta quod rustici orum dicebant, ut auriculas oriculas.

10, 200 : Orbus, quod liberos non habet, quasi oculis amissis ; Etym. 11, 2, 12 : Pupilli autem dicti quasi in oculis, hoc est a parentibus orbi ; hi autem vere pupilli dicuntur quorum patres ante decesserunt quam ab his nomen acceperint ; ceteri orbi vocantur orphani, idem qui et pupilli ; illud enim Graecum nomen est, hoc Latinum.

ORTYGIA. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Ortygia : Delus insula ?

ORBIUS. Cf. infra, s. v. Sceleratus Vicus (450, 4 Romae appellatur quod cum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Servium regem socerum suum, corpus eius iacens filia carpento supervecta sit properans in possessionem domus paternae). Haec fere supplent docti : ge<ner. Quae rege in Curia occiso proper>averat.

ORATORES. Cf. infra, s. v. Orare (218, 7 antiquos dixisse pro agere testimonio sunt et oratores et i qui nunc quidem legati, tunc vero oratores quod reipublicae mandatas partis agebant).

ORATA. oriculas] Francogallice ‘ oreilles ’. Serg.] Cf. Varr. R. R. 3, 3, 10.

rae extremae partes terrarum, id est maritimae dicuntur ; unde et vestimentorum extremae partes, quae quidem et primae dici possunt. Caecilius in Aethrione usus est pro initio rei cum ait (3) :

oram reperire nullam quam expediam queo.

reae freni quod ori inseruntur. Titinius in Setina (119) :

et si tacebit, tamen gaudebit sibi promitti oreas.

t Naevius in Hariolo (20) :

deprandi autem leoni s 'i obdas oreas ;

ato Originum lib. III (5) : Equos respondit. Oreas mihi inde. tibi cape flagellum. Coelius pro se apud populum : Equusque mihi sub feminibus occisus erat ; oreas detraho inspectante L. Stertinio.

(Paul.) Oreae freni quod ore inseruntur dicti.

reos Liber pater et *Oreades* nymphae appellantur quod in montibus frequenter apparent.

(Paul.) Oreus Liber pater et Oreades nymphae a montibus appellantur.

dinarium hominem Oppius ait dici solitum scurram et improbum qui assidue in litibus moraretur ob eamque causam in ordine staret adeuntium praetorem. At Aelius Stilo qui minime ordine viveret.** <Cato> in ea oratione quam scribit de suis virtutibus contra Thermum (2) : Quid mihi fieret si non ego stipendia [in ordine] omnia ordinarius meruissem semper ? Sunt quidam etiam qui manipularem ** quia infimi sit ordinis appellatum credant ordinarium.

(Paul.) Ordinarius homo scurra et inprobus qui adsidue in litibus moratur ob eamque causam in ordine stat praetorem adeuntium ; sive dictus per contrarietatem quia minime ordine vivit.

Ornatus dicitur et bonis artibus instructus et honores adeptus a populo ; etiam bene aptus, ut miles aut gladiator et acturus fabulas. Atque etiam ornatus dicitur cultus ipse quo quis ornatur, ut cum dicimus aliquem tragico vel comico ornatu prodire.

(Paul.) Ornatus dicitur et bonis artibus instructus et honores adeptus ; appellatur quoque ornatus cultus ipse quo quis ornatur.

Ore[*sti*]*ades* nymphae montium cultrices.

Ordo sacerdotum aestimatur deorum <ordine, ut deus> maximus quisque. Maximus videtur Rex, dein Dialis, post hunc Martialis, quarto loco Quirinalis, quinto pontifex maximus. Itaque in soliis Rex supra omnis accumbat licet, Dialis supra Martialem et Quirinalem, Martialis supra proximum, omnes item supra pontificem. Rex quia potentissimus ; Dialis quia universi mundi sacerdos qui appellatur *dium*;

OREAE. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) OL 16. Oreae : frena equi ? Cf. ps.– Plac. Oriae : eni et habenae ; ab ore dicuntur. Cf. supra, s. v. Aureas (24, 24 dicebant frenos quibus uorum aures religantur) ; s. v. Aureax (8,5 aureas enim dicebatur frenum quod ad aures uorum religabatur ; orias quo ora cohercebantur).

ORDINARIUM. scurram] *Deficit codex Festi. Intervenit apographum (usque ad P-capituli nma Peremere* 236, 29).

Hincine Gloss. Abol. OR 17 Ordinarius : miles qui integro (infimo ?) ordine militat ?

ORESTIADES. Cf. supra s. v. Oreos (198,8).

ORDO SACERDOTUM. Cf. supra, s. v. Maximae Dignationis (144, 11 flamen Dialis est er quindecim flamines ; et cum ceteri discrimina maiestatis suae habeant, minimi haber Pomonalis, quod Pomona levissimo fructui agrorum praesidet pomis).

DIUM. Cf. supra, s. v. (65, 20 quod sub caelo est extra tectum ab Iove dicebatur, et Dialis men, et dius heroum aliquis a Iove genus ducens) ; s. v. Flamen Dialis (77, 29.. Dialis tem appellatur a dio, a quo vita dari putabatur hominibus).

Martialis quod Mars conditoris Urbis parens; Quirinalis socio imperii Romani Curibus ascito *Quirino*; pontifex maximus quod iudex atque arbiter habetur rerum divinarum humanarumque.

Ordiri est rei principium facere; unde et togae vocantur *exordia*[*e*].

(Paul.) Ordiri est rei principium facere.

Opaca vocantur umbrosa.

(Paul.) Opaca umbrosa.

Opalia dies festi quibus supplicatur Opi appellantur. Quorum alter **.

(Paul.) Opalia dicebantur dies festi quibus Opi supplicabatur.

(Paul.) *Obnubit caput* operit; unde et *nuptiae* dictae a capitis opertione.

(Paul.) *Oppidum* dictum quod ibi homines opes suas conferunt. Oppidum dicitur et locus in Circo unde quadrigae emittuntur, < **ut Naevius « iuxta oppidum »**>.

Oppido valde multum; ortum est hoc verbum ex sermone inter se confabulantium quantum quisque frugum faceret, utque multitudo significaretur, saep respondebatur: Quantum vel oppid satis esset. Hinc in consuetudinem ven ut diceretur oppido pro valde multum. Itaque siqui in aliis rebus eo utuntur, v puta siqui dicat ‘ oppido didici ’ ‘ spe tavi ’ ‘ ambulavi ’, errant quia nul eorum subici potest ‘ vel quod satis est

(Paul.) *Opiter* est cuius pater avo vivo mo tuus est; ducto vocabulo aut quod obit patris genitus sit, aut quod avum ‘ o patrem ’ habeat, id est pro patre.

(Paul.) *Opitulus* Iuppiter et *Opitulator* di tus est, quasi opis lator.

(Paul.) *Opturare* ex Graeco trahitur ab quod illi ostia θύρας dicunt.

(Paul.) *Optio* est optatio; sed in re milita optio appellatur is quem decurio aut ce

---

QUIRINO. Cf. supra, s. v. Curis (43. 3.. Quirinum dictum putant a Curibus, quae fu urbs opulentissima Sabinorum); infra, s. v. Quirinaliz (302, 33). ORDIRI. Cf. infra, s. Primordia (250, 28 principia).

OPACA. Pertinetne ad seriem Apricum Locum (2, 16), Amoena (2, 19), etc.? Hausit ex Festo Isidorus (Etym. 14, 8, 34-35): Aprica loca quae sole gaudent, quasi ἄνευ φρίκη id est sine frigore, sive quod sint aperto caelo; opaca vero loca quasi operto caelo, apri contraria ?

OPALIA. Cf. Macer Hist. I (ap. Macrob. 1, 10, 19-20) **An** Alter <Opalia, alter Opico sivia>, etc. ?

OBNUBIT. Vide supra, s. v. Nuptias (174, 25). Hincine Gloss. Abol. OB 1 Obnubit operit, tegit ?

OPPIDUM. Cf. infra, s. v. Oppidorum (222, 5 quod opem darent). Hincine Gloss. Ans (=Abol.) OP 104 Oppida: municipia; oppida dicta sunt ab ope danda, sed nunc civitat et municipia dicimus ? Cf. Varr. L. L. 5, 153: (In Circo primum unde mittuntur equi nu dicuntur carceres; Naevius oppidum appellat); ps.- Plac. Iuxta oppidum: prope carcer Inde supplevi; nam ex Varrone colligo Naevianum unicum vocabuli exemplum (vel s tem notissimum) fuisse. Cf. Serv. auct. Aen. 9, 605; Isid. Etym. 15, 2, 5.

OPPIDO. Festi doctrinam exhibet Donatus Hec 238: Oppido: valde; translatio a rus cis qui interrogati quemadmodum fruges venirent respondebant ‘ oppido ’, id est quae sibi et oppido sufficere potuissent.

OPITER. Hinc Gloss. Abba (=Abol.) Opiter: natus avo <vivo>, patre non vivo; p patris mortem natus. Cf. ps.- Plac. Opiter: is (os **codd.**) qui obito patre et avo vivente n citur; Lib. de Praen. 4: Opiter qui patre mortuo, avo vivo gignebatur. Tribrachys e sed perverse philologi hodierni dactylum agnoscere malunt (‘ ōpiter, quasi avo- pater ’

OPTIO. obeat] vix aemulum etymon. Etymon opto ponit etiam Varro Vit. Pop. Rom.

turio optat sibi rerum privatarum ministrum quo facilius obeat publica officia.

(Paul.) *Optestatio* est cum deus testis in meliorem partem vocatur, *detestatio* cum in deteriorem.

(Paul.) *Obices* pessuli, serae.

(Paul.) *Obbrutuit* obstupuit a *bruto* quod antiqui pro gravi, interdum pro stupido dixerunt.

Afranius (420) « non possum verbum tacere, obbrutui ».

(Paul.) *Obambulare* adversum alios ambulare et quasi ambulanti sese obponere.

(Paul.) *Obrogare* est legis prioris infirmandae causa legem aliam ferre.

(Paul.) *Obacerare* obloqui atque alterius sermonem moleste inpedire ; quod sumptum videtur a paleis, quas Graeci ἄχυρα vocant. Itaque et frumentum et panis non sine paleis *acerosus* dicitur, item lutum *aceratum* paleis mixtum.

(Paul.) *Oblitteratum* alii ab oblivione ; alii a litore, quod ibi notata fluctibus aequari et tolli solent.

(Paul.) *Obprobrare* probrum obicere.

(Paul.) *Obacerbat* exacerbat.

(Paul.) *Oblucuviasse* (?) dicebant antiqui mente errasse, quasi in luco deorum alicui occurrisse.

(Paul.) *Oboedire* obaudire.

(Paul.) *Obperiri* expectare.

(Paul.) *Obtrectat* contra sententiam tractat.

Optutu quasi ' obtuitu ', a verbo quod est *tuor* et significat video.

---

p. Non. 68, 1) ; L. L. 5, 91. Cf. infra, s. v. (216, 23 qui nunc dicitur, antea appellabatur census ; is adiutor dabatur centurioni a tribuno militum ; qui ex eo tempore quo optare nem velint centurionibus permissum est etiam nomen ex facto sortitus est). Hincine Gloss. nsil. (= Abol.) OB 678 Optiones : officium militum apud Romanos ; ab electione vocati ?

OBBRUTUIT. Hinc Gloss. Abol. OB 6 Obbrutuit : obstipuit.

BRUTO. Cf. supra, s. v. Brutum (28, 23 antiqui gravem dicebant).

OBAMBULARE. Cf. infra, s. v. Obigitat (204, 35 dicebant antiqui pro ante agitat, ut ambulare).

OBROGARE. Vide supra, ad Derogare (61, 2 proprie est cum quid ex lege vetere quominus fiat sancitur lege nova.)

ACEROSUS. Cf. Non. 445, 13 : Acerosum namque panem farre minus purgato nec sordibus a candido separatis dicendum veteres putaverunt. Lucilius lib. XV (502 :

quae gallam bibere ac rugas conducere ventris
farre aceroso oleis decumano pane coegit.

Hunc Graeci αὐτόπυρον vocant. Aceratum vero est lutum paleis mixtum, ut laterariis us est. Lucilius lib. IX (325) :

laterem qui ducit habet nihil amplius numquam
quam commune lutum ac paleas caenumque aceratum.

ACERATUM. Cf. supra, s. v. (18, 30 (lutum cum paleis mixtum).

OBLITTERATUM. a litore] O stulti philologi antiqui qui consonantes nihili habeat, vocales tantilli. Hincine Gloss. Abol. OB 9 Oblitteratum : obscurum ; Gloss. Philox. 3 42 Obliterat : λήθη περιτρέπει ?

OBOEDIRE. Hinc ni fallor, Gloss. AA (=Abol.) Oboedit : obaudit, temperat.

OBPERIRI. Hincine Gloss. Abol. OB 2 Obperiri : expectare ?

OPTUTU. tuor] Cf. infra, s. v. (486, 3 video ; tueor defendo). Ad versum Pacuvii, s. v. Mulciber (128, 13) citatum, « quid me obtutu terres, mulces laudibus ? » vult haec revocare ...itzenstein.

(Paul.) Optutu quasi ' obtuitu ', a verbo tuor quod significat video.

Optatam hostiam, alii *optimam,* appellant eam quam aedilis tribus constitutis hostis optat quam immolari velit.

Opima spolia dicuntur originem quidem trahentia ab *Ope* Saturni uxore, quod ipse <*Saturnus*> agrorum cultor habetur nominatus a satu tenensque falcem effingitur, quae est insigne agricolae. Itaque illa quoque cognominatur *Consiva* et esse existimatur terra. Ideoque in Regia colitur a populo Romano quia omnes opes humano generi terra tribuat ; ergo et *opulenti* dicuntur terrestribus rebus copiosi, et *hostiae opimae* praecipue pingues, et *opima* magnifica et ampla. Unde spolia quoque quae dux populi Romani duci hostium detraxit ; quorum tanta raritas est ut intra annos paulo <minus octingentos> trina contigerint nomini Romano : una quae Romulus de Acrone ; altera quae [consul] Cossus Cornelius de Tolumnio ; tertia quae M. Marcellus <Iovi Feretrio de> Viridomaro fixerunt. M. Varro ait opima spolia esse etiam si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium, < sed prima esse quae dux duci ; neque enim quae a duce capta> non sint ad aedem Iovis Feretri poni testimonio esse libros pontificum, i quibus sit : « pro primis spoliis bove, pr secundis, solitaurilibus, pro tertiis agn publice fieri debere » ; esse etiam Pompil regis legem opimorum spoliorum ta lem (4) : « cuius auspicio classe procinct opima spolia capiuntur Iovi Feretrio dari er oporteat, et bovem caedito qui cepi aeris CC<C> ; secunda spolia, in Marti ara in Campo solitaurilia utra volueri caedito ; tertia spolia, Ianui Quirin agnum marem caedito, C qui ceperit e aere dato ; cuius auspicio capta dis pis culum dato ». ** huius aedis lex null extat neque templum habeat necne sci tur.

(Paul.) Opis dicta est coniunx Saturn per quam voluerunt terram signi ficare, quia omnes opes human generi terra tribuit ; unde et opu lenti terrestribus rebus copios et hostiae opimae praecipue pin gues, et opima magnifica et ampl spolia.

<*Optima lex.*> « *Ut qui optima lege fuerint* adici solet cum quidam magistratus crea tur **.

Obscum duas diversas et contrarias sign ficationes habet. Nam Cloatius putat e

---

OPTATAM HOSTIAM. Cf. supra. s. v. Maximam Hostiam (113, 23).

OPIMA SPOLIA. Iov. Fer. bovem caedito, qui cepit aeris CCC dar. op. .. utra vol. cae <qui cepit aeris CC dato>, tert. spol. etc. **docti**. Pomp. reg. leg.] cf. Serv. Aen. 6, 85 tertiaque arma patri suspendet capta Quirino) : Possumus et, quod est melius, secundu legem Numae hunc locum accipere ; qui praecepit prima opima spolia Iovi Feretrio debe suspendi, quod iam Romulus fecerat ; secunda Marti, quod Cossus fecit ; tertia Quirin quod fecit Marcellus ... varie de hoc loco tractant commentatores Numae legis inmemore cuius facit mentionem et Livius. huius aedis]scil. Opis.

SATURNUS. Cf. infra, s. v. Saturno Dies Festus (432, 11 is culturae agrorum praeside videtur, quo etiam falx est ei insigne... qui deus in Saliaribus Sateurnus nominatur, vid licet a sationibus).

CONSIVA. Cf. Varr. L. L. 6, 21 : Opeconsiva dies ab dea Opeconsiva, cuius in Regi sacrarium.

OPIMA. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Opima : ampla, magna ?

OPTIMA LEX. Cf. infra, s. v. (216, 12 in magistro populi faciundo qui vulgo dict tor appellatur).

OBSCUM. Cf. infra, s. v. Oscos (218, 12 Opscos antea dictos ... stupra inconcessae lib

vocabulo significari sacrum, quo etiam leges sacratae *obscatae* dicantur; et in omnibus fere antiquis commentariis scribitur *Opicum* (Opsc-?) pro Obsco (Osco ?), ut in Titinnii fabula Quinto (104):

qui Obsce (Opsce ?) et Volsce fabulantur, nam Latine nesciunt.

A quo etiam verba impudentia elata appellantur *obscena*, quia frequentissimus fuit usus Oscis libidinum spurcarum. Sed eodem etiam nomine appellatur locus in agro Veienti quo frui soliti produntur augures Romani.

(Paul.) Obscum dicitur significare sacrum, unde et leges obsatae, id est sacratae.
Opicum quoque invenimus pro Osco. Oscis enim frequentissimus fuit usus libidinum spurcarum, unde et verba inpudentia appellantur obscena. Titinnius « Obsce et Volsce fabulantur, nam Latine nesciunt ».

Obigitat antiqui dicebant pro ante agitat, ut obambulare.

(Paul.) Obigitat ante agitat, ut obambulat.

Obinunt obeunt. **

(Paul.) Obinunt obeunt.

Obiurare <**iureiurando obstringere**>, ut est in ** Penthesilea (trag. inc. 6):

formidabant obiurare **

(Paul.) Obiurare iureiurando obstringere.

<*Obitu*> antiqui pro aditu ponebant **

(Paul.) Obitu dicebant pro aditu.

(Paul.) *Opiparum* magnarum opum apparatu[m]. <« **opipara convivia** », **id est opulenta**>.

(Paul.) *Obescet* (–it) oberit vel aderit

(Paul.) *Obferumenta* dicebant quae offerebant.

(Paul.) *Obsecrare* est opem a sacris petere.

(Paul.) *Obesus* pinguis, quasi ob edendum factus.

(Paul.) *Opertat* saepe operit.

(Paul.) *Obnoxius* poenae obligatus ob delictum.

---

nis obscena dicantur ab eius gentis consuetudine inducta). Aut hinc aut illinc Isid. Etym.), 198 (Obscenus inpurae libidinis, a vitio Obscorum dictus) ? Ridicule (quasi ' Os–cus ') rphyr. Sat. 1, 5, 62.

OBINUNT. Lacunam signavi quia suspicor Festum addidisse eius rarae formae exemum. Nam haec omnia — Obigitat, Obinunt, Obiurare, Obitu — credo fuisse in exteriore dicis paginae columella, scil. ubi nonnisi dimidiati versus inventi sunt. Vide supra de imercus (116, 2). De forma –inunt vide supra ad Explenunt (70, 3).

OBITU. Exempla, si libet, supple ex Nonio (357, 22): Accius Antigona (138) « attat, nisi e fallit in obitu sonitus », Turpilius Epiclero (66) « ecquis est qui interrumpit sermonem um obitu suo ? »

OPIPARUM. Supplevi ex Gloss. Ansil. (= Abol.) OP 199 Opipara convivia : opibus para-t : ab opulentia (aut opulenta ?). Cf. Gloss. Abba (= Abol.) Opiparum : beatum, opulentm.

OBESCIT. Vide supra ad Escit (68, 1 erit).

OBFERUMENTA. Vix spectat ad Plaut. Rud. 753 :

Ni offerrumentas habebis plures in tergo tuo (-rr –**DT** : –r– **BC** : **Non legitur A**) ; m vocis Plautinae ferrumen est etymon.

OBSECRARE. Cf. infra, s. v. Resecrare (352, 31).

OBESUS. quasi obedendo **docti**.

OBNOXIUS. Triane etyma contaminata sunt : (i) ob noxiam (cf. supra, 180, 26 Noxia,

(Paul.) [*Opilio* genus avis.] *Opunculo* (?) quod opilionis genus cantus imitantur.

(Paul.) *Obpuviat* verberat (–ret) a *puviendo* (pav– ?), id est feriendo. Unde *pueri* quod puviendo coercentur, id est plagis. Unde et *pavimenta*.

(Paul.) *Obdere* obponere vel operire.

« *Ob vos sacro* » in quibusdam precationibus est pro vos obsecro. ut « *sub vos placo* » pro supplico.

(Paul.) Ob vos sacro pro vos obsecro ut sub vos placo pro supplico.

Opportune dicitur ab eo quod navigantibus maxime utiles optatique sunt portus.

(Paiul.) Opportune dicitur ab eo quod navigantibus maxime utiles optatique sunt portus.

<*Obher*>*bescere* herbam increscere.

(Paul.) Obhe<r>bescere herbam increscere.

Oboritur agnascitur. ; nam praepositionem *ob* pro ad solitam poni testis hic versus (trag. inc. 211) : tantum gaudium oboriri ex tumultu maxĭmo,
et Ennius (Ann. 297) :

ob Romam noctu legiones ducere coepit.

(Paul.) Oboritur adnascitur.

Obnectere obligare maxime in nuptiis frequens est.

(Paul.) Obnectere obligare.

Observasse dicitur qui observat quid cuiusve causa facere debeat. Ita quod is observat (–tur ?) coluisse aliquem dicitur.

Ommentans (obm– ?) <Livius> in Odyssea cum ait (8) :

in Pylum devenies aut (haut ?) ubi (ibi ?) ommentans,

significat obmanens, sed ea significatione qua saepe fieri dicitur ; id enim est *mantare*.

Ops antiqui dicebant quem nunc opulentum, ut testimonio est non solum ei contrarium *inops* ** (trag. inc. 44) :

concedit ego egens exortus sum.

<.. **cope, id est, copiosa.**>

---

damnum significat), (ii) obnecto (cf. Isid. Etym. 10, 198 Obnexus quia obligatus est nexibus culpae), (iii) ob noxam (cf. supra, 180, 27 Noxa peccatum, etc.) ?

OPUNCULO. **An** Opiliunculo genus avis ita dictum quod eae aves opilionis etc. ?

OBPUVIAT. Cf. supra, s. v. Depuvire (61, 14 caedere.. ex Graeco est, ἀπὸ τοῦ παίειν) ; infra, s. v. Puls (284, 25 quod tripudium faceret, id est ' terri-puvium ' ; pavire enim ferire est) ; s. v. Tripudium (498, 27 a terra pavienda ; nam pavire est percutere et ferire, a quo et pavimenta ; id est Graeco, quod illi παίειν quod nos ferire). Cf. Isid. Etym. 10, 230 : Nam pavere ferire est, unde et pavimentum.

SUB VOS PLACO. Cf. infra, s. v. (402, 31 in precibus fere cum dicitur significat id quod supplico).

OPPORTUNE. Cf. Donat, Hec. 626 : 'Ἀπὸ τοῦ portus dictum opportune.

OBHERBESCERE. ante Opportune **Paul.**

OB Cf. supra, s. v. (186, 31).

OBNECTERE. Hincine Gloss. Abav. (=Abol.) OB 27 Obnectere : conligare ?

OBSERVASSE. Ita] i. e. observasse pro coluisse.

OMMENTANS. –nies vel –niens. Cf. infra, s. v. Obmanens (217, 6 pro diu manens, ut permanens), ubi altera est glossae pars. Cf. Hom. Odyss. 1, 284. Cf. ps.– Plac. Omentat expectat ; dictum a mantando, id est diu manendo.|| <tu>in Pyl. **docti.**

MANTARE. Cf. supra, s. v. (118, 1 saepe manere).

OPS. Cf. Varr. L. L. 5, 92 : Opulentus ab ope, cui eae opimae ; ab eadem inops qui eius indiget ; et ab eodem fonte copis ac copiosus. Vocabuli copis exempla profert Nonius (84, 19)

Supplevi ex Gloss. AA (=Abol.) Cope : copiosa, Copis : copiosus, dives. Cf. Glos. Ansil (=Abol.) CO 2110-2111 Cops : copia, Copsus (copis ?) : copiosus|| Priscianus vetustissimis ascribit (I 321, 24 K.) : Hic et haec et hoc ops et cops pro opulentus et copiosus.

(Paul.) Ops antiqui dicebant opulentum ; unde e contrario inops.

Obsidionalis corona est quae datur imperatori ei qui obsidione liberavit ab hostibus obsessos. Ea fit ex gramine viridi fere ex eo loco decerpto in quo erant inclusi. *Herbam* autem victoriae signum fuisse apud antiquos aliquot exemplis docuimus. Quae corona magnae auctoritatis fuit. Nam et P. Decio datae duae sunt, una ab exercitu universo, altera ab is qui fuerunt in praesidio obsessi ; et L. Sicinio Dentato, qui Achilles Romae existimatus est ac fertur centies et vicies pro republica depugnasse, coronis donatus XXVI, in his aureis VIII, civicis XIIII, muralibus tribus, obsidionali una. Inter obsidionalem et civicam hoc interesse quod altera singularis salutis signum est, altera diversorum civium servatorum.

(Paul.) Obsidionalis corona dicebatur quae ei qui obsessos liberasset ab hostibus dabatur. Ea fiebat ex gramine viridi ex eo loco decerpto in quo erant inclusi. Quae corona magnae auctoritatis erat. Civica corona singularis salutis signum erat, obsidionalis universorum civium servatorum.

Obstitum Cloatius et Aelius Stilo esse aiunt violatum attactumque de caelo. Cincius (27) ** eum qui deo deaeque obstiterit, id est qui viderit quod videri nefas esset.

(Paul.) Obstitum violatum.

Obstinato obfirmato, perseveranti ut tenere possit, ut Pacuvius (425) :

obstinati exorsus ;

ut Accius in Amphitruone (84) :

aut tam obstinato animo confisus tuo.

Cato in Q. Thermum de X hominibus (2) : Rumorem famam flocci fecit <inter>cutibus stupris obstinatus, insignibus flagitiis. Naevius in Lycurgo (50) :

vos qui astatis obstinati.

(Paul.) Obstinat obfirmat.

« *Obstrudant obsatullent* » (com. inc. 73) ab avido trudendo in gulam, non sumendo cibum. Unde et *obstrudulentum* <**adpetendum**> dixit Titinius (165) :

obstrudulenti aliquid quod pectam sedens,
aut lucu[l]entaster aut formaster frigidus.

(Paul.) Obstrudant avide trudant.

Obsidium, tamquam praesidium subsidium, recte dicitur. Cuius etiam auctor C. Laelius pro se apud populum : Ut in (uti ?) nobis terra marique simul obsidium facerent. Et Sallustius Historiarum I (46) : Magnis operibus perfectis obsidium coepit per L. Catilinam legatum.

Obstipum oblicum. Ennius lib. XVI (420) :

montibus obstipis obstantibus, unde oritur nox,

et in lib. VIII (283) :

amplius exaugere obstipo lumine solis ;

Caecilius in Imbris (99) :

resupina obstipo capitulo sibi ventum facere tunicula ;

OBSIDIONALIS CORONA. Cf. Gell. 5, 6, 8-10. Romae] Romanus **Gell**. 2, 11, 1.

HERBAM. Cf. supra, s. v. Herbam Do (88, 10).

OBSTITUM. Cf. infra, s. v. Pura Vestimenta (292, 25 ad sacrificium sacerdotes habeant, id est non obs<t>ita, non fulgurita, non funesta, non maculata).

OBSTINATO. intercut.] cf. supra, s. v. Inter Cutem Flagitatos (98, 22) ; s. v. Intercutitus (100, 24).

OBSTRUDULENTUM. Cf. ps.- Plac. Obstrudulenta : adpetenda. | lucuent.] ut lucūnulus, ex Graeco λυκόεις (Arch. Lat. Lex. 11, 332).

OBSIDIUM. Alteram partem huius doctrinae habes infra, s. v. Obsidionem (218, 2 potius dicendum esse quam obsidium adiuvat nos testimonio suo Ennius, etc.).

OBSTIPUM. –itum **codd**., ut codd. Pauli, et, ni fallor, is cod. unde hausit Gloss. Cyrill. (=Philox.) Obstitus : κατηφής. || Imbris] i. e. –riis.

Lucretius (4, 519) :

omnia mendose fieri atque obstipa necesse est.

(Paul.) Obstitum oblicum.

Obsalutare offerre salutandi gratia dicebant antiqui, ut consalutare persalutare.

(Paul.) Obsalutare salutandi gratia offerre.

(Paul.) *Obsequela* obsequium.

(Paul.) *Oleagineis coronis* ministri triumphantium utebantur quod Minerva dea belli [esse putabatur].

(Paul.) *Olentica* mali odoris loca.

(Paul.) *Olivetam* dicebant ab oleis ut a vino vindemiam.

(Paul.) *Officiosus* ab efficiendo dictus.

(Paul.) *Offucias* fallacias <a fuco>.

(Paul.) *Offucare aquam* in fauces obsorbendam dare.

(Paul). *Offectores* colorum infectores.

(Paul.) *Oxime* (?) ocissime.

(Paul.) *Oenigenos* unigenitos.

(Paul.) *Oestrum* (-us ?) furor Graeco vocabulo.

(Paul.) *Omen,* velut ' ore-men ', quod fit ore augurium quod non avibus aliove modo fit.

(Paul.) *Ovem* masculino genere dixerunt, ut « ovibus duobus », non duabus.

(Paul.) *Ovantes* laetantes ab eo clamore quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites, geminata O littera.

(Paul.) *Ovalis corona* est murtea quam habebant qui ovantes introibant cum bella

---

OBSEQUELA. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) OB 471 Obsequella : <obsequium >?

OLEAGINEIS CORONIS. Cf. Gellius 5, 6, 4 (Oleaginea corona qua uti solent qui in proelio non fuerunt, sed triumphum procurant), qui in hoc capitulo de coronis militaribus saepe ad Festum quadrat.

OLENTICA. Vide supra ad Opaca (200, 5).

OLIVETAM. Cf. infra, s. v. (220, 31 antiqui dicebant cum olea cogebatur, ut messem cum frumenta aut vindemiam cum uvae).

OFFICIOSUS. Hincine Isid. Etym. 6, 19, 1 : Officium ab efficiendo dictum quasi ' efficium ', propter decorem sermonis una mutata littera ?

OFFUCIAS. Hinc Gloss. Abol. OF 5 Offucias : fallacias ; a fuco. Et cohaerere hoc lemma cum sequente docet ps.– Plac. Offuciarum : fallaci<ar.>um aut rerum ad decipiendum speciose comparatarum ; dictum ab offucando, quod est furtim colorare, Offucas : offers vel in fraudem das. Vide ne comicus nescioqui scripserit « offucas aquam ».

OFFECTORES. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) OB 102 Obfectus : infectus vel infusus ? Cf. supra, s. v. Infectores (99, 27 qui alienum colorem in lanam coiciunt ; offectores qui proprio colori novum officiunt).

OMEN. Cf. Varr. L. L. 6, 76 : Omen, quod ex ore primum elatum est, ' osmen ' dictum : 7, 97 : Omen.. ' osmen ', e quo Sextritum ; Donat. Andr. 200 : Omen est quicquid ore dicitur.

OVEM. Cf. infra, s. v. Recto Fronte (364, 5 in commentariis sacrorum pontificalium frequenter est hic ovis et haec agnus ac porcus). ov. du.] cf. infra, s. v. Ovibus Duabus (220, 22 multabantur apud antiquos in minoribus delictis). Cf. Varro Rer. Hum. XXII (ap. Non. 216, 25) : Ut etiam multantibus qui oves duos, non duas dicunt, Homerum secuti qui ait (Il. 23, 31) πολλοὶ δ' ὄϊες ; Varro (ap. Gell. 11, 1, 4) : M. Varro verba haec legitima quibus minima multa diceretur concepit « M. Terentio, quando citatus neque respondit neque excusatus est, ego ei unum ovem multam dico ».

OVALIS CORONA. De altera parte huius glossae cf. supra. s. v. Murtea Corona (131, 7). Et aliae partes et huius et praecedentis fortasse colligendae sunt ex Gell. 5, 6, 20-23 : Ovalis

non erant indicta aut sine sanguine confecta.

Obvaricator dicebatur qui cuipiam occurrebat quo minus rectum iter conficeret.

(Paul.) Obvaricator dicebatur qui cuipiam occurrebat quominus id rectum iter conficeret.

Oufentinae tribus initio causa fuit nomen fluminis Ofens, quod est in agro Privernate mare intra et Tarracinam. Lucilius (1260) :

Priverno Oufentina venit fluvioque Ofente.

Postea deinde a censoribus alii quoque diversarum civitatium eidem tribui sunt adscripti.

(Paul.) Oufentina tribus ab Ofente fluvio dicta.

Oscillum Santra dici ait quod os *cellant*, id est inclinent praecipitesque afferantur. *Oscillantes* ait Cornificius ab eo quod os celare sint soliti personis propter verecundiam qui eo genere lusus utebantur. Causa autem eius iactationis proditur** Latinus rex, qui proelio quod ei[s] fuit adversus Mezentium Caeritum regem nusquam apparuerit, iudicatusque sit Iuppiter factus Latiaris. Itaque scit eius dies (per sex eos dies ?) feriatos liberos servosque requirere eum non solum in terris sed etiam qua vide[n]tur caelum posse adiri per oscillationem, velut imaginem quandam vitae humanae in qua altissima interdum <ad infimum>, infima ad summum efferuntur. Atque ideo memoriam quoque redintegrari initio acceptae vitae per motus cunarum lactisque alimentum quia per eos dies feriarum et oscillis moveantur et lactata potione utantur. Nec desunt qui exemplum Graecorum secutos putent Italos quod illi quoque iniuria interfecto Icaro, <cum> Erigone filia eius dolore inpulsa suspendio perisset, per simulationem **.

Ostentum non solum pro portento poni solere sed etiam participialiter <pro ostentato> testimonio est Pacuvius in Medo (238) :

atque eccum in ipso tempore ostentum senem,

et Accius in Bacchis (252) :

et praesens praesto irrideris nobis **
** stipe ultro ostentum obtulit.

(Paul.) Ostentum ostentatum.

Oscinum tripudium est quod oris cantu significat quid portendi, cum cecinit corvus cornix noctua parra picus.

(Paul.) Oscinum augurium a cantu avium.

Obstinet dicebant antiqui quod nunc ostendit, ut in veteribus carminibus (trag. inc. 215) : Sed iam se caelo cedens Aurora obstinet suum patrem.

(Paul.) Ostinet pro ostendit.

---

corona murtea est : ea utebantur imperatores qui ovantes urbem introibant ; ovandi ac non triumphandi causa est cum aut bella non rite indicta neque cum iusto hoste gesta sunt, aut hostium nomen humile et non idoneum est, ut servorum piratarumque, aut deditione repente facta ' inpulverea ', ut dici solet, incruentaque victoria obvenit ; cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret ; ac murteam coronam M. Crassus, cum bello fugitivorum confecto ovans rediret, insolenter aspernatus est senatusque consultum faciendum per gratiam curavit ut lauro, non murto coronaretur.

OBVARICATOR. Cf. infra, s. v. Praevaricatores (252, 26 a praetergrediendo sunt vocati).

OSCILLUM. Plenius Serv. Geo. 2, 388. per oscillationem] Suspicor aliquae deesse. Cf. Schol. Bern. Geo. 2, 388 : Alii dicunt : post mortem Latini regis quaesierunt eum in terra in mari, et nusquam inventum est corpus eius : quaesierunt in aere, et suspendisse se in laqueo inventum est, et initiaverunt hoc genus mortis.|| ad inf.] infimantur **Walter**.

OSTENTUM. Cf. infra, s. v. (218,22 quo nunc utimur interdum prodigii vice, quin participialiter quoque dici solitum sit non dubium facit, etc.) ; s. v. Ostentas (220, 18).

Oscines aves Ap. Claudius esse ait quae ore canentes faciant auspicium, ut corvus cornix noctua; *alites* quae alis ac volatu, ut buteo sanqualis aquila inmusulus vulturius; picamaut (pici autem) Martius Feroniusque et parra et in oscinibus et in alitibus habentur.

(Paul.) Oscines aves auspicium ore facientes.

Ostiam urbem ad exitum Tiberis in mare fluentis Ancus Martius rex condidisse et feminino appellasse vocabulo fertur; quod sive ad urbem sive ad coloniam quae postea condita est refertur, neutrum certe plura<le pro>ferri non debet.

(Paul.) Ostia urbs ab exitu Tiberis appellata.

Osculana pugna in proverbio quo significabatur victos vincere, quia in eadem ** et Valerius Laevinus imperator Romanus a Pyrrho erat victus et brevi eundem regem devicerat. Sulpicio ** item imperator noster. Eius rei meminit Titinius hoc modo (181):

haec quidem quasi Osculana pugna est <hau> secus
quia in (hi) fugere pulsi hinc spolia colligunt.

Significatur etiam *osculo* savium, ut Plautus in Nervolaria (Stich. 91):

osculum. Sat est osculi mihi <vostri>.
Qui amabo, mi pater?

Quod inter cognatos propinquosque institutum ab antiquis est maximeque feminas **

(Paul.) *Osorem* dixerunt qui aliquem odisset.

(Paul). *Ollic* illic.

(Paul.) *Obiurgatio* post turpe factum castigatio; *monitio* vero est ante commissum.

(Paul.) *Obtrectator* est qui facit quid contra recte tractantem.

OSCINES. Hincine Isid. Etym. 12, 7, 76: Oscines aves vocant quae ore cantuque auspicium faciunt, ut corvus cornix picus; alites quae volatu ostendere futura videntur? Etiam Gloss. Abba (= Abol.) Oscines aves: quae cantando auspicia faciunt? Cf. Varr. L. L. 6, 76: Oscines dicuntur apud augures quae ore faciunt auspicium.

ALITES. Cf. supra, s. v. (3.10 volatu auspicia facientes istae putabantur: buteo sanqualis inmusulus aquila vulturius).

OSTIAM. Cf. Charis. p. 98, 14 K.: Ostia exitus fluminum in mare neutro genere semper pluraliter dicuntur; sed si urbem significare voles, singularem potius numerum observabis quamvis Sallustius frequenter etiam plurali numero urbem significet.

OSCULANA PUGNA. i. e. Ausc- (Schwyzer, Rhein. Mus. 77, 108). Sulp.] P. Sulpicius Saverrio Asculanam pugnam infeliciter fecit.

OSCULUM. Nervol.] cf. supra s. v. Nassiterna (168, 18). Hincine Gloss. Philox. OS 8 Osculum: φίλημα εὐσεβείας? Quae desunt supplent docti ex duro Catone ap. Plin. N. H. 14, 90; tu supple, si libet, ex Serv. auct. Aen. 1, 356: Quidam osculum filiis dari, uxori basium, scorto savium dicunt: Donat. Eun. 456: Oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectuum, savia libidinum vel amorum. Cf. Gloss. Philox. BA 45 Basium: φίλημα, SA 160 Savium: φίλημα ἑταιρικόν.

OSOREM. Hucine redit Gloss. Abol. OS 2 Osores, odibiles, Osores sic osores ab odio sicut amatores ab amore vocantur; Isid. Etym. 10, 197: Osor inimicus, ab odio dictus sicut amator ab amore; et est generis communis. Odibilis: odio aptus? Illud Isidori 'et est g. c.' provenit ex Placido (non ps.-Plac.): Osor dicitur qui alium odio habet, et est nomen generis communis, hic et haec osor: 'osrix' enim dici non potest nisi a stultis. Certius ad Festum redit Gloss. Philox. OS 2 Osor: μισήτης ἀρχαίως.

OLLIC. Sic gl. Cyrill. (= Philox) corrigo, Illoc (ollic cod.): ἐκεῖσε.

OBTRECTATOR. Cf. supra, s. v. Obtrectat (203, 17 contra sententiam tractat).

(Paul.) *Obmanens* pro diu manens, ut permanens.

(Paul.) *Offringi* terra dicitur cum iterum transverso sulco agatur.

Optima lex ** in magistro populi faciundo qui vulgo dictator appellatur quam plenissimum posset ius eius esse significabatur, ut fuit Mani Valerii M. f. Volus[u]inae gentis qui primus magister a populo creatus est. Postquam vero provocatio ab eo magistratu ad populum data est, quae ante non erat, desitum est adici ' ut optima lege ', ut pote imminuto iure priorum magistratuum.

Originum libros quod inscripsit Cato non satis plenum titulum propositi sui videtur amplexus, quando praegravant ea quae sunt rerum gestarum populi Romani.

Optio qui nunc dicitur antea appellabatur *accensus*. Is adiutor dabatur centurioni a tribuno militum. Qui ex eo tempore <quo optare> quem velint centurionibus permissum est etiam nomen ex facto sortitus est. Plautus in Asinaria (96) :

qua me, qua uxorem, qua tu servum Sauream
potes circumduce aufer ; promitto tibi non obfuturum si id effeceris.
tibi optionem sumito Leonidam.

Obsidionem potius dicendum esse quam obsidium adiuvat nos testimonio suo Ennius in Telamone cum ait (278) :

scibas natum ingenuum Aiacem cui tu obsidionem paras.

Item alio loco (330) :

Hector, qui haud cessat obsidionem obducere.

Orare antiquos dixisse pro agere testimonio sunt [quod] et oratores et i qui nunc quidem legati, tunc vero *oratores* quod reipublicae mandatas partis agebant ; Ennius quoque cum dixit in lib. I Annalium (20) :

face vero quod tecum precibus pater orat.

(Paul.) Orare antiqui dixerunt pro agere. Unde et oratores causarum actores et oratores qui nunc legati quod reipublicae mandata peragerent.

Oscos quos dicimus ait Verrius Opscos antea dictos teste Ennio cum dicat (Ann. 296) :

de muris rem gerit Opscus.

Adicit etiam quod stupra inconcessae libidinis *obscena* dicantur ab eius gentis consuetudine inducta. Quod verum esse non satis adducor, cum apud antiquos

---

OBMANENS. Cf. supra, s. v. Ommentans (208, 5 significat obmanens). Duae, ut videtur, unius glossae partes.

OPTIMA LEX. Cf. supra, s. v. (204, 21).

OPTIO. Cf. supra, s. v. (201, 24 is quem decurio aut centurio optat sibi rerum privatarum ministrum quo facilius obeat publica officia). Cf. Varr. L. L. 5, 91 : Quos hi decuriones administros ipsi sibi adoptabant optiones vocari coepti, quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt ; Vit. Pop. Rom. III (ap. Non. 68, 1) : Referentibus centurionibus et decurionibus adoptati in cohortes subibant ut semper plenae essent legiones ; a quo optiones in turmis decurionum et in cohortibus centurionum appellati.

OBSIDIONEM. Cf. supra, s. v. Obsidium (210,5 tamquam praesidium, subsidium recte dicitur, etc.) Aut duae eiusdem glossae sunt partes, aut secum pugnat Festus.

ORARE. Cf. supra, s. v. Adorare (17, 26 apud antiquos significabat agere ; unde et legati oratores dicuntur quia mandata populi agunt).

ORATORES. Cf. supra, s. v. (196,9).

OSCOS. Cf. supra, s. v. Obscum (204, 24). Vix huc revocanda gl. Abol. OB 72 Obscenas : ore saevas (scaevas ?) id est male canentes. Potius Gloss. Philox. OB 58 Obscenus : αἰσχροποιός, ἀσελγής, αἰσχρὸς τρόποις καὶ ἐλαττώμασιν, ἀκάθαρτος, ἀπαίσιος (saltem glossae duo ultima verba).

omnis fere obscena dicta sint quae mali ominis habebantur, ut illa Vergilii testimonio sunt, ut superiorum auctorum exempla referre non sit necesse, cum ait (Aen. 3, 241) :

Harpyias obscenas volucres,

et (Aen. 3, 367) :

obscenamque famem.

Ob praepositione antiquos usos esse pro ad testis est Ennius cum ait lib. XIV (Ann. 396) :

omnes occisi obcensique in nocte serena,

id est accensi. Et in Iphigenia (202) :

Acherontem adibo ubi Mortis thesauri obiacent.

Eiusdem autem generis esse ait obferre obtulit obcurrit oblatus obiectus. Mihi non satis persuadet.

Ostentum, quo nunc utimur interdum prodigii vice, quin participialiter quoque dici solitum sit non dubium facit etiam C. Gracchus de legibus a se promulgatis cum ait : Quod unum nobis in ostentum, ipsis in usum adportatur.

Occisitantur saepe occiduntur. Sic C. Gracchus pro rostris in P. Popillium : Homines liberi nunc in oppido occisitantur.

(Paul.) Occisitantur saepe occiduntur.

Osi sunt ab odi [o] declinasse antiquos testis est C. Gracchus in ea quae est de lege Minucia cum ait : Mirum si quid his iniuriae fit ; semper eos osi sunt. Quod nunc quoque cum praepositione elatum frequens est, quando dicimus perosi.

(Paul.) Osi sunt ut perosi sunt dicebatur.

Ostende ostendam, ut permultis aliis exemplis eius generis manifestum est.

Optionatus ut decurionatus pontificatus dicitur, ut Cato in ea quam habuit apud equites (2) : Maiores seorsum atque divorsum pretium paravere bonis atque strenuis, decurionatus optionatus hastas donaticas aliosque honores.

(Paul.) Opti<o>natus ut decurionatus sive pontificatus dicitur.

Ob os ad os significat <Cato> item ut superioribus quoque exemplis testatus est.

(Paul.) Ob os significat ad os.

Obsonitavere saepe obsonavere Cato in suasione <ne> de lege Orchia derogaretur (1): Qui antea obsonitavere <aere>, postea centenis obsonitavere.

(Paul.) Obsonitavere saepe obsonavere. Significat autem convivari.

Ostentas saepe ostendis gloriandi causa. Sed et participialiter id et dici debet et dictum est feminino genere.

(Paul.) Ostentas saepe ostendis gloriandi causa.

(Paul.) *Opigenam Iunonem* matronae colebant quod ferre eam opem in partu laborantibus credebant.

(Paul.) *Oletum* stercus humanum. Veranius (10) : Sacerdotula in sacrario Martiali fecit oletum.

Ovibus duabus multabantur apud antiquos

OB. Cf. supra, s. v. (186, 31). obiac.] cf. infra, s. v. Obiacuisse (222, 20 ante iacuisse).|| es. ait] scil. Verrius, qui nimirum exempla horum quinque verborum citaverat.

OSTENTUM. Cf. supra, s. v. (214, 3) ; infra, s. v. Ostentas (220, 18).|| etiam] ad 214,5, ubi citantur Pacuvius et Accius testes, revocat Reitzenstein (Verrianische Forschungen 19).

OSTENDE. Vide supra, ad Dice (63, 18 pro dicam antiqui posuere). Catoni imputa.

OPTIONATUS. hast. don.] cf. supra, s. v. Hastae (90,21 Romani fortes viros saepe hasta donarunt).

OB OS. Cf. supra, s. v. Ob (186, 31 ; 218, 21).

OBSONITAVERE. aere] add. Walter.

OSTENTAS. partic.] cf. supra, s. v. Ostentum (214, 3 ; 218,27).

OPIGENAM. Cf. Mart. Cap. 2, 149 : Opigenam te quas vel in partus discrimine vel in bello protexeris precabuntur. Vide supra ad Cinxiae Iunonis (55, 20) :

OVIBUS DUABUS. Antiquitus ' ov. duobus ' (cf. supra, s. v. Ovem, 213,4). pecul.] cf.

· in · minoribus delictis ut in maioribus am (XXX ?) bubus : nec hunc ultra numerum excedebat multatio, quae postea quam aere signato uti civitas coepit pecoraque mul<ta>ticia incuria corrumpebantur — unde etiam *peculatus* crimen usurpari coeptum est —, facta est aestimatio pecoralis multae, et boves centenis assibus, oves denis aestimatae. Inde *suprema multa*, id est maxima, appellatur tria millia aeris ; item vicesis minoribus delictis.

Olivetam antiqui dicebant cum olea cogebatur, ut messem cum frumenta aut vindemiam cum uvae. Quod vocabulum potius frequentari debebat quam nullum eius significationis causa haberemus quamvis quidam *olivitatem* [m]eam dicant.

Oppidorum originem optime refert Cicero lib. I de Gloria (8) eamque appellationem usurpatione[m] appellatam esse existimat quod opem darent, adiciens « ut imite[tu]r ineptias Stoicorum ».

(Paul.) Oppidum dictum est quod opem praebet.

Orcum quem dicimus ait Verrius ab antiquis dictum ' Ur[a]gum ', quod et U litterae sonum per O efferebant et per C litterae formam nihilominus G usurpabant. Sed nihil affert exemplorum ut ita esse credamus, nisi quod is deus nos <morte>maxime urgeat.

(Paul.) Orcus ab urguendo mortem dictus. C enim pro G frequenter ponebant antiqui.

Obmoveto pro admoveto dicebatur apud antiquos, ut alia quae supra relata sunt.

Offendices ait esse Titius nodos quibus apex retineatur et remittatur. At Veranius (9) coriola existimat quae sint in loris apicis quibus apex retineatur et remittatur, quae ab offendendo dicantur : nam cum ad mentum perventum sit, offendi mentum.

(Paul.) Offendices dicebant ligaturae nodos quibus apex retinebatur. Id cum venisset ad mentum dicebatur offendi mentum.

Oluatium (?) Antistius Labeo (9) ait esse mensurae genus.

Occultum offerre significat sub terram fere ponere.

Obiacuisse ante[a] iacuisse.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

? (Gloss. Philox. OC 8) *Occipit* : ἄρχεται.

(Gloss. Abol. OC 6-7) *Oculi emissicii* : exstantes, eminentes.

---

nfra. s. v. (232, 29 ; 268, 33). aestim.] cf. supra. s. v. Aestimata Poena (23,1 ovem decussis, ovem centussis, hoc est decem vel centum assibus). supr. mul] cf. supra s. v. Multam Maximam (129,8 trium milium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ovibus quemquam multari, aestimabaturque bos centussi[bu]s, ovis decussi[bu]s.)

OLIVETAM. Cf. supra. s. v. (211,7 dicebant ab oleis ut a vino vindemiam).

OLIVITATEM. Exempla habes ap. Non. 148, 1. v. g. Varr. R. R. 1, 59, 4. Sed oleitatem (oletat– ?) usurpat Cato R. R. 144,5 (cf. Goetz praef. p. xi).

OPPIDORUM. praeb.] etymologiam obscurat Paulus noster. Cf. supra. s. v. Oppidum (201,6 dictum quod ibi homines opes suas conferunt).

ORCUM. Hinc nimirum Gloss. Abol. OR 32 Orcus secundum stultitiam Gentilium deus inferni dictus ab urgendo mortem (–te ?).

OBMOVETO. supra] s. v. Ob (218, 21), etc. Hinc Gloss. Abol. OB 13. Obmoveto : pro moveto adante. Vocem propriam, ut videtur, rei divinae usurpat Cato R.R. 134 (obm., omm.) ; 141, 4.

OFFENDICES. Hinc Gloss. Abol. OF 6 Offendix : nodus proprie quo apex flaminum restringitur et remittitur.

OCULI EMISSICII. Adde Plaut. Aul. 41 :

circumspectatrix cum oculis emissiciis.

Oculi grammosi : crassa pituita obsiti.

(Gloss. Philox. OF 13 ; Abol. OF 4) *Offimentum* : ἧλος.

Offivebant : claudebant seris.

? (Gloss. Fest.) *Ola* : summi umeri pars posterior.

? (Gloss. Abol. OP 1) *Opus Musaeum* : carmen Musarum.

(Gloss. Abol. OR 31) *Oratio* : dictio vel oris ratio.

(Schol. Isid.) Hos Romani alio nomine *Orcinos* dicunt ideo forsitan quia acceperint libertatem sicut et vas quod aquas accipit orca dicitur, sicut et qui [apud Gentiles] putatur mortuos accipere, Orcus.

(Gloss. Abol. OS3) *Ostenta* : proprie appellantur quae se sine corporibus solidis hominibus ostendunt et oculis atque auribus obiciuntur, qualia quondam apparuerunt venatio in caelo, arma, Furiae, nocte lux, interdiu tenebrae.

P

I. Ex apographo Festi, codice Festi, Paulo.

Praeceptat in Saliari carmine est saepe praecipit.

(Paul.) Praeceptat saepe praecipit.

Pa (?) pro parte et *po* (?) pro potissimum positum est in Saliari carmine.

Promenervat item pro monet.

Praedotiont (–opi– ?) praeoptant.

Prospices (?) prospice (–cae ?).

Pesnis (?) pennis, ut *Casmenas* dicebant pro Camenis et *cesnas* pro cenis.

Polteo (?) pro ulteriore.

Polet pollet, quia nondum geminabant antiqui consonantes.

Plisima (?) plurima.

(Paul.) Plisima plurima.

Pr<a>e tet tremonti praet<r>emunt pe (te).

Perfines (?) perfringas.

Promeriom praecipuum, praeter ceteros meritum ; aut ' promedium ', hoc est

---

OCULI GRAMMOSI. Adde Caecil. 286 :

grammosis oculis ipsa, atratis dentibus.

OFFIVEBANT. Cf. supra, s. v. Fivere (81, 23 apud Catonem pro figere).

OLA. Vide supra in Praefatione, p. 75.

ORATIO. Cf. Isid. Etym. 1, 5, 3 : Oratio dicta quasi oris ratio. Cum Glossarium Abolit[a] nihil de Isidoro hauserit, consensus eius glossarii cum Isidoro indicat hanc gl. esse Festinam.

OSTENTA. Cf. infra, s. v. Portenta Rerum (284, 30 fieri dicuntur cum solida corpor[a] quae raro se ostendunt apparent, ut cometae turbines barathra tonitrua sereno caelo facta) Cf. Class. Quart. 22, 117.

Apographum Festi adhibemus usque ad Peremere (236.30) ubi Festi codex iterum praesto est.

PRAECEPTAT. Sal. carm.] unde omnia haec lemmata usque ad Pilumnoe Poploe.

PROMENERVAT. Cf. supra, s. v. Minerva (109, 27 dicta quod bene moneat) || **vix** promonet.

PESNIS. **An** –nais ? **An** –neis ? Cf. supra, s. v. Dusmo in Loco (59, 4 antiqui enim interserebant S litteram et dicebant cosmittere pro committere et Casmenae pro Camenae) infra, s. v. Pennas (228,7 antiquos fertur appellasse petnas.. item easdem pesnas,ut cesnas)

POLET. nond. gem. cons.] Vide supra ad Anus (5, 25).

PLISIMA. plisima **vel** plisma **apographi codd**. : plisima **codd. Pauli** : plusima **cod. Varronis** (L. L. 7, 27 plusima plurima) : ploisuma **docti**.

PRAE TET TREMONTI. Cf. Ter. Scaur. 28,9 K. : Numa in Saliari carmine :

(?) cume tonas, Leucesie, prae tet tremonti, etc.

participat<um>, ut ' pro indiviso ' dicimus.

Priviel[i]oes (-lois ?) privis, id est singulis.

Petilam suram siccam (sectam) et substrictam vulgo interpretatur. Scaevola (17) ait ungulam albam equi ita dici.

(Paul.) Petilam suram significat ungulam equi albam.

Pilumnoe poploe in carmine Saliari Romani, velut pilis uti assueti vel quia praecipue pellant hostis.

Praepetes aves quidam dici aiunt quia secundum auspicium faciant praetervolantes ; alii quod aut ea quae praepetamus indicent aut quod praetervolent ** ait (ali) ex Graeco tractum putant quod ante conspectum volent nostrum, inepte scilicet ex praepositione Latina componente<s> et Graeco vocabulo. Ceterum poetae promiscue omnis aves ita appellant.

Pilare, Compilare sunt qui Graecae originis **

(Paul.) Pilare et compilare a Graeco trahitur. Graeci enim fures φηλητάς dicunt.

(Paul.) *Pilat* pilos habere incipit ; alias pro detrahit pilos, a quo *depilati*.

(Paul.) *Pila* quae parietem sustentat ab obponendo est dicta.

(Paul.) *Pilentum* vehiculi genus quo matronae ferebantur.

(Paul.) *Pilani* pilis pugnantes.

(Paul.) *Pel[l]icator* qui pellicit ad fraudem.

(Paul.) *Pellirem* (?) *galerum* quia fiebat ex pelle.

PETILAM. Cf. Non. 149, 5 : Petilum tenue et exile, etc. Etianne alibi tractavit hanc vocem Festus ? Nam Gloss. Corp. (= Abol. ?) habet (P 471) Plautus (Petilus) : gracili corpore. Cf. Isid. Etym. 12, 1, 52 : Qui autem (scil. equi) albos tantum pedes habent petili appellantur, qui frontem albam calidi ; Gloss. Philox. CA 71 Calidus (calculosus **vel** caeredus **codd.**) : λευκομέτωπος.

PRAEPETES AVES. Cf. infra, s. v. (286, 15 dicuntur quae se ante auspicantem ferunt ; nam antiqui praepetere dicebant pro anteire). Hincine Gloss. Abol. PRAE 45 Praepetes aves : quae volatu suo auguria ostendunt (quibus addit Gloss. Ansil. PR 615 dictae autem praepetes quia omnes aves priora petunt volantes) ? Cf. Serv. auct. Aen. 3, 361 : Praepetes sunt quae secundo auspicio ante eum volant qui auspicatur, etc.

COMPILARE. Cf. supra, s. v. (35, 23 cogere est et in unum condere).

PILAT. Prioris usus duo exempla affert Non. 39, 26 : Afran. Compit. 32 « praeterea nunc corpus meum pilare primum coepit » ; Nov. Exod. 19 « pati dum poterunt, antequam pugae pilant ». detr. pil.] Hucine redit Gloss. Philox. PI 24 Piligerat : τριχολογεῖ ?

PILA. Cf. infra (in parte ii), s. v. **An** ab <pellendo, id est>obp ?

PILENTUM. Scripsitne Festus tam plene quam Servius (et Serv. auct.) Aen. 8, 666 (pilentis matres in mollibus) ? Scholium bene restituit Heraei emendatio ' lectico-cisia ' : Pilenta sunt vehicula sicut nunc basternas videmus ; erant autem tunc veneti coloris, non ut nunc sunt russati. quibus nisi castae non utebantur.. quidam pilenta lecticocisia sed vulgo dicta tradunt.

PILANI. Cf. Varr. L. L. 5, 89 : Hastati dicti qui primi hastis pugnabant, pilani qui pilis, principes qui a principio gladiis, etc.

PELICATOR. Cf. infra, s. v. Paelices (248, 1).

PELLIREM. vix Pilleum ; ut Isidorus (Etym. 19, 30, 5) : Galerum pilleum ex pelle caesae hostiae factum : pilleum autem dictum a pelle hostiae unde fiebat (ubi illa ' gal. fac.' ex Serv. auct. Aen. 2, 683 hausta sunt). Vide ne Festus scripserit sic fere : Galerum interpretantur quasi ' pellerum ', etc. Cf. Gloss. Ansil. GA 15 Galerus : corium ; inde et galea.

(Paul.) *Pellexit* in fraudem induxit.

(Paul.) *Pelluviae* quibus pedes lavantur, ut *malluviae* quibus manus.

(Paul.) *Pelamys* genus piscis dictum quod in luto moretur quod Graece dicitur πηλός.

(Paul.) *Pellem* habere Hercules fingitur ut homines cultus antiqui admoneantur. Lugentes quoque diebus luctus in pellibus sunt.

(Paul.) *Pillea* Castori et Polluci dederunt antiqui quia Lacones fuerunt, quibus pilleatis militare mos est.

(Paul.) *Pelta* genus scuti.

Picati appellantur quidam quorum pedes formati sunt in speciem Sphingum, quod eas Dori Φῖκας vocant.

Petulantes, et *petulci* etiam, appellantur qui protervo impetu et crebro petunt laedendi alterius gratia. Vergilius in IV Georg. (10) :

neque oves haedique petulci
floribus insultent ;

<et> (Lucr. 2, 368) :

cornigeras norunt matres agnique petulci

et Afranius in Ida (188) :

nostrum in conventum aut consessum
ludum lapsumque petulcum.

Interdum pro veloce usi videntur antiqui ut hoc versu intelligi potest (com. inc. 35) :

exilivit quasi petulcus quidam pedibus convibravit.

Petrarum genera sunt duo. Quorum alterum naturale saxum prominens in mare cuius Ennius meminit lib. XI (Ann. 11 365) :

alte delata petrisque ingentibus tecta

et Laevius in Centauris (10) :

ubi ego saepe petris.

Alterum manu factum, ut docet Aelius Gallus (11) : Petra est quî locus dextra ac sinistra fornicem expletur usque ad libramentum summi fornicis.

Petissere antiqui pro petere dicebant e

PELLEXIT. Hinc Gloss. Abol. PE 2 Perlexit : in fraudem induxit (quae glossa appare etiam in Gloss. Abstr. PE 22). Cf. supra, s. v. Lacit (104, 16 inducit in fraudem) ; infra, s v. Paelices (248,1).

PELLUVIAE. Eadem supra, s. v. Malluvium Latum (152,26 a quo malluviae dicunt quibus manus sunt lautae, perinde ut quibus pedes pelluviae). Cf. infra, s.v. Polubrum (28 28 pelluvium in sacrificis vas quod nos pelvem dicimus). Addideratne hic Festus pelvis men tionem ? Cf. Vel. Long. p. 65, 19 K. : A pelluendo pelvis et apud antiquos τρισυλλάβο pelluis, quae nunc in synaeresi pelvis dicitur ; ps.- Plac. Pelvis : ab eo quod pedum pell vio sit, ut malluvium manuum.

PELLEM. Hercules] Cf. supra, s. v. (89, 22). Cultu|ant.] Cf. supra, s. v. In Pelle Lanat (102,1 nova nupta considere solet propter morem vetustum, quia antiquitus pellibus hom nes erant induti. Cf. Varr. R. R. 2, 11,11 : Neque non quaedam nationes caprarum pellib sunt vestitae, ut in Gaetulia et in Sardinia : cuius usum apud antiquos quoque Graec fuisse apparet quod in tragoediis senes ab hac pelle vocantur diptheriae et in comoedi qui in « rustico opere » morantur ut apud Caecilium in Hypobolimaeo habet adulescen apud Terentium in Heautontimorumeno senex.

PELTA. Cf. Plac. (non ps. -Plac.) : Pelta est genus scuti in modum lunae semis vel mag tertiae aut quartae quibus Amazones utuntur in pugna.

PICATI. Dori] i. e. Dorii (cf. Friedrich ad Catull. 64, 287).

PETULCI. nostr. in conv.] praecesserat ut puta ‘ Neve intulerit quis ’. Hincine Glos Abol. PE 52-54 ; 56-57 ?

PETRARUM. ego] echo **Scal.** || fornicem] Cf. Prisc. I p. 312, 22 : Similiter nos ‘ dextr illum ’ et ‘ sinistra illum ’.

PETISSERE. **post** Pepteides (235, 11) **Paul.** petissant] Cur haec forma profertur

quidem forma verbi qua sunt lacessere et incessere, sed, ut mihi videtur, cum significabant saepius petere, et « petissant » saepius petant.

(Paul.) Petissere petere.

etrones rustici fere dicuntur propter vetustatem et quod deterrima quaeque ac praeruptus iam (praeruptissima) agri *petrae* vocantur, ut *rupices* idem a rupibus.

(Paul.) Petrones rustici a petrarum asperitate et duritia dicti.

tauristas Lucilius a peteuro appellatos existimare videtur quando ait (1298) :

sicuti mechanici cum alto exiluere peteuro.

At Aelius Stilo <quod> in aere volent cum ait : Petaurista proprie Graece ideo quod is πρὸς ἀέρα πέταται.

tor<r>itum et Gallicum vehiculum esse et nomen eius dictum existimant a numero quattuor rotarum ; alii Osce quod quoque *pitora* quattuor vocent ; alii Graece, sed Αἰολικῶς dictum.

(Paul.) Petoritum vehiculum Gallicum. Alii Osce putant dictum quod hi pitora quattuor appellant ; quattuor enim habet rotas.

timina in umeris iumentorum ulcera et vulgus appellat et Lucilius meminit cum ait (1347) :

ut petimen naso aut lumbos cervicibus tangat.

Eo nomine autem et inter duos armos suis quod est aut pectus (?) appellari solitum testatur Naevius in descriptione suillae cum ait (com. 122) :

petimine piscino (porc– ?) qui meruerat.

(Paul.) Petimina in humeris iumentorum ulcera.

Pennas antiquos fertur appellasse 'petnas' ex Graeco, quod illi πετηνά quae sunt volucria dicant ; item easdem *pesnas*, ut *cesnas*.

Pictor Zeuxis risu mortuus dum ridet effuse pictam a se [anum] γραῦν. Cur hoc loco relatum sit a Verrio, cum de significatu verborum scribere propositum habuerit, equidem non video, cum versiculos quoque ea de re rettulerit et ineptos satis et nullius [praetoris] praetexto nomine ; qui tamen sunt hi (com. inc. 10) :

nam quid modi facturu's risu denique ?
Nisi pictor fieri vult qui risu mortuus est.

<*Picta toga.*> Picta quae nunc toga dicitur, *purpurea* ante vocitata est, eaque erat sine pictura. Eius rei argumentum est ** pictum in aede Vertumni et Consi quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera T. Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt. *Tunica palmata* autem a latitudine clavorum dicebatur, quae nunc a genere picturae appellatur.

(Paul.) Picta quae nunc toga dicitur

Laudaturne versus antiqui scriptoris (puta Lucilii) ? An quia praecesserat mentio formae 'cessant' (cf. 77, 3) ?

RUPICES (anapaestice pronuntiand.) Cf. Marx ad Lucil. 1121, quem versum Festus ita, s. v. Squarrosus (442, 5), citavit :

varonum ac rupicum squarrosa incondita rostra.

Vide igitur ne doctrina de Petronibus nil nisi pars fuerit doctrinae a glossographis ad hunc Lucilii versum illustrandum congestae.

PETORRITUM. Crede Lucilium vocabulo esse usum, et illud quidem in versu inter 1298 et 1347 alicubi posito.

PETIMINA. Hinc Gloss. Philox. PE 336 Petimen : κτήνους ἕλκος,

PENNAS, i. e. a Graeco πετ. quasi 'pet-nas'. Pesna autem vera antiqua forma est. Cf. supra, s. v. (222, 25) Pesnis (pennis, ut Casmenas dicebant pro Camenis et cesnas pro cenis), ex Carmine Saliari.

PICTA TOGA au. pal. **cod.** a lat. clav. dic.] scil. laticlavia. Cf. Liv. 30, 15, 11 (toga picta et palmata tunica) ; 31, 11, 11 (toga purpurea et palmata tunica).

ante vocabatur purpurea, eaque erat sine pictura.

Impetum (?), industrium, indulgentem perinde composita esse ait Verrius atque impune et immunis. Mihi non satis persuadet.

Pietati aedem consecratam ab Acilio aiunt eo loco quo quondam mulier habitaverit quae patrem suum inclusum carcere mammis suis clam aluerit : ob hoc factum impunitas ei concessa est

(Paul.) Pietatem ut deos ceteros colebant Romani.

Picum avem quidam dictum putant a Pico rege Aboriginum quod is solitus sit**.

(Paul.) *Pendere poenas* solvere significat ab eo quod, aere gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant : unde etiam *pensiones* dictae.

(Paul.) *Penetralia* sunt Penatium deorum sacraria.

(Paul.) *Peniculi* spongiae longae propter similitudinem caudarum appellatae. *Pene* enim vocabantur caudae.

(Paul.) *Penetrare* penitus intrare.

(Paul.) « *Pennatas inpennatasque agnas* » in Saliari carmine spicas significat cum aristis et alias sine aristis : *agnas* nova voluit intellegi.

(Paul.) *Penora* dicuntur res necessariae ad victum cotidianum, et locus earum *penarius*.

(Paul.) *Pentathlum* antiqui *quinquartium* (–quert–) dixerunt. Id autem genus exercitationis ex his quinque artibus constat iactu disci, cursu, saltu, iaculatione, luctatione.

IMPETUM. an quasi indu-petum ? vix Indeptum (nam Pet–, non Ap- hic postulatur) industr.] Cf. supra, s. v. (94, 15 antiqui dicebant ' indo– struum ' quasi qui, quicquid ageret, intro strueret et studeret domi) ; infra, s. v. Struere (408, 33.. unde industrios).

PIETATI. Acil.] cf. Liv. 40, 34, 5. De Perone et Mycone cf. Notizie Scavi 1900, p. 19

PICUM. Pi. rege] Cf. infra, s. v. Picum Regem (288, 3). Quae desunt supple ex Serv. Aen. 7, 190 : Augur fuit et domi habuit picum per quem futura noscebat ; quod pontificales indicant libri.

PENDERE POENAS. Cf. infra, s v. Poenas Pendere (278, 23 in eo proprie dicitur q ob delictum pecuniam solvit quia penso aere utebantur) ; supra, s. v. Dispensatores (6 21 dicti quia aes pensantes expendebant, non adnumerabant) ; s. v. Grave Aes (87, 8 dictum a pondere, etc.).

PENETRALIA. Cf. infra, s. v. Penetrale Sacrificium (296, 28 dicitur quod interiore parte sacrari conficitur ; unde et penetralia cuiusque dicuntur, et penes nos quod in potestate nostra est). Cf.Serv.auct. Aen. 3,12 : Penates appellantur quod in penetralibus aedium coli soleant ; nam et ipsum penetral penus dicitur, ut hodie quoque penus Vestae, etc.

PENICULI. Cf. infra, s. v. Penem (260, 15 antiqui codam vocabant ; a qua antiquitate etiam nunc.. peniculi quis calciamenta tergentur, quod e codis extremis faciebant antiqui qui tergerent ea).

PENETRARE. Hinc Gloss. Ansil. (=Abol.) PE 349 Penetrare : penitus intrare.

PENNATAS. agnas] Cf. Theophrast. Hist. Plant. 8, 7, 5 : Στάχυες μικροὶ καὶ τούτων ο καλοῦσιν ἄγνας.

PENORA. Hinc nimirum Gloss. Philox. PE 73 Penusa : βρῶτα καὶ πότα. Cf. inf s. v. Pignosa (232, 21). Lemmati igitur Pennatas successeratne lemma Penusa, ambo Carm. Sal. tracta ?

PENTATHLUM. Cf. infra, s. v. Quinquertium (306,8 vocabant antiqui quem Gra πένταθλον).

'*iscatorium aes* vetusto more appellatur quod in monte Albano datur pro piscibus.

'*edam* vestigium humani praecipue pedis appellasse antiquos in commentariis quibusdam inveniri solet.

(Paul.) Pedam vestigium humanum appellabant.

'*escia* in Saliari carmine Aelius Stilo dici ait capitia ex pellibus agninis facta, quod Graeci pelles vocent πέσκη neutro genere pluraliter.

'*estiferum fulgur* dicitur quo mors exiliumve significari solet.

'*isatilem* appellat Naevius (com. 113 a) Pantaleontem, id est e Pisis oriundum tyrannum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur.

(Paul.) Pisatilem Naevius dixit e Pisis oriundum.

'*edibus* obsitum, id est pediculis, Titinius *pedicosum* appellat hoc modo (177) :

rus detrudetur pedicosus, squalidus.

'edes autem pro pediculis sic Plautus refert in Curculione (500) :

item genus <est lenonium> inter homines meo quidem animo.
ut muscae culices cimices pedesque pulicesque ;

t Livius in Gladiolo (com. 1) :

pulicesne an cimices an pedes ? responde mihi ;

t Lucilius (883) :

ubi me vidit caput scabit, pedes legit.

(Paul.) Pedes dicuntur quos deminutive pediculos dicimus. Ab his pedicosi appellantur, ut est illud « Pedicosus squalidus ubi me vidit caput scabit, pedes legit ».

Pesestas inter alia quae [in]inter precationem dicuntur cum fundus lustratur significare videtur pestilentiam, ut intelligi ex ceteris potest cum dicitur : Avertas morbum mortem labem nebulam impetiginem **.

(Paul.) Pesestas dicebatur pestilentia.

Pedum baculi genus incurvum, ut Vergilius in Bucolicis cum ait (5, 88) :

at tu sume pedum quod me, cum saepe rogaret.

(Paul.) Pedum baculi genus incurvum. Vergilius « at tu sume pedum ».

« *Pedem struit* » in XII (1, 2) significat fugit, ut ait Ser. Sulpicius (6).

(Paul.) Pedem struit dicebant pro eo quod est fugit.

Pistum a pinsendo pro molitum antiqui frequentius usurpabant quam nunc nos dicimus.

Pedarium senatorem ** significat Lucilius cum ait (1102) :

agipes vocem mittere coepit.

Qui ita appellatur quia tacitus transeundo ad eum cuius sententiam probat quid sentiat indicat.

PEDAM. Cf. ps.– Plac. (ap. praef. anthol. Salmas.).

PESTIFERUM FULGUR. Cf. infra, s. v. Pestifera Fulgura (284, 11 quae mortem aut xilium ostendunt).

PEDIBUS. Ecce iterum Pauli errorem, ut supra, s. v. Neminis (159,5). Lucili versum .c profert Non. 472,31 :

hic ubi me vidit subblanditur palpatur caput scabit.

PESESTAS. Vix –tis (unde pestis) ? Cf. infra, s. v. Viduertas (507, 14).

PEDUM. Cf. infra, s. v. (292.7 est baculum incurvum quo pastores utuntur ad comrehendendas oves aut capras a pedibus : cuius meminit etiam Vergilius in Bucolicis cum it « at tu sume pedum »).

PEDEM STRUIT. Hinc Gloss. Philox. PE 40 Pedem struit : φεύγει. Cf. infra, s. v. truere (408,36 in XII quod est « si calvitur pedemve struit, manum endo iacito »).

PEDARIUM. Cf. Gell. 3, 18.

Piscatorii ludi vocantur qui mense Iunio trans Tiberim fieri solent pro quaestu piscantium.

(Paul.) Piscatorii ludi dicebantur qui fiebant pro quaestu piscantium.

Piscinae publicae hodieque nomen manet — ipsa non extat —, ad quam et natatum et exercitationis alioqui causa veniebat populus. Unde Lucilius ait (1266) :

pro obtuso ore pugil piscinensis reses.

Pectenatum tectum dicitur a similitudine pectinis in duas partes devexum, ut *testudinatum* in quattuor.

(Paul.) Pectenatum tectum dicitur a similitudine pectinis in duas partes devexum, ut testudinatum in quattuor.

Piari eos velut proprio verbo ait Verrius qui parum sint animati : cum mentis suae non sunt, per quaedam verba liberantur incommodo,

Pignosa pignora eo modo quo *Valesii, Auselii* † pinosi palisi † dicebantur.

<SEXTI POMPEI FESTI DE VERBORUM SIGNIFICATU LIB. XIV.> <INCIPIT FELICITER> LIB. XV.

Pectuscum Palati dicta est ea regio Urb quam Romulus obversam posuit, e parte in qua plurimum erat agri Romai ad mare versus et qua mollissime ad batur Urbs, cum Etruscorum agrum Romano Tiberis discluderet, ceter vicinae civitates colles aliquos haberei oppositos.

Peculatus est nunc quidem qualecumqu publicum furtum, sed inductum est pecore, ut *pecunia* quoque ipsa. Iai (nam ?) etiam noxii pecore multabantı quia neque aeris adhuc neque argen erat copia. Itaque *suprema multa* etiai nunc appellatur **.

(Paul.) Peculatus furtum publicum pecore dictum, sicut et pecuni eo quod antiqui Romanorum nih praeter pecora habebant.

<*Piatrix* dicebatur sacerdos quae expiar erat solita,> quam quidam *simulatr cem* (?), alii *sagam*, alii *expiatricem* v

---

PISCATORII LUDI. Cf. infra, s v. (274,35 vocantur qui quotannis mense Iunio tran Tiberim fieri solent a praetore urbano pro piscatoribus Tiberinis)

PISCINAE. Resēs in aevo Luciliano et postea. Hexametri dactylici deest pes ultim spondeus, a vocali incipiens.

PIARI. Velut in Menaechmis Plauti dicitur ei qui insanire videtur (291) :

iube te piari de mea pecunia.

PIGNOSA. De S antiquitus pro R cf. supra, s. vv. Arbosem (14,9) ; Aureliam Familiar (22,5.. Auseli dicebantur, ut Valesii, Papisii pro eo quod est Valerii, Papirii) ; infra, s. v R pro S (323,5 ut maiosibus, meliosibus, Lasibus, fesiis). etc.|| pinosi] **an** penosa (cf. supr s. v. Penora, 231, 8) ?|| palisi] **an** Papisi ?

PECULATUS. Cf. infra, s. v. (268, 33 furtum publicum dici coeptus est a pecore quia a eo initium eius fraudis esse coepit ; siquidem ante aes aut argentum signatum ob delict poena gravissima erat duarum ovium et triginta bovum) : supra. s. v. Depeculatus (66, 1 a pecore dicitur ; qui enim populum fraudat peculatus poena tenetur). pecunia] Cf. supr (21, 23) s. v. Abgregare (.. cum apud antiquos opes et patrimonia ex his praecipue const terint, ut adhuc etiam pecunias et peculia dicimus). Suprema multa]. Cf. supra, s.v. Mu tam Maximam (129,8 non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ovibus quem quam multari) ; infra. s. v. Supremum (398,7 cum duas oves et triginta boves supremar multam dicerent).

PIATRIX. simulatricem] simpulatricem **docti**. Cf. infra, s. v. Simpulum (455, 15.. und et mulieres rebus divinis deditae simpulatrices).

cant ; et *piamenta* quibus utitur in expiando, alii *purpimenta*.

(Paul.) Piatrix dicebatur sacerdos quae expiare erat solita, quam alii sagam vocabant. Piamenta quoque dicebantur quibus utebantur in expiando.

'iacularis porca appellatur, ut ait Cloatius, cum ex sacro per aliquem pro piaculo solvitur, ut aliquae (alia quae ?) piandi propitiandique causa inmolantur.

(Paul.) Piacularis porta (?) Romae dicta propter aliqua piacula quae ibidem fiebant.

'igere interdum pro tardari, interdum pro poenitere poni solet.

(Paul.) Pigere interdum pro tardari, interdum pro poenitere poni solet.

'angere figere ; unde plantae pangi dicuntur cum in terram demittuntur**.

(Paul.) Pangere figere ; unde plantae pangi dicuntur cum in terram demittuntur. Inde etiam versus pangi, vel figi in cera, dicuntur.

(Paul.) *Peg[n]ides* (–gasid– ?) Musae dictae sunt a fonte quem Pegasus ictu ungulae fingitur (?) aperuisse. Ob quam causam et Graece appellatae sunt ἱπποκρῆναι.

? (Gloss. Fest. ?) Pegnides Musae [ob ingentem liquorem] appellantur a fonte quem ungulae ictu patefecisse dicitur equus.

(Paul.) *Pipatio* clamor plorantis lingua Oscorum.

(Gloss. Fest.) Pipatio est clamor plorantis acerba voce. Lucilius (1249) : pétit pipa<n>s ' da, <da>, libet'. id est petit clama<n>s ' da, iuvat ', inquit. Ex quo antiqui clamorem acerbum . <*pipulum*> appellarunt.

(Paul.) *Pepteides* (Piplei– ?) Musae a fonte Macedoniae dictae propter liquoris eius unicam subtilitatem.

? (Gloss. Fest. ?) Pepteides Musae a fonte Macedonico dictae sunt propter liquoris eius unicam subtilitatem splendoremque.

PIACULARIS PORCA. ex sacro] Cf. Plaut. Men. 289 sqq. :

adulescens, quibus hic pretiis porci veneunt
sacres sinceri ? Nummis. Nummum a me accipe :
iube te piari de mea pecunia ;
nam equidem insanum esse te certo scio.

PIGERE. pro tard.] Vide ne etymon adiectivi piger quaeratur, et verbum pangere (quod extra ordinem litterarum est) cum verbo pigere ridicule consocietur.

PANGERE. Cf. supra, s. v. Inpages (95, 28.. a pangendo, id est figere : unde et poetae pangere versus dicuntur et agricolae pangere plantas).

PEGASIDES. Haec gl. (cum duabus sequentibus) si revera (cf. Praef.) inter gl. Festinas est in cod. Vat. lat. 1469, inde fortasse colligi licet tres glossas in Festo vicinas fuisse. Vide supra ad 89, 15 Heliconides. Huc si redit Gloss. Ansil. (=Abol.)PA 71 (Pegaseus fons quidam dicitur a Paganis) scribe <Pegaseo> quem etc. Vix huc revocanda gl. Ansil. PE 140 Pege : fons. Cf. infra, s. v. Pugnus (242,3)

PIPATIO. lib.] **vel** lib. <inquit>. Hinc Gloss. Abol. PI 1 Pipatio : clamor putantes (plorantis ?). Hincine gl. dubiae formae Abba (=Abol.) Pipat : conviciatus quaerit ut passer ? Sique hinc provenit gl. AA (Pipulo : convicio, ploratu), crede Festum versum Plauti citavisse Aul. 446 « pipulo te hic differam ante aedis ».

PIPULUM. Cf. infra, s. v. (300, 29) ; s. v. Vagulatio (514, 6 in XII significat quaestionem cum convicio). ' In utriusque pipulo ' cum ait Fronto (ad Antonin. 3), significat ' in utriusque pipatione.

PIPLEIDES. Vide supra ad 89, 15 Heliconides. Cf. Porphyr. Carm. 1, 26,9 (Pimplea dulcis) : Pipleides Musae dicuntur a Pipleo fonte Macedoniae.

(Paul.) [*Petissere* petere.]

(Paul.) *Pitpit* Osce quicquid.

(Paul.) *Picena regio*, in qua est Asculum, dicta quod Sabini cum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus consederat.

(Schol. Isid.) Picena regio, ubi est Asculum, a Sabinis est appellata quod inde vere sacro nati cum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus consederat.

(Paul.) *Perditum* est quod interit et recuperari non potest.

(Paul.) *Perbitere* Plautus pro perire posuit.

(Paul.) *Pergere* dicebat expergefacere.

(Paul.) *Pergite* agite. Vergilius (Ecl. 6, 13) « pergite, Pierides ».

(Paul.) *Pergraecare* (–ri) est epulis et potationibus inservire. Titin[n]ius (175) « hominem inprobum, nunc ruri pergraecatur ».

(Paul.) *Permissus aries* appellatur qui annis conpluribus tonsus non est.

Permutatur id proprie dici videtur quod ex alio loco in alium transfertur, at *commutatur* cum aliud pro alio substituitur. Sed ea iam confuse in usu sunt.

Pierides Musae propter amoenitatem ac solitudinem Pierii montis dictae videntur, quo eae secretis locis propter studia liberalia delectentur.

(Paul.) Pierides Musae a Pierio monte dictae sunt.

Percunctatio pro interrogatione dicta videtur ex nautico usu quia conto pertentant cognoscuntque navigantes aquae altitudinem ; ob quam causam etiam ait Verrius secundam syllabam per O solere scribi. Mihi id falsum videtur, nam est illa percunctatio quod is qui curiose quid interrogat per cuncta risit (visit ?), ut recte per U litteram scribatur.

(Paul.) Percontatio videtur dicta ex usu nautico quia aquae altitudinem conto pertemptant. Alii volunt percunctationem dici quod scilicet is qui curiosus est per cuncta interroget.

Perfugam Gallus Aelius (10) ait qui liber aut servus [aut hostis] sui (sua) voluntate ad hostes transierit ; qui idem dicitur *transfuga*. Quamquam sunt qui credant perfugam esse non tam qui alios fugiat quam qui ob spem commodorum ad quempiam perfugiat.

(Paul.) Perfuga et transfuga dicitur quod ad hostes perfugiat et transfugiat.

Perfacul antiqui et per se *facul* dicebant quod nunc <perfacile,> facile dicimus. Inde permansit in consuetudine *facultas*.

(Paul.) Perfacul et per se facul antiqui dicebant quod nunc facile et

---

PETISSERE. Cf. supra, s. v. (226, 19).

PICENA. in qua est] i. e. cuius praecipuum oppidum est.

PERDITUM. Differentia inter Perditum et Amissum tractatur. Hucine redit Gloss. Ansil. AM 235 Amissus : relictus vel absens ?

PERBITERE. Plaut.] Pseud. 778 ; Rud. 495.

PERGERE. Cf. supra, s. v. Experrectus (70, 12 qui per se vigilare coepit ; expergitus ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum).

PERGRAECARE. Hincine Gloss. Abol. PE 43 Pergraecare : luxuriare Graeco ritu ?

PERMISSUS. app. ar. **codd.**

PIERIDES. Vide supra ad 89, 15, Heliconides.

PERFACUL, FACUL. Adverbia sunt, non adiectiva. Vide supra ad Facul (77, 6 antiqui dicebant et faculter pro facile ; unde facultas et difficultas videntur dicta).

perfacile dicimus ; unde permansit in consuetudine facultas.

Peremptalia fulgura Grapus (?) ait vocari quae superiora fulgura, ut portenta, vi sua peremant duobus modis, prioribus tollendis, aut maiore manubia ut tertia secundae, secunda primae cedat : nam ut omnia superentur fulgure, sic ictum fulgur manubiis vinci.

Perediam et bibesiam Plautus (Curc. 144) finxit sua consuetudine cum intellegi voluit cupiditatem edendi et bibendi.

(Paul.) Perediam et bibesiam Plautus cum dixit intellegi voluit cupiditatem edendi et bibendi.

Peremere Cincius in libro de Verbis Priscis (17) ait significare idem quod prohibere ; at Cato in libro qui est de Re Militari pro vitiare usus est cum ait (4) : Cum magistratus nihil audent imperare, ne quid consul auspici peremat.

(Paul.) Peremere alii posuerunt pro prohibere, alii pro vitiare.

Perihodos dicitur et in carmine lyrico pars quaedam et in soluta oratione verbis circumscribta sententia. Et in gymnicis certaminibus *perihodon vicisse* dicitur qui Pythia Isthmia Nemea Olympia vicit, a circumitu eorum spectaculorum.

Perempta et *interempta* pro interfectis poni solet a poetis. Lucretius (4, 44) :

cum corpus simul atque animi natura perempta.

Perpetem pro perpetuo dixerunt poetae. Pacuius in Iliona (208) :

fac ut coepisti, hanc operam mihi des perpetem : oculis traxerim.

(Paul.) Perpetem pro perpetuo dixerunt poetae.

Persillum vocant sacerdotes rudiculum picatum quo unguine flamen Portunalis arma Quirini unguet.

(Paul.) Persillum dicebant vas quoddam picatum in quo erat unguentum unde arma Quirini unguebantur.

Persicum portum Plautus cum ait mare Euboicum videtur significare, quod in eo classis Persarum dicitur stetisse non procul a Thebis.

(Paul.) Persicum portum mare Euboicum, quod in eo steterit classis Persarum.

Personata fabula quaedam Naevi inscribitur, quam putant quidam primum <actam> a personatis histrionibus. Sed cum post multos annos comoedi et tragoedi personis uti coeperint, verisimilius est eam fabulam propter inopiam comoedorum actam novam per Atellanos. Qui proprie vocantur personati quia ius est is non cogi in scena ponere personam, quod ceteris histrionibus pati necesse est.

Persibus peracutum significare videtur, ut Plautus (fr. inc. 37) :

ni[hi]l deconciliare sibus, nisi qui persibus sapis ;

Naevius (com. 116) :

et, qui fuerit persibus, carpenti adstratio.

(Paul.) Persicum (!) dixit Plautus peracutum.

Perpet<r>at peragit perficit. Pacuius in Teucro (317) :

PEREMPTALIA. Grapus] Gracchus **vel** Granius **vel** Gnipho **docti**. Cf. infra, s. v. (284, 1 quae superiora fulgura, ut portenta, peremunt, id est tollunt). ‖ manub.] Cf. supra, s. v. Manubiae Iovis (114, 5). ‖ nam ut somina somnia.. maioribus. man. vinci **docti**. ictum] ipsum ?

BIBESIAM. perbib. **codd. Plauti**.

PEREMERE. **Iterum praesto est codex Festi** (a verbis ' est cum ait ').

PERPETEM. Hinc Gloss. Abol. PE 4 Perpetem : perpetuum.

PERSICUM PORTUM. Plaut.] Amph. 404 ; 412 ; 823.

PERSONATA. Atellan.] Cf. Liv. 7, 2.

PERPETRAT. Hinc Gloss. Abol. PE 6 Perpetrat : peragit. Cf. infra, s. v. Propetrare (23, 23).

neque perpetrare precibus inpetri<t>a quid (quit) ;

et in Niptris (249) :

Spartam reponare instat, id si perpetrat.

Quo etiam sine praepositione usi sunt <*patrat*> quod conversum iam o<bscenum in sensum est>.

(Paul.) Perpetat peragit perficit.

<*Perpulit* persuasit> inpulit.. (**30 litt**.).. do me.. (**33 litt**.).. licet c.. (**24 litt**.)..

(Paul.) Perpulit persuasit impulit.

<*Perti*>*sum* di<**xit pro pertaeso Scipio Africanus**> qui paul<o **facetior ceteris videri vellet**>.

(Paul.) Pertisum pro pertaesum dixerunt.

Puteum Ael<ius>.. (**25 litt**).. inde t **.

<*Puticulos*> ** <ap>pellatos <quod vetustissimum genus sepulturae in pute>is fuerit.. (**30 litt**.).. extra po .. (**31 litt**.).. inde po<tius appellatos esse existimat puticu>los Aeliu<s Stilo quod>.. (**14 litt**.).. <patres> familias.. (**30 litt**.).. vilia proicer<ent mancipia, ibi cadavera> ea putesce <rent>**

(Paul.) Puticuli sunt appellati quod vetustissimum genus sepulturae in puteis fuerit, et dicti puticuli quia ibi cadavera putescerent.

<*Putum*>> ** <pro puro dixisse> antiquos ; u<nde>.. (**26 litt**.).. decisum est i<**d quod inpedimento est ad fructum** Cor>nifici<us> ait. Neque <**aliter significavit** Ennius in Alexandro (62) : «.. (**27 litt**.).. a midio (me– ?) purus put<us>» <Et Plautus> (Pseud. 1200) :

<purus putus hic> sycophanta est.

.. (**25 litt**.).. quo certior sc.. (**15 litt**.).. <Aurum quoque> *putatum* dici sol<et, id est expurgatum, et ratio puta>**ta**, id est pura fact<a>.

(Paul.) Putus antiqui dicebant pro puro ; unde putatae vites et arbores quod decisis inpedimenti remanerent purae. Aurum quoque

---

PATRAT. Hinc Gloss. Philox. PA 180a Patrat : κακεμφάτως ὡς ἐπ' αἰσχρῶν ?

PERTISUM. Cf. supra, s. v. Distisum (64,4 et pertisum dicebant quod nunc distaesum et pertaesum) ; infra, s. v. Redarguisse (334, 28 per E litteram Scipio Africanus Pauli f. dicitur enuntiasse, ut idem etiam pertisum ; cuius meminit Lucilius cum ait « quo facetior videare et scire plus quam ceteri, pertisum hominem, non pertaesum, dice » etc.) Cf. Cic. Orator 159 : Concisum, non ' concaesum ' ; ex quo quidam ' pertisum ' etiam volunt, quod eadem consuetudo non probavit.

PUTEUM. Cf. Varr. L. L. 5, 21 : Udor si, quamvis deorsum in terra, unde sumi potest, puteus ; nisi potius quod Aeolis dicebant ut πύταμον sic πύτεον a potu ; Isid. Etym. 13, 21, 5 : Puteus est locus defossus ex quo hauritur aqua, a potatione dictus.

PUTICULOS. Hinc Gloss. AA (=Abol.) Puticuli : quo cadavera proiciunt. Cf. Varr. L. L. 5, 25 : Extra oppida a puteis puticuli quod ibi in puteis obruebantur homines, nisi potius — ut Aelius scribit — puticulae quod putescebant ibi cadavera proiecta ; qui locus publicus ultra Esquilias.|| extra po<rtam Esquilinam> docti. Aeliu<s Stilo quod cum in eum locum patres> fam. docti.

PUTUM. Hinc Gloss. Philox. PU 98 Putatum : κεκλαδευμένον ? Cf. supra, s. v. Inputatum (96, 18 nondum purgatum ; putum est enim purum, unde putare vites dicimus, hoc est detrahere quae inpedimento sunt ad fructum). Ex Gell. 7, 5 hausit Non. 27, 27. Cf. Varr. L. L. 6, 63 : Disputatio et computatio e propositione putandi, quod valet purum facere ; ideo antiqui purum putum appellarunt ; ideo putator quod arbores puras facit ; ideo ratio putari dicitur in qua summa fit pura ; sic is sermo in quo pure disponuntur verba, ne sit confusus atque ut diluceat dicitur disputare.|| Sic supple si libet : <' Puto ' enim dicimus cum falsa amovimus> quo certior sc<ientia in animo fiat. Aurum quoque> etc.

putatum dici solet, id est expurgatum, et ratio putata, id est pura facta.

Putitium Plautus in Bacchi dibus rettulit in <stultum hominem, cum ait> (123):
<is stul>tior es[t] barbaro p<utitio>.
.. (**8 litt.**).. <Putiti cum> ab Hercule ritum <sacrificandi accepissent, eum> millibus aeris gra<vis quinquaginta edocuisse dicuntur> servos publicos populi Romani; <quo facto Putiti intra diem> XXX, cum eius famil<iae XII fuissent, omnes interierunt>.

(Paul.) Putitium Plautus dixit pro stulto.

Pubes adulescens q ui iam generare potest vo catur, cui contrarium est *inpubes*. Quin etiam pubes plurium numerus eiusdem aetatis> dici solet.

(Paul.) Pubes adulescens, quin etiam et plurium numerus eiusdem aetatis.

Puteolos dictos putant ab aquae c>aldae pu tore; quidam a multitudine puteorum ea>rundem <aquarum gratia factorum ita nominatos>. Ver<rius>.. (**26 litt.**).. cum autem.. (**32 litt.**).. lis vio.. (**33 litt.**).. illus **

(Paul.) Puteolos dictos putant ab aquae calidae putore; quidam a multitudine puteorum earundem aquarum gratia factorum.

Pugnus a punc tione, id est percussu. **Inde Bellerophontis fertu**>r alatum <equum *Pegasum* **appellatum esse, qui** ung>ulam su<**per locum posuit unde Hippocrene**> editur. Sed **.

(Paul.) Pugnus a pu<nc>tione, id est percussu, dicitur.

<*Proserpina* (?)>.. (**17 litt.**) .. versus alia.. (**27 litt.**).. <Lu>cina Iuno.. (**30 litt.**).. it formon<s>.. (**29 litt.**)..

Prospera.. (**30 litt.**).. ne declina..(**5 litt.**)..

Porca praecidanea prod ucta syllaba secunda, non brevi pronuntianda est>, ut ait L. Cin<cius (28), **quia immolari Cereri sole**>t familiae pur<gandae causa, et a praecidendo praecidanea dicitur. <**Id Aelius et aliud ali**>quod

---

PUTITIUM. Cf. infra, s. v. Potitium et Pinarium (270,5 Hercules.. genus sacrifici edocuit.. ppius Claudius censor quinquaginta millia aeris gravis is dedit ut servos publicos edorent ritum sacrificandi; quo facto Potiti, cum essent ex familia numero duodecim, omne terierunt intra diem XXX).

PUBES. Cf. infra, s. v. (296, 18 est qui puer iam generare potest); s. v. Pube Praesenti 00, 13); s. v. Pueri Impuberes (272, 32).

PUTEOLOS. Cf. Varr. L. L. 5, 25: A puteis oppidum ut Puteoli, quod incircum eum rum aquae frigidae et caldae multae; nisi a putore potius, quod putidus odoribus saepe sulphure et alumine.

PUGNUS. Pegasum] Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. PE 8 Pegasus: equus Bellerophontis ctus est. Cf. supra, s. v. Hippius (90, 11 id est equester, Neptunus dictus est vel quod gasus ex eo et Pegaside natus sit); s. v. Pegasides (235,8).

PROSERPINA (?). Cf. supra, s. v. Hecate (89,2 Diana eadem putabatur et Luna et oserpina).

PROSPERA. Haec supplent docti: Pr. nomina observabantur in scribenda legio ne, clina<ta a faustis rebus>.

PRAECIDANEA. Cf. Verg. Geo. 1, 345; Cato R. R. 134 et 141. Cf. infra, s. v. (250, 11 na vocabatur quae ante alias caedebatur, item porca quae Cereri maciabatur ab eo qui ortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset; quia mos erat eis id facere priu. am novas fruges gustarent). Cf. Gell. 4, 6, 5 — 10: Succidaneae hostiae dicuntur AE litra per morem compositi vocabuli in I litteram transmutata quasi 'succaedaneae'... litta I scilicet tractim pronuntiata; audio enim quosdam eam litteram in hac voce barbare cripere; eadem autem ratione verbi praecidaneae quoque hostiae dicuntur quae ante

genus hostiae quod <**ante novam frugem caeditur** ‘ prae>cidarium ’ appellabat.. (**16 litt.**).. <**purifi**>catur ex tribus pu <**rae aquae sparsionibus fac**> tis cum tribus liba<tionibus **de lacte melle vino**>.

(Paul.) Praecidaneam porcam dicebant quam immolare erant soliti antequam novam frugem praeciderent.

<*Poriciam*> iaciam maxime.. (**15 litt.**).. <Plautus in P>seudolo (266) :

atque in <manibus exta teneam, ut porici>a<m> interea loci. .

.. (**19 litt.**).. <a>risque quod consecran<**dum**>.. (**22 litt.**).. tra it consumi.. (**25 litt.**).. t, ut Verrius eo<**dem libro de Significatu Verbo**>rum, sint dicta libe.. (**19 litt.**).. t arbitratur ob eam cau<sam>.. (**17 litt.**).. culo, quia *profana* ea quoque, id est deo dic<a>ta, consume (–mi ?) est necesse. Cuius opinionem neque in hoc neque in aliis compluribus refutare minime necesse est, cum propositum habeam ex tanto librorum eius numero intermortua iam et sepulta verba atque ipso saepe confitente nullius usus aut auctoritatis praeterire, et reliqua quam brevissime redigere in libros admodum paucos. Ea autem de quibus dissentio et aperte et breviter, ut sciero, scribta in [h]is libris meis invenientur <qui> inscribuntur ‘ Priscorum Verborum cum Exemplis ’.

(Paul.) Poriciam porro iaciam.

Porigam dixisse antiqui videntur pro porrigam propter morem non geminandarum litterarum, ducto verbo a porro regam. Aut, si id frivolum videtur, cum aperte ἐκ τοῦ ὀρέγειν tractum sit. Sed antiqui etiam *porgam* dixerunt pro porrigam.

Porcae appellantur rari sulci qui ducuntur aquae derivandae gratia, dicti quod *porcent*, id est prohibent, aquam frumentis nocere. Nam crebriores sulci *limi* vocantur.

(Paul.) Porcae in agris sunt dictae quod porcant, id est prohibeant, aquam frumentis nocere. Nam crebriores sulci limi solent vocari.

Postliminium receptum Gallus Aelius in libro primo Significationum quae ad Ius Pertinent (1) ait esse eum qui liber, ex qua civitate in aliam civitatem abierat,

---

sacrificia sollemnia pridie caeduntur ; porca enim praecidanea appellata quam piaculi gratia ante fruges novas captas immolare Cereri mos fuit siqui familiam funestam aut non purgaverant aut aliter rem quam oportuerat procuraverant.

PORICIAM. Cf. infra, s. v. Profanum (256,4). Cf. Varr. L. L. 6, 54 : Profanum quod est ante fanum coniunctum fano ; hinc profanatum quid in sacrificio ad quae (atque ?) Herculi decuma appellata ab eo est quod sacrificio quodam < pro>fanatur, id est ut fani lege sit ; id dicitur polluctum, quod a porriciendo est fictum ; cum enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in aram, tum polluctum est, ut cum profanatum dicitur, id est proinde ut sit fani factum, etc.|| max. <de extis dicebant> **docti**. <Poricitur autem in mensis ar>isque qu. consecran<dum est deo ; quod profanatur> contra, id consumi<tur a vulgo profano> **docti. An** cau<sam profanari solet Her>culi ?

PORIGAM. non gem. litt.] Cf. supra, s. v. Anus (5, 26).

PORGAM. Cf. supra, s. v. Exporgere (70, 16 porro agere, exporrigere).

PORCAE. Cf. supra, s. v. Inporcitor (96, 3 qui porcas in agro facit arando; porca autem est inter duos sulcos terra eminens) ; infra, s. v. Porcas (274, 19 quae inter duos sulcos fiunt ait Varro dici quod porrigant frumentum).

PORCENT. –cant **cod**. Cf. supra, s. v. Arcere, (14, 24 prohibere.. porcet quoque dictum ab antiquis quasi porro arcet).

POSTLIMINIUM. Hinc nimirum Gloss. Abol. PO 26 Postliminio : restitutio in civitatem ad limen domus eius qui captivus est. Hincine etiam Gloss. Philox.106 Postlimen : ἐπάνοδος? Si hinc, forma ‘ postlimini ’, non ‘ postliminii ’, etiam Philoxeno in codice Festi se obtulit

in eandem civitatem redit eo iure quod constitutum est de postliminis ; item qui servos a nobis in hostium potestatem pervenit, postea ad nos redit in eius potestatem cuius antea fuit iure postlimini ; equi et muli et navis eadem ratio est postliminium reciptum is (receptuis) quae servi ; quae genera rerum ab hostibus ad nos postliminium redeunt, eadem genera rerum <a> nobis ad hostis redire possunt ; cum populis liberis et confoederatis et cum regibus postliminium nobis est ita uti cum hostibus ; quae nationes in opinione (?) nostra sunt, cum [h]is <postliminium non est>.

(Paul.) Postliminium receptus dicitur is qui extra limina, hoc est terminos, provinciae captus fuerat, rursus ad propria revertitur.

(Paul.) *Posticum* ostium dicitur in posteriore parte aedium. Ceterum antiqui etiam vicinum habitantem ad posteriorem partem aedium sic appellarunt. Denique et quae ante nos sunt *antica* et quae post nos sunt postica dicuntur; et dexteram anticam, sinistram posticam dicimus. Sic etiam ea caeli pars quae sole inlustratur ad meridiem antica nominatur, quae ad septentrionem postica ; rursumque dividuntur in duas partes, orientem atque occidentem.

(Paul.) *Palatium*, id est mons Romae, appellatus est quod ibi pecus pascens balare consueverit, vel quod *palare*, id est errare, ibi pecudes solerent ; alii quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaverit, quae ex Hercule Latinum peperit ; alii eundem quod Pallas ibi sepultus sit aestimant appellari.

(Paul.) *Palmites* vitium sarmenta appellantur quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt.

(Paul.) *Palmulae* appellantur remi a similitudine manus humanae.

(Paul.) *Pallas* Minerva dicta est quod Pallantem Gigantem interfecerit vel [sicut putabant] quod in Pallante palude nata est.

(Paul.) *Pappi* carduorum flores. Lucretius (3, 386):

POSTICUM. Hincine Gloss. Philox. PO 115 (cf. 127) Postica : παραθύρα κάτοπιν τοῦ ἴκου. AN 12 Antica : μεσημβρία ? Cf. Varr. L. L. 7, 7 : Eius templi partes quattuor dicuntur nistra ab oriente, dextra ab occasu, antica ad meridiem, postica ad septemtrionem. Si ex esto hausit Isidorus, male hausit (Etym. 15, 4, 7) : Templi partes quattuor erant, antica ad rtum, postica ad occasum, sinistra ad septentrionem, dextra ad meridiem spectans. Sed otest ex schol. Aen. 2, 453 hausisse. Et indidem potest provenire Gloss. Ansil. PO 523.

PALATIUM. Cf. Varr. L. L. 5, 53 : Quartae regionis Palatium quod Pallantes cum Euanro venerunt, qui<n> et Palatini aborigines ex agro Reatino qui appellatur Palatium ibi onsederunt ; sed hoc alii a Palanto uxore Latini putarunt ; eundem hunc locum a pecore ctum putant quidam, itaque Naevius Balatium appellat. Hausitne ex Festo Isidorus tym. 15, 3, 5 Palatium a Pallante principe Arcadum dictum, in cuius honore Arcades llanteum oppidum construxerunt et regiam in ipsius nomine conditam Palatium vocarunt) ? Palanto, -ntio cod. **Varronis L. L.** : -ntia **Varr. ap. Serv. Aen.** 8, 51 : -ntho **vel** tha **codd. Solini** 1, 15 (aut, ut Silenus probat, a Palantho Hyperborei filia, quam Herdes ibi conpressisse visus est). Addiditne Festus quod addit Solinus (l. c.) : vel a Pale storali dea ?

PALMITES. Hincine Gloss. Philox. PA 65 Palmes : κλῆμα τὸ τοὺς βότρυας ἔχον συνεκπέντας ; Gloss. Ansil. (=Abol.) PA 202 Palmes pars vitis est ubi uva nascitur, quasi lma ?

PALLAS. Aliter Isidorus (ex Festo ?) Etym. 8, 11, 75 : Pallas dicta vel ab insula Pallene Thracia in qua nutrita est. (Cetera Isidori hausta sunt ex Serv. Aen. 1, 39).

vestem nec plumas avium papposque volantes.

(Paul.) *Papillae* capitula mammarum dictae quod papularum sint similes.

(Gloss. Fest.) Papilla caput est mammae de qua exit lac. Unde factum est ut dicamus infantibus '*papa*' id est manduca. Papare enim dicimus, non pappare ; nam et ipso motu labiorum id ostendimus.

(Paul.) *Pauperies* damnum dicitur quod quadrupes facit.

(Paul.) *Palpari* blandiri

(Paul.) *Pauciens* dicebant pro raro. Titin[n]ius (40) « uxorem pauciens vide[b]o ».

(Paul.) *Panus* facit deminutivum panucula.

(Paul.) *Pandana porta* dicta est Romae quod semper pateret.

(Paul.) *Pandiculari* dicuntur qui toto corpore oscitantes extenduntur eo quod pandi fiunt.

(Paul.) *Pandicularis dies* dicebatur idem et *communicarius*, in quo omnibus di communiter sacrificabatur.

(Paul.) *Pancarpiae coronae* dicuntur ex vario genere florum factae.

(Paul.) *Panibus redimibant caput equi immolati* Idibus Octobribus in campo Martio quia id sacrificium fiebat ob frugum eventum. Et equus potius quam bos immolabatur quod hic bello, bos frugibus pariendis est aptus,

(Paul.) *Patulum* (–am) *bovem* Plautus appellat cuius cornua diversa sunt ac late pateant (Truc. 277) :

<ut ego me ruri amplexari mavelim patulam bovem>.

(Paul.) *Patagium* est quod ad summam tunicam adsui solet ; quae et *patagiata* dicitur et *patagiarii* qui eiusmodi faciunt <Plaut. (Epid. 231) « indusiatam, patagiatam » ; (Aul. 509) « patagiarii, indusiarii »>.

(Paul.) *Patagus* <et patago> morbi genus <ut Plautus> (fr. 173) :

PAPILLAE. Hanc gl. (ex Vat. lat. 1469) Festinam esse (et in infantium sermone multus est Festus) indicat Isidorus, qui ex eodem fonte haurit (Etym. 11, 1, 75) : Papillae capita mammarum sunt quas sugentes comprehendunt ; et dictae papillae quod eas infantes quasi pappant dum lac sugunt. Utrum ex Vergilio an ex Festo hauserit Gloss. Abol. PA 14 (Papillae ; mamillarum capita) non liquet (cf. Gloss. Ansil. PA 336).

PAUPERIES. Cf. Ulpian. ap. Dig. 9, 1, 1 : Si quadrupes pauperiem fecisse dicitur, actio ex lege XII Tab. descendit, etc. »

PALPARI. Hinc Gloss. Abol. PA 7 Palpare : blandire.

PANUS. panucla Non. 149, 16 : Panus tramae involucrum, quam diminutive panuclam vocamus, Lucilius lib. IX (28) « foris subteminus panus ».

PANDANA PORTA. Cf. Jordan (Topogr. I ii, p. 122).

PANDICULARI. Citavitne Festus Plaut. Men. 833 ?

ut pandiculans oscitatur ! quid nunc faciam, mi pater ?

PANDICULARIS. dic. dies **Paul.** Sed in Gloss. Philox. PR 187 Prandicularius : ἡ μετ νηστείαν ἡμέρα. Sunt qui huc referant gl. Ansil. (=Abol. ?) CO 572 (Communicarium : partiarium), quam sic emendant, Com. : pandicularium.

PANCARPIAE. dic. cor. **Paul.**

PANIBUS. Cf. supra, s. v. October Equus (190, 11 appellatur qui in campo Martio mense Octobri immolatur quotannis Marti, bigarum victricum dexterior, etc.).

PATULUM. Cf. infra, s. v. Propatulum (254, 4 late patens atque apertum ; et patuli boves quorum cornua in diversum supra modum patent).

PATAGUS. Hinc, ni fallor, Gloss. Abba (=Abol.) Patago : genus morbi. Cf. ps.– Pla Pataginem : cum propter pituitam non facile labra movent.

<medicum habet patagus morbus aes.>

(Paul.) *Patricius vicus* Romae dictus eo quod ibi patricii habitaverunt iubente Servio Tullio, ut, siquid molirentur adversus ipsum, ex locis superioribus obprimerentur.

(Paul.) *Pagani* a pagis dicti. *Pagi* dicti a fontibus quod eadem aqua uterentur ; aquae enim lingua Dorica παγαί appellantur.

(Paul.) *Paginae* dictae quod in libris suam quaeque obtineant regionem ut pagi ; vel a pangendo, quod in illis versus *panguntur*, id est figuntur.

(Paul.) *Parens* vulgo pater aut mater appellatur, sed iuris prudentes avos et proavos, avias et proavias parentum nomine appellari dicunt.

(Paul.) *Parere* oboedire. *Parret* significat apparebit.

(Paul.) *Paribus equis*, id est duobus, Romani utebantur in proelio ut sudante altero transirent in siccum. *Pararium aes* appellabatur id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur.

(Paul.) *Parrici<di> quaestores* appellabantur qui solebant creari causa rerum capitalium quaerendarum. Nam *parricida* non utique is qui parentem occidisset dicebatur, sed qualemcumque hominem indemnatum. Ita fuisse indicat lex Numae Pompili regis his composita verbis (12) :

Si qui hominem liberum dolo sciens morti duit, paricidas esto.

(Paul.) *Parumper* significat paulisper quasi perparvum, hoc est valde parvum ; refertur autem ad tempus.

(Paul.) *Parasangae* apud Persas viarum mensurae.

(Pail.) *Paenuria* est id quod paene minus sit quam necesse est.

(Paul.) *Paelices* nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solum feminae

---

PAGANI. Cf. Serv. Geo. 2, 381 : Villas quae pagi ἀπὸ τῶν πηγῶν appellantur, id est a fontibus circa quos villae consueverant condi ; unde et pagani dicti sunt quasi ex uno fonte potantes.

PANGUNTUR. Cf. supra, s. v. Pangere (234,7 figere).

PARENS. Hincine Gloss. Philox. PA 91 Parens : πατήρ, γονεύς ?

PARRET. Hincine Gloss. Philox. PA 102 Paret : πείθεται, πειθαρχεῖ, φαίνεται ? Cf. infra, s. v. (262,16 quod est in formulis « si parret » debuit et producta priore syllaba pronuntiari et non gemino R scribi ut fieret paret, quod est inveniatur ut comparet apparet).

PARIBUS EQUIS. Cf. Gran. Licin (p 4 Berm., p 2 Flem.).

PARRICIDI. Cf. infra, s. v. Quaestores (310, 25 dicebantur qui quaererent de rebus capitalibus ; unde iidem etiam in XII quaestores parricidi appellantur).|| paricidas]. Cf. hostiapas (91, 15).

PARUMPER. Hincine Gloss. Abav. (= Abol.) PA 63 Parumper : satis modice vel valde parum ? Cf. Serv. Aen. 6, 382 : Alii parumper valde parum volunt (unde Gloss. Abstr. PA 40).

PAELICES tanget] tangit **Gell.** 4, 3, 3 : tagit **Ernout** (Text. lat. arch. nº 148). Hucine revocand. gl. Ansil. (= Abol.) PE 203-4 Pellex : adulterum significat. Pellex : adultera uxori legitimae in consortium superducta ? Ad scholium (vel scholia) Vergilianum revoca gl. Abstr. PE 19 Pelex : sollicitatrix animi maritalium ; a pelicando dicta : PE 20-4 ; 104 Persuastrices : a persuasione (unde patet, si recte gl. restituta est, Plaut. Bacch. 1167 a scholiasta esse citatum). Cf. supra, s. v. Pellicator (225,9 qui pellicit ad fraudem) ; s. v. Pellexit (225, 12 in fraudem induxit).

sed etiam mares. Antiqui proprie eam paelicem nominabant quae uxorem habenti nubebat. Cui generi mulierum etiam poena constituta est a Numa Pompillo hac lege (2) : Pelex aram Iunonis ne tangito ; si tanget, Iunoni crinibus demissis agnum feminam caedito.

(Paul.) *Paedidos* sordidos significat atque obsoletos. Tractum vocabulum a Graeco quia παῖδες [id est pueri] talis sint aetatis ut a sordibus nesciant abstineri.

(Paul.) *Paean<a>* Apollinem vocaverunt quod sagittarum ictu eum nocere putabant (?) ; est enim παίειν ferire ; alii quod remedians morbis finem faceret talis gravitatis.

(Paul.) *Paeligni* ex Illyrico orti. Inde enim profecti ductu Volsimi regis, cui cognomen fuit Lucul<l>o, partem Italiae occuparunt. Huius fuerunt nepotes Pacinus, a quo Pacinates, et Pelicus (Pae– ?), a quo Paeligni.

(Paul.) *Pales* dicebatur dea pastorum. Cuius festa *Palilia* dicebantur ; vel, ut alii volunt, dicta *Parilia*, quod pro partu pecoris eidem sacra fiebant.

(Paul.) *Partus* et pro nascendo ponitur et pro parato. Naevius (trag. 54) :

male parta male dilabuntur.

(Paul.) *Parones* navium genus ad cuius similitudinem *myoparo* vocatur.

(Paul.) *Passer marinus* quem vocat vulgus struthocamelum.

(Paul.) « *Parcito linguam* » in sacrificiis dicebatur, id est coerceto contineto taceto.

(Paul.) *Pastillus* (–um ?) forma parvi panis ; utique deminutivum est a pane.

(Paul.) *Passales* (pasta– ? pasca– ?) et oves et gallinae appellantur quod passim pascuntur.

(Paul.) *Phascolia* (φασκώλια) appellant Graeci quas vulgus per[n]as vocat.

(Paul.) *Praetoria cohors* est dicta quod a praetore non discedebat. Scipio enim Africanus primus fortissimum quemque delegit qui ab eo in bello non discederent et cetero munere militiae vacarent et sesquiplex stipendium acciperent.

(Paul.) *Prorsum* ponebant pro recto (–ta ?).

(Paul.) *Prandium* ex Graeco π<ρ>οένδιον est dictum, nam meridianum cibum *cenam* vocabant.

(Paul.) *Praetextae* appellantur quae res gestas

PAEANA. tal. gr.] i. e. sagittarum instar. ferire] Cf. Macrob. 1, 17, 17 : Παιὰν, ἀπὸ τοῦ παίειν, a feriendo.

PARILIA. Cf. infra, s. v. (286, 26) ; s. v. Parilibus (272, 3 Urbem condidit Romulus ; quem diem festum praecipue habebant iuniores).

MYOPARO. Cf. supra, s. v. (131, 21 genus navigii ex duobus dissimilibus formatum : nam et mydion et paro[n] per se sunt). Quae igitur hic Verrius scripserat, ea pro parte plenioris doctrinae quam s. v. Myoparo exposuerat habe. Solebat enim eandem doctrinam alphabetice disicere et disponere.

PASSER MARINUS. Citavitne Festus Plaut. Pers. 199 ?

vola curriculo. Istuc marinus passer per Circum solet.

PASTILLUS. Cf. infra, s. v. Pastillum (298,5 est in sacris libi genus rutundi).

PASSALES. Cf. infra, s. v. Pastales (270, 13).

PHASCOLIA. Hinc ridicule Gloss. Osbern. (unde Gloss. Scalig.) Phaculla : perna.

PRAETORIA COHORS. Cf. Mommsen (Herm. 14, 26).

PRORSUM. Cf infra, s. v. Prorsus (268, 7 porro vorsus, nisi forte ex Graeco πρό).

PRANDIUM. Vide infra ad Scensas (456, 12 quae autem nunc prandia cenas habebant pro cenis vespernas dicebant).

PRAETEXTA. Cf. infra, s. v. Togatarum (480, 12).

Romanorum continent scriptae (-as ?).

(Paul.) *Praetoria porta* in castris appellatur qua exercitus in proelium educitur quia initio *praetores* erant qui nunc consules, et hi bella administrabant. Quorum tabernaculum quoque dicebatur *praetorium*.

(Paul.) *Praes* est is qui populo se obligat interrogaturque a magistratu ' si praessit '. Ille respondet ' praes '.

(Paul.) *Praesiderare* dicitur cum maturius hiberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus.

(Paul.) *Praesidium* est quod pro utilitate ac salute alicuius auxilii gratia praeponitur ; *subsidium* quod postpositum est ad subveniendum laborantibus. <*obsidium* ?>

(Paul.) *Praestinare* apud Plautum praeemere est, id est emendo tenere.

(Paul.) *Praestitem* in eadem significatione dicebant antiqui qua nunc dicimus antistitem.

(Paul. (*Praestolari* is dicitur qui ante stando ibi quo venturum excipere vult moratur.

(Paul.) *Praeficae* dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naevius (com. 129) « haec quidem [me]hercle opinor praefica est, [quae] sic mortuum collaudat ».

(Paul.) *Praesagire* est praedivinare praesipere. *Sagax* enim est acutus et sollers.

PRAETORIA. Cf. infra, s. v. Principalis (251, 4 castrorum porta nominatur quod in eo loco, etc.).

PRAES. Cf. supra, s. v. Manceps (137, 14). int. } interrogatusque **docti**. Cf. Varr. L. L. 6, 74 ; Praes qui a magistratu interrogatus in publicum ut praestet (praes stet ?) : a quo et cum respondet dicit ' praes '.

PRAESIDERARE. Graece προχειμάζειν Pertinetne ad id quod supra est, s. v. Desiderare et Considerare (66, 7 a sideribus dici certum est) ? Cf. Thurneysen (Arch. lat. Lex. 14, 183).

PRAESIDIUM. Cf. supra, s. v. Obsidium (210, 5 tanquam praesidium, subsidium recte dicitur). Cf. Varr. L. L. 5, 89-90 : Pilani triarii quoque dicti quod in acie tertio ordine extremi subsidio deponebantur, quod i subsidebant ab eo subsidium dictum, a quo Plautus « agite nunc subsidite omnes, quasi solent triarii »... praesidium dictum qui extra castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset : obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset.

PRAESTINARE. Plauto ' praestinaturus ' vix audeo attribuere et huc revocare Gloss. Abol. PRAE 31 Praestinaturus : praemercaturus.

PRAEFICAE. Hinc Gloss. Philox. PR 78 Praefica : ἡ πρὸ τῆς κλίνης ἐν τῇ ἐκφορᾷ κοπτομένη, θρηνῳδὸς ἐπ' ἐκφορᾷ (unde Gloss. Amplon. 11 Profica : mulier lamentatrix ante feretrum), male intellecto Festo, nisi quidem Festus aliam interpreationem addiderat ' quasi prae feretro faciens lamentationem '. Cf. Varr. L. L. 7, 70 : In Truculento (495) « sine virtute argutum civem mihi habeam pro praefica » ; praefica dicta, ut Aurelius scribit, mulier ab luco (?) quae conduceretur quae ante domum mortui laudis eius caneret ; hoc factitatum Aristoteles scribit in libro qui inscribitur Νόμιμα Βαρβαρικά, quibus testimonium est quod tritum est Naevii « haec quidem hercle opinor praefica est, nam mortuum collaudat » ; Claudius scribit « quae praeficeretur ancillis quemadmodum lamentarentur praefica est dicta » ; utrumque ostendit a praefectione praeficam dictam.

PRAESAGIRE. Cf. infra, s. v. Praesagitio (302, 10 dicta est quod praesagire est acute sentire ; unde et sagae anus dictae quae multa sciunt, et sagaces canes qui ferarum cubilia praesentiunt).

(Paul.) *Praecidanea* agna vocabatur quae ante alias caedebatur. Item porca quae Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset ; quia mos erat eis id facere priusquam novas fruges gustarent.

(Paul.) *Praecia* (praeclamitatores ?) dicebant qui a flaminibus praemittebantur ut denuntiarent opificibus manus abstinerent ab opere ne, si vidisset sacerdos facientem opus, sacra polluerentur.

(Paul.) *Praeiurationes* facere dicuntur hi qui ante alios conceptis verbis iurant ; post quos in eadem verba iurantes tantummodo dicunt : Idem in me.

(Paul.) [*Pronurus* nepotis uxor].

(Paul.) *Praeneste* dicta est quia is locus quo condita est montibus praestet.

(Paul.) *Promissum* (–us) capillum (–us) dicitur longum (–us) ; item barba promissa velut porro missa.

(Paul.) *Promiscam* dicebant pro promiscue.

(Paul.) *Promonstra* prodigia.

(Paul.) *Primordia* principia.

(Paul.) *Promulgari* leges dicuntur cum primum in vulgus eduntur, quasi provulgari.

(Paul.) *Promulco agi* dicitur navis cum scapha<e> ducitur fune.

(Paul.) *Principalis porta* castrorum nominatur quod in eo loco est in quo principes ordines tendunt.

(Paul.) *Praenominibus feminas esse appellatas* testimonio sunt Caecilia et Taracia

---

PRAECIDANEA. Cf. supra, s. v. Praecidanea Porca (243, 15 quam immolare erant solit antequam novam frugem praeciderent). gleb.] cf. Varro L. L. 5, 23 : Quod terra sit humus ideo is humatus mortuus qui terra obrutus ; ab eo qui Romanus combustus est, si in sepulcrum eius abiecta gleba non est.. familia funesta manet ; Vit Pop. Rom. III (ap. Non. 163 17).

PRAECIA. Cf. infra. s. v. Praeclamitatores (292,3 dicuntur qui flaminibus Diali Quirinal Martiali antecedentes exclamant feriis publicis ut homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre religiosum est). Ibi non praeclam., sed praeciam. et in cod. Fest et in codd. Pauli apparet. hic in codd. Pauli praecia (trisyll.). Paulusne hic male diviserat ' praecia mitatores ' ? Festusne et hic et ibi litteram L male legerat ? Res obscura. Unum hoc moneo id quod est praeco non ' prae-voco ' sed prae-dico olim fuisse (Livius 41 Quinquertiones prae<di>co in medium vocat ; Plaut. Bacch. 815 ut praeco praedicat ; Stich 194-195 ut faciam praeconis compendium Itaque auctionem praedicem ipse ut venditem)

PRONURUS. Cf. infra, s. v. Progenerum (256, 2).

PRAENESTE. Cf. Serv. auct. Aen. 7, 682 (altum Praeneste) : Cato dicit « quia is locus montibus praestet Praeneste oppido nomen dedit ».

PROMISSUM. Cf. infra, s. v. Pro (256, 18 alias pro in, promittere barbam et capillum)

PROMONSTRA. Cf. supra, s. v. Monstrum (122, 7).

PRIMORDIA. Cf. supra, s. v. Ordiri (200, 4).

PROMULCO. Quasi pars altera glossae est 346, 16 <Remulco dicitur cum scaphae remis navis magn>a tra<hitur>. Et alterius verbi mentionem hic etiam fuisse colligo ex confusa gl. Vat. 1468 Promulcus : scapha quae navem maiorem remigio ducit. Dubito igitur utrum huc an illuc revocanda sit gl. Abba (=Abol.) Remulcant cum scapha navem ducunt.

PRINCIPALIS. cas. por. **Paul**. Cf. supra, s. v. Praetoria Porta (249, 16 in castris appellatur qua etc.).

PRAENOMINIBUS. Cf. supra, s. v. Gaia Caecilia (85,3 appellata est ut Romam venit quae antea Tanaquil.. ut id nomen ominis boni causa frequentent nubentes). Cf. Lib. de

quae ambae Gaiae solitae sint appellari, pari modo Lucia et Titia.

(Paul.) *Prymnesius* (–um ?) palus ad quem (quod ?) funis nauticus religatur, quem (quod ?) alii *tosillam* dicunt.

(Paul.) *Procare* poscere ; unde *procaces* meretrices ab assidue poscendo et *proci* uxorem poscentes in matrimonium.

(Paul.) *Procellunt se* · procumbunt. Plautus (Mil. 762) :

sed procellunt sese in mensam dimidiati dum appetunt>.

(Paul.) *Proculum* inter cognomina eum dicunt qui natus est patre peregrinante a patria procul. Proculos sunt qui credant ideo dictos quia patribus senibus quasi procul progressis aetate nati sunt.

(Paul.) *Procapis* progenies quae ab uno capite procedit. .. « procapibus » ·.

(Paul.) *Procincta classis* dicebatur cum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confestim pugnaturus. Vetustius enim fuit multitudinem hominum quam navium *classem* appellari.

(Paul.) *Procitant* provocitant. *Citare* enim vocitare est ; unde procet (–it ?) et prociet. *Procat* dicebant pro poscit.

Praen. 7 : Antiquarum mulierum frequenti in usu praenomina fuerunt Rutila, Caesellia, Rodacilla, Murrula, Burra a colore ducta, etc.

PRYMNESIUM. Plerumque pluraliter Graece, scil. πρυμνήσια. Si tamen adiectivi partes agit, lege cum Paulo ‘ –ius palus. ’.

TO<N>SILLAM. Cf. infra, s. v. (488, 26 palum..configi in litore navis religandae causa. Pacuvius.. « tosillam pegi », etc.)

PROCARE. Cf. infra, s. v. Procat (251, 24 dicebant pro poscit) ; s. v. Procum Patricium (290, 23.. nam proci dicuntur qui poscunt aliquam in matrimonium. Graece μνηστῆρες : est enim procare poscere. ut cum dicitur in iudice conlocando « si alium procas nive eum procas », hoc est poscis : unde etiam meretrices procaces) ; s. v. Reciprocare (342, 13 pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere).

PROCACES. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) PR 1630 Procax : inverecunde poscens ?

PROCI. Hincine Gloss. Abol. PR 47 Proci : petitores uxorum ?

PROCELLUNT. Glossam ‘ procumbunt ’ in archetypo codd. Plauti minusculis scriptorum adnotatam esse illud declarat quod versum bis exhibent et his formis : (i) Sed procellunt se et procumbunt dim., etc., (ii) Sed procumbunt in mensam dim., etc. Cf. infra, s. v. Recellere (342, 19 reclinare ; et Excellere in altum extollere).

PROCULUM. Hinc Gloss. Abba (=Abol.) Proculus : qui patre longius peregrinante nascitur ; Gloss. Abol. PR 50.

PROCAPIS. Addidi ex Gloss. Aff. (=Abol.) Procapibus : proximis. Procapis : proximus. Noli huc revocare gl. corrupt. Philox. CA 118 Captam (avitam) : τὴν ἀπὸ προγόνων οἰκίαν.

PROCINCTA CLASSIS. Cf. infra, s. v. (294, 3 dicebatur exercitus ad proelium instructus et paratus, quem Diali flamini videre non licet ; antiqui enim hominum classem dixerunt, ut nunc quoque classis navium coetus est, etc.) ; supra, s. v. Classis Procincta (49, 10 exercitus instructus) ; s. v. Endo Procinctu (67, 15).

CLASSEM. Cf. supra, s. v. Classes Clipeatas (48, 22 antiqui dixerunt quos nunc exercitus vocamus).

PROCITANT. Hinc Gloss. Philox. PR 257 Procitat : προεκκαλεῖται : Gloss. Abol. PR 97 Prociet : provocat. Cf. infra, s. v. Procitum Testamentum (252,1 dicebatur velut procatum provocatum) ; s. v. Procitare (253,8 saepe prolicere).

PROCAT. Cf. supra, s. v. Procare (251,11 poscere).

(Paul.) *Procalare* provocare ex Graeco καλεῖν, id est vocare : unde *kalendae, calumnia, calones* et *caculae* et *calatores.*

(Paul.) *Procera* prolixa et in longum producta, quasi ex cera ob eius facilitatem.

(Paul.) *Procitum testamentum* dicebatur velut ' procatum ' provocatum, id est irritum ac ruptum. *Procitum*, cum prima syllaba corripitur, significat petitum. Livius (Odyss. 7) « matrem procitum plurimi venerunt ».

(Paul.) *Procestria* dicuntur quo proceditur in muro. Aelius procestria aedificia dixit esse extra portam. Artorius ' pro-castria ', quae sunt ante castra ; etiam qui non habent castra propugnacula, quibus pro castris utuntur, aedificant.

(Paul.) *Prosapia* progenies, id est porro sparsis et quasi iactis liberis, quia *supare* <**rustico sermone**> significat iacere et disicere.

(Paul.) *Prosicium* (–ciae ?) quod praesecatum proicitur.

(Paul.) *Prosequium* a prosequendo, *obsequium* ab obsequendo dicuntur.

(Paul.) *Prosedas* meretrices Plautus appellat quae ante stabula sedeant (Poen. 266)

< prosedas pistorum amicas, **reginas** alicarias>.

Eaedem et *prostibula.*

(Paul.) *Pro sententia* ac si dicatur in sententia, ut *pro rostris*, id est in rostris.

(Paul.) *Prosumia* genus navigii speculatorium parvum.

(Paul.) *Prosita* proposita.

(Paul.) *Privos* privasque antiqui dicebant pro singulis. Ob quam causam et priva[ta] dicuntur quae uniuscuiusque sint ; hinc et *privilegium* et *privatus* ; dicimus tamen et privatum cui quid est ademptum.

(Paul.) *Privignus* dictus quod antequam mater secundo nuberet est progenitus. ' Pri ' enim antiqui pro prae dixerunt.

(Paul.) *Praevaricatores* a praetergrediendo sunt vocati.

PROCALARE. Cf. Varr. L. L. 6, 27. Vide supra ad Cacula (39, 29). Cf. infra, s. v. Procalato (292, 30). calones] Aliter supra, s. v. (54, 19). calatores]. Cf. supra, s. v. (34, 14).

PROCITUM. Cf. supra, s. v. Procitant (251, 22). ma. <proci> procitum **docti.**

PROCESTRIA. Hinc Gloss. Philox. PR 305 ; 238 Procestria : **προάστια**, Procastria : οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς ; Gloss. AA (=Abol.) Procastria : aedificia ante castra vel quae extra portas sunt.

PROSAPIA. Hincine Gloss. AA (=Abol.) Prosapia : progenies sive propago, ut rustici ? supare] Cf. supra, s. v. Insipere (93, 17... unde dissipare, obsipare, ut cum rustici dicunt ' obsipa pullis escam ') ; infra, s. v. Supa (406,22 iace).

PROSICIUM. Hinc nimirum Gloss. Abol. PRO 104 Prosiciae : exta prosecta ; Gloss Philox. PR 417 Prosiciae : αἱ τῶν θυμάτων ἀπαρχαί. An prosiciem ? Cf. Varr. Rer. Div. XI (ap. Non. 220, 24) : Prosiciem extorum vel in mensam porricere.

PROSEDAS. Similia habes supra, s. v. Alicariae (7, 11.. sicut hae quae ante stabula sedebant dicebantur prostibula), ubi manifeste desideratur prosedarum mentio. Duae igitur glossae sunt disiecta unius longioris membra.

PRO. Hincine Gloss. AA (= Abol.) Pro rostris : publice ? Cf. infra, s. v. (256, 1 significat in, ut pro rostris pro aede pro tribunali) ; s. v. Pro Censu (290, 18 accipi debet in censu, ut ait M. Varro in lib. VI Rerum Humanarum, sicuti pro aede Castoris pro tribunali pro testimonio).

PROSITA. Cf. infra, s. v. Proposta Dolia (300, 6).

PRIVOS. Cf. supra, s. v. Privicloes (224, 1 in carm. Sal. privis, id est singulis).

PRAEVARICATORES. Cf. Isid. Etym. 10, 23 : Praevaricator malae fidei advocatus et

(Paul.) *Prisci Latini* proprie appellati sunt i qui priusquam conderetur Roma fuerunt.

(Paul.) *Priscus Tarquinius* est dictus quia prius fuit quam Superbus Tarquinius.

(Paul.) *Pristinum* (–us ?) ab eo venit quod est prius ; pari modo et prior.

(Paul.) *Proletarium* capite censum, dictum quod ex his civitas constet quasi proles (-lis ?) progenie ; idem et *proletanei*.

(Paul.) *Procitare* saepe prolicere (?), id est producere.

(Paul.) *Prologium* principium proloquium. Pacuvius (383) « quid est ? nam me exanimasti prologio tuo ».

(Paul.) *Prolugere* dicuntur qui solito diutius lugent.

(Paul.) *Proeliares dies* appellabantur quibus fas est hostem bello lacessere. Erant enim quaedam feriae publicae quibus nefas fuit id facere.

(Paul.) *Provinciae* appellantur quod populus Romanus eas provicit, id est ante vicit.

(Paul.) *Protinam* protinus. Terentius (Phorm. 190) « protinam me coiciam in pedes ».

(Paul.) *Pruina* dicta quod fruges ac virgulta perurat.

(Paul.) *Prugnum* (?) pronum.

...ui vel in accusando nocitura vel in defendendo profutura praetereat aut inutiliter dubieque ponat mercedis gratia : sci>licet corruptus ; Cicero « quid enim tam praevarum ? », ...t est valde varum. Isidorum ex Festo hausisse indicat fortasse illud ' qui praetereat ' (cf. Paul. ' a praetergrediendo ') ; neque enim haec interpretatio in promptu est omnibus grammaticis. Ex Festone hausit Gloss. Philox PR 182 Praevaricatio: ἡ ἀπόστασις, παράβασις ? ...f. supra, s. v. Obvaricator (212, 6 dicebatur qui cuipiam occurrebat quo minus rectum iter conficeret).

PRISCI LATINI. Cf. Serv. auct. Aen. 5, 598 : Priscos Latinos] ita dicti sunt qui tenuerunt loca ubi Alba est condita.

PRISTINUM. Cf. infra, s. v. Pristina (302, 2 velut ' priustina '). pari mo.] i. e. eiusdem significationis, idem valens ? Cf. Serv. Aen. 6, 473 (coniux ubi pristinus) : Pristinus prior ; quod difficile invenitur, nam de hoc sermone quaerit et Probus et alii.

PROLETARIUM. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) PR 2293. Proletarios : capite censos qui nihil praeter prolem dare poterant ; 2295 Pr. : filios generantes ; fuerunt autem Romae et ad bella non procedebant, prolis gignendae causa, id est filiorum procreandorum causa ? Cf. Gell. 16.10.

PROCITARE. prol.] vix prociere. Cf. supra s. v. Procitant (251, 22 provocitant ; citare enim vocitare est, unde procit et prociet).

PROELIARES. Cf. supra, s. v. Iusti Dies (92, 10)

PROVINCIAE. Suspicor Festum addidisse aliam explicationem ' quasi porro-vinciae ' (cf. Isid. Etym. 14, 5, 19) et hac via in lemma Protinam transiisse. Cf. Donat. Phorm. 72 : ...quisitae bello longe ab Italia regiones provinciae dictae a porro et vincendo ; ad quas praetores quia cum officio mittebantur, officia quoque provinciae nominabantur.

PROTINAM. Vide ne Nonius (s. v. Protinus 375, 31) de Verrio hauserit. Cum enim Varro L. L. 7, 107 dicat breviter « Naevius in Lampadione protinam, a protinus, continuitatem significans », fuse disputat Nonius : Varro etiam de Lingua Latina lib. VII vel protinam vel protinus continuationem vel praeteritae vel futurae longitudinis dicit, etc. Audire ibi non Nonium disputantem sed grammaticum (Verrium puta) Nonio longe maiorem et Varrone non multo posteriorem videor.

PRUGNUM. Quid latet ? Scripseratne Festus : Pronum ex Graeco quod e t πρόχνυ, quasi ' prognum ' ?

(Paul.) *Propages* progenies ; a *propagando*, ut faciunt rustici cum vitem vetulam subprimunt ut ex una plures faciant.

(Paul.) *Propetrare* mandare quid perficiatur ; nam *impetrare* est exorare, et *perpetrare* perficere.

(Paul.) *Propudium* dicebant cum maledicto nudare (notarè ?) turpitudinem volebant, quasi porro pudendam. Quidam propudium putant dici a quo pudor et pudicitia procul sint.

(Gloss. Fest.) Propudia quasi porro pudenda vel a quibus pudor et pudicitia procul absint. « Propudiosae » meretrices.

Provorsum fulgur appellatur quod ignoratur noctu an interdiu sit factum. Itaque Iovi Fulguri et Summano fit, quod diurna Iovis, nocturna Summani fulgura habentur.

Propatulum late patens atque apertum, et *patuli boves* quorum cornua in diversum super modum patent.

(Paul.) Propatulum late patens atque apertum, et patuli boves quorum cornua in diversum patent.

Propriassit proprium fecerit.

Properus antiquos dixisse pro celer testimonio est qualitatis adverbium quod est propere.

(Paul.) Properus celer ; unde adverbium propere.

Prophetas in Adrasto Iulius nominat antistites fanorum oraculorumque interpretes (2) :

cum capita viridi lauro velare inperant
prophetae, sancta [ita] caste qui
purant(cu– ?) sacra.

(Paul.) Prophetas dicebant veteres antistites fanorum oraculorumque interpretes.

Propter viam fit sacrificium quod est proficiscendi gratia Herculi, aut *Sanco*, qui scilicet idem est deus.

(Paul.) Profecturi viam Herculi aut Sanco sacrificabant.

Prodigia quod prodicunt futura ; permutatione *G litterae*, nam quae nunc C appellatur ab antiquis G vocabatur.

Produit porro dederit, ut est in lege censoria « porticum sartam tectamque habeto prodito » ; alias prodiderit.

Prodegeris consumpseris perdideris, ut Caecilius in Hymnide (74) :

prodigere est cum ni[hi]l habeas te
inrid<er>ier ;

PERPETRARE. Cf. supra, s. v. Perpetrat (238, 23 peragit perficit) ; s. v. Inpetritum (96,5 inpetratum).

PROPUDIUM. Addidi ex gl. Festina in Vat. lat. 1469. Festum tamen in verba ' procul sint ' (non pr. absint) desiisse demonstrat codex unicus noster qui in summo folio habet ' procul sint. Provorsum fulgur ' etc. Hinc Gloss. Abol. PR 100 Propudium : a quo longe pudor abest.

PROVORSUM. diurna] Cf. supra, s. v. Dium Fulgur (66, 15 appellatur diurnum, quod putabant Iovis, ut nocturnum Summani). Cf. supra ad Adtestata Fulgura (11, 10).

PATULI BOVES. Cf. supra, s. v. Patulum Bovem (246, 25 Plautus appellat cuius cornua diversa sunt ac late pateant).

PROPERUS. Cf. infra, s.v. Properam (300, 3 pro celeri ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato).

PROPTER VIAM. Cf. Macrob. 2, 2, 4 ; Plaut. Rud. 150. Vix cf. infra, s. v. Propterviа Auspicia (286, 4).

PRODUIT. Cf. supra, s. v. Adduis (25, 12 addideris). sart. tect.] Cf. infra, s. v. Sarte (428, 28).

PRODEGERIS. Hinc nimirum Gloss. Abol. PR 103 Prodegit : consumpsit ; unde prodig[i]um. Cf. infra, s. v. Prodiguae Hostiae (296, 12 quae consumuntur ; unde homines quoque luxuriosi prodigi).

et <*prodigus*, ut > Plautus in Nervolaria (97) :

producte prodig[i]um esse amatorem addecet.

(Paul.) Prodigere est consumere ; unde et prodigus fit.

Prodinunt prodeunt, ut Ennius Annali lib. III (156) :

prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

(Paul.) Prodinunt prodeunt. Ennius : Prodinunt famuli, tum candida lumina lucent.

Probrum stuprum flagitium, ut Accius in Hellenibus (384) :

qui nisi probrum omnia alia indelicta aestimant ;

Caecilius in Davo (26) :

ea tum compressa parit huic puerum, sibi probrum.

(Paul.) Probrum stuprum flagitium.

Probi velut ' pro-hibi ', qui se delinquendo prohibent.

(Paul.) Probi velut ' pro-hibi ', qui se a delinquendo prohibent.

Prodigiatores harispices prodigiorum interpretes.

(Paul.) Prodigiatores prodigiorum interpretes.

Prodit memoriae porro dat ; et fallit ; item ex interiore loco procedit ; item perdit, ut Ennius lib. XVI (428) :

non in sperando cupide rem prodere summam.

(Paul.) Prodit memoriae porro dat ; et fallit ; item ex interiore loco procedit ; item perdit, ut Ennius : Non in sperando cupidi rem prodere summam.

Punicum quod appellatur genus <libi>.. .. (**22 litt.**).. <trans>latum <a Poenis. Id etiam appellabant *probum*> quia u.. (**31 litt.**).. non **.

(Paul.) Punicum genus libi translatum a Poenis. Id etiam appellabant prob[r]um quia erat ceteris suavissimum.

<*Pro* significat in, ut pro ro<st[o]r>i<s, pro aede pro tribunali>.

(Paul.) Pro significat in, ut pro rostris, pro aede, pro tribunali.

<*Progenerum*> app<ellat avus neptis suae virum. *Pronurus* ap>pella<tur nepotis uxor>.

(Paul.) Progenerum appellat avu neptis suae virum. Pronurus nepotis uxor.

Profanum quod non est sacrum.> Li vi<us>.. (**28 litt.**).. <pu>blico » ; <Plautus in> .. (**6 litt.**).. (fr. inc. 38) :

<sacrum an profanum ha>beas <parvi penditur.> ;

.. (**19 litt.**).. tionem **.

(Paul.) Profanum quod non est sacrum. Plautus : Sacrum an profanum habeas parvi penditur.

<*Pro* ponitur etiam pro am>plific<ando ac palam faciendo, ut prodi provo>ca

---

PRODINUNT. lucent] i. e. accendunt. De forma 3 plur. praes. ind. vide ad Explenunt (70, 3 explent).

PRODIT. Hincine Gloss. Philox. PR 274 Prodit : προδίδωσιν, προέρχεται ?

PUNICUM. Supple si libet : quia v<incere putabatur cetera suavitate>.

PRO. rost.] Castoris **Frank** (**Riv. Filol. 53, 105**). Cf. supra, s. v. Pro Sententia (252, 16 ac si dicatur in sententia, ut pro rostris, id est in rostris), etc.

PROGENERUM. Pron. nep. ux. **post** Praeiurationes (250, 20) **Paul.**

PROFANUM. Hinc gl. misere lacera Abol. PR 92 Profanum habes : parvi penditur. Cf. supra, s. v. Poriciam (242, 19) ; et supple si libet Profanata pollucta ob iac>tionem <porro a fano>.

PRO. Cf. supra, s. v. , etc. Cosin] **an** Casina (952) « pro me, quid agam » (siquidem male intellexerat Verrius) ? Cf. supra, s. v. Promissus Capillus (250, 24 dicitur longus ; item barba promissa velut porro missa).

prop<elle protrahe ; alias pro privandi facul>tate, <ut in propudio, prohibendo quia utrumque ab>nuit i<n his esse pudorem potestatemque ; alias ali>ud alio <, ut pro pecunia, pro praedio, pro consule ; > alias pro al<locutione admirantis, Accius> in Melani<ppo> (inc. 2) : <« pro Iuppiter>.,. (**14 litt.**).. mani omnium ».. (**26 litt.**).. Plautus in Cosin (?).. (**10 litt.**).. ; <alias pro ante, ut> pro ostio ; alias pro <in, ut inmittere et promittere bar>bam et capillum.

(Paul.) Pro ponitur etiam pro amplificando ac palam faciendo, ut prodi provoca protrahe propelle ; alias pro privandi facultate, ut in propudio, prohibendo, quia utrumque abnuit in his esse pudorem potestatemque ; alias aliud alio, ut pecunia, pro praedio, consule ; alias pro admiratione, ut pro Iuppiter ; alias pro ante, ut pro ostio ; alias pro immittere et pro mittere barbam et capillum.

<*Profundum* dicitur id quod> altum est ac fundum <porro habet. Pacuvius> in Medo (243) : « neque.. (**28 litt.**).

(Paul.) Profundum quod longe habet fundum.

Profesti dies dic<ti quod sint procul a religione numinis> divini. Caecilius in (292).. (**19 litt.**).. <fe>sti tantundem.. (**16 litt.**).. <Afranius> in Privigno (262) :

aeque <profesto **ac festo** concelebras focum>.

(Paul.) Profesti dies procul a religione numinis divini.

Profusus super mo<dum sumptuosus, sicut ait> Terentius in Adel<phis> (134) :

<profundat perdat pere>**at**, nihil ad me a<ttinet>.

<Alias abiectus iacens> et (ut) Pacuius in Teuc<ro> (321) :

<profusus gemitu murmu>ro † occistians rua † **

** cant.. (**32 litt.**).. cita.

(Paul.) Profusus super modum sumptuosus. Terentius : Profundat perdat pereat, nihil ad me adtinet. Alias abiectus iacens. Pacuvius : Profusus gemitu murmuro.

<*Plauti* appellantur canes quorum aures la>n<guidae sunt ac flaccidae et latius vid>entur <patere>. .. (**27 litt.**).. suae. (**36 litt.**)..e.. (**34 litt.**).. uni.. (**34 litt.**).. nui.. (**33 litt.**).. acis**

(Paul.) Plauti appellantur canes quorum aures languidae sunt ac flaccidae et latius videntur patere.

<*Plantae* semina holerum dicta>e sunt <quod plana sunt, ut plantae etiam pedum ex > causa <simili appellantur>.

(Paul.) Plantae semina holerum quod plana sunt, ut appellantur etiam ex simili plantae nostrorum pedum.

<*Plancae* tabulae planae, o>b quam <causam et *Planci* appellantur qui supra mo-

---

PROFUNDUM. Hinc nimirum Gloss. Abav. (=Abol.) PR 127 Profundum : porro habens fundum. Sed Isidorus Etym. 14, 9, 4 (Profundum proprie quasi cuius porro sit fundus) ex Serv. Aen. 2, 758 hausit.

PROFESTI. Cf. infra, s. v. Profestum Facere (298, 34.. itaque diem profestum diem sine feriis esse).

PROFUSUS occistians rua] ' occisti ' antruat **Ribbeck**. Quae sequuntur vide ne aliena sint, utputa : <Procita et procitata idem signifi>cant, ut .. « .. <pro>cita ».

PLAUTI. Hinc Gloss. Philox. PL 23 Plautus : βαρύωτος. Fortasse etiam gl. corrupta Abol. PA 9 Patus : auribus magnis vel cervice. Aut hinc aut ex A — capitulo Gloss Abol. AU 14 Auribus Plautis : flaccidis et ingentibus. Cf. infra, s. v. Plotos (274, 9 appellant Umbri pedibus planis et latis), et vide viam inter Plauti et Plantae et Plancae.

PLANCI. Hinc Gloss. Abol. PL 4 Plancus : pedibus latis qui planas et latas habet plan-

dum pedibus latis sunt. Eosdem homines Umbri dicebant *Plotos* **.

(Paul.) Planeae tabulae planae. Ob quam causam et Planci appellantur qui supra modum pedibus planis sunt.

<*Plaustrum perculi*>, id est evertii, cum ait Plautus in Epidico, significat id quod.. (**29 litt.**).. (592) :

Epidicus mihi fuit magister. Perii: plaustrum perculi.

Plebeium magistratum, ait....., nem>inem licet ca<pere nisi qui>.. (**16 litt.**).. generis est.. (**27 litt.**).. isto nomine.

(Paul.) Plebeium magistratum neminem capere licet nisi qui ex plebe est,

Plutei proprie crates corio crudo intentae <quae hosti obici solent ab> opus facientibus et appellantur plutei militares>. Nunc etiam tabu<lae quibus quid praesepitur eodem nomine dicun<tur>.

(Paul.) Plutei crates corio crudo intentae quae solebant opponi militibus opus facientibus et appellabantur militares. Nunc etiam tabulae quibus quid praesepitur eodem nomine dicuntur.

Plebeia **magisteria sunt ea**> quae a plebei scito.. (**25 litt.**).. suffragium tu.. (**25 litt.**).. s sunt constitu<ta. **Sed etiam plebei aediles fi**>unt qui una cum <**curulibus** creati sunt dissidente plebe a patribus>.

(Paul.) Plebei aediles dissidente plebe a patribus sunt creati.

Plebeias tabernas q<uas vocant nos>tra aetate quinque tabern>as esse et septem ferun<t olim fuisse. Plebeias appell>amus a genere magistratus ; eas enim faciendas curaverunt M. Iunius Brutus, Q. Oppius aediles plebis.

Plexa colligata significat ex Graeco ; cui nos etiam praepositionem adicimus cum dicimus perplexa.

(Paul.) Plexa conligata ; unde perplexa.

Plentur antiqui etiam sine praepositionibus dicebant.

(Paul.) Plentur antiqui etiam sine praepositionibus dixerunt.

Plera dixisse antiquos testis est Pacuius cum ait (320) :

plera pars pessum datur.

Ploxinum appellari ait Catullus capsum in cisio capsa<m>ve cum dixit (97,6) :

gingivas vero ploxini habet veteris.

(Paul.) Ploxinum capsam dixerunt.

Plorare flere et inclamare nunc significat et cum praepositione *inplorare*, id

---

s ; quem Umbri Ploton vocant. Fortasse etiam Gloss. Philox PL 14 Plancus : πλατόπους, PE 34 Pedo : plancus, πλατόπους.

PLOTOS. Cf. infra, s. v. (274,9 appellant Umbri pedibus planis et latis.. unde et Maccius poeta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitia initio Plotus, postea Plautus coeptus est dici). Cf. supra, s. v. Plauti.

PLEBEIUM MAGISTRATUM. Haec supplent docti : ca<pere nisi qui ex plebe est : eius ge>neris est <omnis magistratus qui appellatur> isto nomine.

PLUTEI. proprie] cf. 158, 18 ; 234, 21, etc. Hinc Gloss. Abol. PL 11 Plutei : proprie crates corio contectae quae in opere faciendo hostibus obiciuntur ; Isid. Etym. 18, 11, 3 : Plutei sunt crates corio crudo intextae quae in opere faciendo hosti obiciuntur.

PLEBEIA. Haec fere supplent docti : cum plebs tributim sine patribus suffr. tu<lit rogante magistratu plebeio>s sunt constitu<ta. Et aut tribuni plebei aut aediles>s unt q. u. c. <tribunis cr. s. diss.>.

PLEBEIAS TABERNAS. vel <Pl. tab. no>vas voc. no<stra aet., et di>cunt V tabern>as esse, <s> et sept. ferun<tur ol. fu. docti. Cf. Liv. 26, 27,2 : Eodem tempore (a. 544) septem tabernae, quae postea quinque, et argentariae, quae nunc novae appellantur, arsere.

INPLORARE. Cf. supra, s. v. (96, 23).

est invocare : at apud antiquos plane inclamare. In regis Romuli et Tatii legibus (13) « Si nurus ** <nurus> sacra divis parentum estod : in Servi Tulli haec est (6) « Si parentem puer verberit ast olle plorassit paren<s>, puer divis parentum sacer esto », id est <in>clamari: dix<erit diem>.

Pedulla (?) quae dicimus nunc (?) a.. (**10 litt.**).. Graecos appellare manifestum est.

Pacem a pactione condicionum putat dictam Sinnius Capito quae utrique inter se populo sit observanda.

(Paul.) Pax dicta est a pactione.

Penem antiqui codam vocabant ; a qua antiquitate etiam nunc o… porcina cum cauda in cenis puris *offa penita* vocatur, et *peniculi* quis calciamenta tergentur, quod e codis extremi<s> faciebant antiqui qui terge<re>nt ea. Dictus est forsitan a pendendo. Naevius in Tunicularia (com. 99) :

Theodotum (Theud–) compellas qui aras Compitalibus
sedens in cella circumtectu[a]s tegetibus
Lares ludentis peni pinxit bubulo,

significat peniculo grandi, id est coda.

(Paul.) Penem caudam vocabant ; unde et offam porcinam cum cauda offam penitam dicebant. Hinc et peniculos dicimus quibus calciamenta terguntur, qui de caudarum extremitate fiunt. Penis denique a pendendo vocata est.

Propius sobrino mihi est consobrini mei filius et consobrinae meae filius et patris mei consobrinus et matris meae consobrinus.

(Paul.) Propius sobrino mihi est consobrini mei filius et patris mei consobrinus.

Possessio est, ut definit Gallus Aelius (12), usus quidam agri aut aedifici, non ipse fundus aut ager. Non enim possessio est <nisi in> rebus quae tangi possunt. <Ex is> qui dicit se possidere is vere potest dicere. Itaque in legitimis actionibus nemo [ex his qui] possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, ut praetor his verbis utatur : Uti nunc possidetis eum fundum quo de agitur, quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, <quominus> ita possideatis, adversus ea vim fieri veto.

(Paul.) Possessio est usus quidam agri aut aedificii, non ipse fundus aut ager.

Praefecturae eae appellabantur in Italia in quibus et ius dicebatur et nundinae agebantur ; et erat quaedam earum R. P (respublica), neque tamen magistratus suos habebant ; in qua[hi]s legibus praefecti mittebantur quotannis qui ius dicerent. Quarum genera fuerunt duo alterum in quas solebant ire praefecti <qui> quattuor <e> viginti sex virum numpro (numero) populi suffragio creati erant, in haec oppida : Capuam Cumas Casilinum Volturnum Liternum Puteolos Acerras Suessulam Atellam Calatium

---

PEDULLA. An Πέδιλα quae di. nunc alutaciatos, etc. ?

PENEM. Hincine (an ex loco superiore, s. v. Peniculi 231,2) gl. Festina cod. Vat. lat 1469 Penem antiqui codam vocabant, id est veretrum ?

OFFA PENITA. Cf. infra, s. v. Penitam Offam (282, 12 Naevius appellat absegmen carnis cum coda.)

PENICULI. Cf. supra, s. v. (231,2 .. penes enim vocabantur caudae).

PROPIUS SOBRINO. Ex Aelio Gallo. Cf. infra, s. v. Sobrinus (379,6 est, ut ait Gallus Aelius, etc.). Ecce doctrinam ex eodem fonte haustam et bifarie divisam.

POSSESSIO. Cf. infra, s. v. Possessiones (277,5 .. non mancipatione sed usu tenebantu et ut quisque occupaverat possidebat). quominus ita poss. **Ulpian.** (ap. Dig. 43, 17, 1 **Gaius** (Inst. 4, 160).

(anni; alterum in quas ibant quos praetor urbanus quotannis in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos, Formias, Caere, Venafrum, Allifas, Privernum, Anagniam, Frusinonem, Reate, Saturniam, Nursiam, Arpinum aliaque complura.

Parret, quod est in formulis, debuit et pro ducta priore syllaba pronuntiari et non gemino R scribi, ut ceteri "paret", quod est inveniatur, ut comparet apparet.

Portum in XII pro domo positum omnes fere consentiunt (2, 3): Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito.

(Paul.) Portum frequenter maiores pro domo posuerunt.

Patrocinia appellari coepta sunt cum plebs distributa est inter patres ut eorum opibus tuta esset.

(Paul.) Patrocinia appellari coepta sunt cum plebs distributa est inter patres ut eorum opibus tuta esset.

Posticam lineam in agris dividendis Ser. Sulpicius (12) appellavit ab exori<ente sole ad occasum spectantem,> qua.. (33 litt.).. tur.. (33 litt.).. rique.. (31 litt.).. ab e**

(Paul.) Postica linea in agris dividendis ab oriente ad occasum spectat.

<?> ** tab.. (33 litt.).. frug.. (32 litt.).. danto**

<*Pomptina tribus* a Pomp>tia ur<be est dicta>.. (18 litt.) .. <Pomp>tina o . 30 litt.).. *Papiria tribus* a Papirio>.. (19 litt..).. mi ag.. (33 litt.).. coniu.. (32 litt.).. quod ind.. (30 litt.).. tur bellum.. (29 litt.).. tos exerc.. (29 litt.).. discesser t.. (26 litt.).. signum conf.. (27 litt..).. rem in ipsorum ar<bitrio>.. (15 litt.).. <po> testate ac postu.. (23 litt.).. exercitus suffrag** *Pupinia tribus* ab agri nomine <dicta qui Pupinius dicitur, inter> Tusculum Urbem **que situs**.. (18 litt.).. minit invictum.. (24 litt.).. est. *Popillia* (Poplilia ?) *tri<bus*, una antiquarum triginta tri>buum — tot enim fuerunt ante reges exactos — fe lici nomine ap<pellata a progenitrice Popilliorum, ut> *Pinaria* <*tribus*> a sororis P<inarii, qui Herculi prima sacra fecit, no>mine.

(Paul.) Pomptina tribus a Pomptia urbe est dicta. Papiria tribus a Papirio vocata. Pupinia tribus ab agro Popinio. Popillia tribus a progenetrice traxit vocabulum.

Populi comm<une suffragium est patrum> cum plebe suffragium; <nam Comitia Centuriata> ex patribus et plebe <constant in centurias divisis. At>cum plebes

---

PARRET. Cf. supra, s. v. (247, 15 significat apparebit).

PORTUM. Ps.-Placidi in hac lege XII adnotatam, ni fallor, glossam sic intellego, Portum: domum vel ianuam <? Tertiis diebus :> interdum, < Obvagulatum :> petitum. Cf. infra s. v. Vagulatio (514, 6 in XII significat quaestio cum convicio: « cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito ».)

POSTICAM. Cf. infra, s. v. Posticum Ostium (244, 24 dicitur in posteriore parte aedium: ceterum antiqui etiam vicinum habitantem ad posteriorem partem aedium sic appellarunt; quique et quae ante nos sunt antica et quae post nos sunt postica dicuntur, et dexteram anticam sinistram posticam dicimus; sic etiam ea caeli pars quae sole inlustratur ad meridiem antica nominatur, quae ad septentrionem postica, rursumque dividuntur in duas partes orientem atque occidentem); supra, s. v. Antiquum (24, 14).

POMPTINA. Haec supplent docti: ur<be est dicta, a qua etiam palus Pomp>tina a<ppellata est prope Terracinam>.

PUPINIA Sed cf. Frank (Amer. Journ. Phil. 51,70)

POPLILIA. Cf. Liv. 7, 15, 12: Eodem anno duae tribus, Pomptina et Publilia, additae.

sine patri<bus Tributis Comitiis convenit,> quod plebes scivit *plebi<scitum,* non populi suffragium> appellatur. *Patrum comm<une suffragium>*.. (**37 litt.**)..

Prorsi<limites appellantur in agrorum mensuris qui de>rec<ti sunt ad Orientem>.

(Paul.) Prorsi limites appellantur in agrorum mensuris qui ad Orientem derecti sunt.

<*Pugio* dictus esse vi>detur.. (**35 litt.**).. .. no.. (**33 litt.**).. nsue.. (**32 litt.**),. uoque**

(Paul.) Pugio dictus quod eo punctim pugnatur.

<*Praebia* dicuntur curan>di ma<li remedia>.. (**22 litt.**).. s cau.. (**20 litt.**)..

(Paul.) Praebia remedia.

<*Parare inter se m>unus* <dicebantur cum sine sortitione magistrati>bus populi Romani <inter se conveniret>.. (**15 litt.**).. acere.. (**31 litt.**).. ebus le.. (**30 litt.**).. to quoque.. (**32 litt.**).. rum ex.. (**25 litt.**).. <con>sulibus ae.. (**28 litt.**).. atque ex ea.. (**28 litt.**).. s magistra.. (**27 litt.**).. t intra dies <magistratus designati pro-vi>ncias inter se pa<rarent>.

<*Praetor* alter> inter civis, al[i]ter inter <peregrinos ius dicebat. Nam cum ille qu>i lege primum fratres (factus ?) <erat non sufficeret, duo id>circo sunt creati.

<*Praemetium*. praelibatio Cereri, quo>d ante metitur, qua<si praemessum>.

(Paul.) Praemetium quod praelibationis causa ante praemetitur.

<*Prote>lare* dicitur longe pro<pellere, ex Graeca voce> quae est τῆλε et signi-<ficat longe>.

(Paul.) Protelare longe propellere, ex Graeco videlicet τῆλε quod significat longe.

<*Privato sumtu*>..(**5 litt.**).. t se alebant mili-<tes Romani qui stipendi>a mererentur quod in consuetudine mansit paen-ad> id tempus quod fuit pau<lo ante quam Roma urbs> capta est a Gallis <ex quo sine publico stipendio> milites non fiebant.

(Paul.) Privato sumtu se alebant milites Romani paene ad id tempus quo Roma est capta a Gallis.

<*Porci effigies* inter militar>ia signa quintum locum <obtinebat quia confect

---

PLEBISCITUM. Cf. infra, s. v. Scitum Populi (442,28.. Plebi scitum est quod tribunu aedilisve plebi eam rogavit. id est consuluit, plebesque scivit ; plebes autem est populu Romanus universus praeter patricios) ; s. v. Scita Plebei (372,20).

PUGIO. Hincine Gloss. Philox. PU 32Pugio : παραξιφίδιον παραζώνιον ? Cf. Isid. Etym 18. 6. 6 : Pugio a pungendo et transfigendo vocatus ; est enim gladius parvus et bis acu tus lateri adhaerens. (Cetera Isidori ex ps- Placido hausta sunt).

PRAEBIA. Cf. infra, s. v. (276,7 rursus Verrius vocari ait ea remedia quae Gaia Caecili uxor Tarquini Prisci, invenisse existimatur et immiscuisse zonae suae, qua praecincta st tua eius est in aede Sancus, qui deus Dius Fidius vocatur ; ex qua zona periclitantes ramen sumunt ; ea vocari ait praebia quod mala prohibeant). Haec fere supplent docti : ma remedia, videlicet quae curationi>s cau<sa praeberi soleant>.

PARARE Haec supplent docti : quis ex iis munus facere <provinciamve habe vellet>.

PRAEMETIUM. Cf. infra, s. v. Sacrima (422.5 .. sicut praemetium de spicis quas pr mum messuissent sacrificabant Cereri). Hinc vel inde Gloss. Philox. PR 92 Praemetium ἡ πρὸ θερισμοῦ Δημήτρας θυσία.

PRIVATO SUMTU. Cf. Liv. 4, 59, 11.

PORCI EFFIGIES. Cf. supra, s.v. Minotauri Effigies (135, 21 inter signa militaria es foedere] cf. supra. s. v. Foedus (74.3 appellatum ab eo quod in paciscendo foede hostia nec retur ; Virgilius " et caesa iungebant foedera porca "). Cf. Serv. Aen. 8, 641, qui non porca sed porcum esse caesum affirmat.

bello, inter quos populos pax erat, ea porca caesa in foe>dere firmari solet.

(Paul.) Porci effigies inter militaria signa quintum locum optinebat quia confecto bello, inter quos pax fieret, caesa porca foedus firmare solebant.

<*Polimenta*>.. (**13 litt.**).. dicebant testiculos porcorum cum eos castrabant, a politione scortum aut vestimentorum, quod similiter atque illa curentur.

(Paul.) Polimenta testiculi porcorum dicuntur cum castrantur, a politione vestimentorum, quod similiter ut illa curentur.

Pater patrimus dicebatur apud antiquos qui, cum iam ipse pater esset, habebat etiam tum patrem.

(Paul.) Pater patrimus dicitur qui, cum ipse pater sit, adhuc patrem habet.

Portisculus est, ut scribit Aelius Stilo, qui in portu modum dat classi. Id autem est malleus, cuius meminit Cato in dissuasione de rege Attalo et vectigalibus Asiae (1) : C. Licinio praetore remiges scribti cives Romani sub portisculum (–lo ?), sub flagrum (–ro ?) conscribti veniere passim ».

(Paul.) Porticulus est qui in portu modum dat classi. Est autem malleus.

Pro scapulis cum dixit Cato significat pro iniuria verberum. Nam conplures leges erant in cives rogatae quibus sanciebatur poena verberum. His significat prohibuisse multos suos civis in ea oratione quae est contra M. Caelium (7) : Si em percussi saepe, incolumis abii ; praeterea pro republica, pro scapulis atque aerario multum rei publicae profuit (–ui ?).

(Paul.) Pro scapulis cum dixit Cato significavit pro iniuria verberum.

Primanus tribunus apud Catonem est qui primae legioni tributum scribebat>.

(Paul.) Primanus tribunus erat qui primae legioni tributum scribebat.

<*Properare et festinare* distinguuntur apud Catonem> in ea quae est contra Thermum de suis virtutibus (4) : Aliud est properare, aliud festinare ; qui unum quidquid mature transigit is properat, qui multa simul incipit neque perficit is festinat.

(Paul.) Properare aliud est, aliud festinare. Qui unum quid mature transigit is properat, qui multa simul incipit neque perficit is festinat.

(Gell.) Verrius Flaccus rationem dicere volens differentiae huius « festinat » inquit « a fando dicitur, quoniam isti ignaviores qui nihil

---

POLIMENTA. Politione] Cf. supra, ad Inpolitias (95, 26).

PATER PATRIMUS. Cf. supra, s. v. Matrimes ac Patrimes (113,5 quibus matres et patres adhuc vivunt).

PORTISCULUS. Cf. Non. 151, 18 : Portisculus proprie est hortator remigum, id est qui eam perticam tenet quae portisculus dicitur, qua et cursum et exhortamenta moderatur. Hinc Gloss. Philox. PO 84 Portisculus : κελευστής C. Lic. praet.] Cf. Liv. 42, 27, 2 sub portisculo] Hinc nimirum Gloss. Corp. (=Abol.) P 503 Portisculo : malleo.

PRO SCAPULIS prohibuisse doctis Si.. abii] Verba adversarii, qui ad Leg. XII Tab. adludit. Cf. Class. Rev. 7, 116.

PROPERARE. quidquid] pro quidque antiqui usurpabant. Quod si meminisset Leo, aliter scripsisset de Plautina prosodia (Plautinische Forschungen², p. 289). Antiquam formam conservaverunt meliores codd. Nonii (441, 18), qui locum e Gellio sumpsit ; mutaverunt in " quid " codd. qui supersunt Gellii 16.14 et Paulus Diaconus ; in " quodque " codd. scholiastae Bobiensis in Cic. Mil. 49. Non hinc, sed ni fallor ex schol. Donati in Geo, 1, 60 hausit Isidorus Diff. 1, 440, qui plenius Catonis verba exhibet, addens « ego unum quodque (quidquid) quod adortus eram transigebam ».

perficere possunt, plus verborum quam operae habent. »

Prorsus porro vorsus, nisi forte ex Graeco πρό. Cato de feneratione legis Iuniae (1): Camerini cives nostri oppidum pulchrum habuere, agrum optimum atque pulcherrimum, rem fortunatissimam; cum Romam veniebant prorsus devertebantur pro hospitibus ad amicos suos.

(Paul.) Prorsus porro vorsus.

Prohibere comitia dicitur vitiare diem morbo qui vulgo quidem <*morbus*> *maior*, ceterum ob id ipsum <*morbus*> *comitialis* appellatur. Cato in ea oratione quam scribsit de sacrificio commisso (1): Domi cum auspicamus, honorem me dium (deum) immortalium velim habuisse; servi, ancillae, si quis eorum sub centone crepuit quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit; si cui ibidem servo aut ancillae dormienti evenit quod comitia prohibere solet, ne is quidem mihi vitium facit.

Penatores qui penus gestant. Cato adversus M'. Acilium quarta (1): Postquam na[ti]vitas ex navibus eduxi, non ex militibus atque nautis piscatores penatores feci, sed arum (aurum ?) dedi.

Pilates (phell– ?) lapidis genus cuius meminit Cato Originum lib. V (17): Lapis candidior quam pela[s]tes.

(Paul.) Pilates genus lapidis. Cato: Lapis candidior quam pilates.

Peregrina sacra appellantur quae aut evocatis dis in oppugnandis urbibus Romam sunt con<l>ata aut quae ob quasdam religiones per pacem sunt petita, ut ex Phrygia Matris Magnae, ex Graecia Cereris, Epidauro Aesculapi; quae coluntur eorum more a quibus sunt accepta.

(Paul.) Peregrina sacra sunt dicta quae ab aliis urbibus religionis gratia sunt advecta.

Peculatus furtum publicum dici coeptus est a pecore quia ab eo initium eius fraudis esse coepit; siquidem ante aes aut argentum signatum ob delicta poena gravissima erat duarum ovium et triginta bovum. Ea<m> lege<m> sanxerunt T. Menenius Lanatus et P. Sestius Capitolinus consules. Quae pecudes, postquam aere signato uti coepit populus Romanus, Tarpeia lege cautum est ut bos centusibus, ovis decusibus aestimaretur.

(Paul). Peculatus, id est furtum publicum, dici coepit a pecore tunc cum Romani praeter pecudes nihil haberent.

PILATES ante Pilae (272, 15) **Paul.**

PEREGRINA SACRA. conlata] conlocata Walters (Philol. 80, 440).

PECULATUS. Cf. supra, s. v. Peculatum (232,29 est nunc quidem qualecumque publicum furtum, sed inductum est a pecore, ut pecunia quoque ipsa, etc.); s. v. Ovibus Duabus (220, 22); s. v. Depeculatus (66, 11 a pecore dicitur; qui enim populum fraudat peculatus poena tenetur).

poena gravissima]. cf. supra, s. v. Ovibus Duabus (220, 22); Maximam Multam (129,8 dixerunt trium milium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bubus et duabus ovibus quemquam multari aestimabaturque bos centussibus, ovis decussibus); s. v. Peculatus (232, 33 .. itaque suprema multa etiam nunc appellatur); infra, s. v Supremum (398, 7 alias pro maximo, cum duas oves et triginta boves supremam multam dicerent). Men. .. Sest.] Cf. Willers (De Verr. Flacc. 23). aestimaretur] cf. supra, s. v. Aestimata Poena (23,2 ovem decussis, bovem centussis, hoc est decem vel centum assibus); s. v. Ovibus Duabus (220, 24 postea quam aere signato uti civitas coepit pecoraque multaticia incuria corrumpebantur, unde etiam peculatus crimen usurpari coeptum est, facta est aestimatio pecoralis multae et boves centenis assibus, oves denis aestimatae; inde suprema multa, id est maxima, appellatur tria millia aeris; item vicesis minoribus delictis).

Potitium et Pinarium Hercules, cum ad aram quae hodieque Maxima appellatur decimam bovum quos a Geryone abductos abigebat Argos in patriam profanasset, genus sacrificii edocuit. Quae familia et posteri eius non defuerunt ministrantibus usque ad Appium Claudium Censorem, qui quinquaginta millia aeris gravis [h]îs dedit ut servos publicos edocerent ritum sacrificandi. Quo facto Potitii, cum essent ex familia numero duodecim, omnes interierunt intra diem XXX. Pinarius quod non adfuit sacrificio, postea cautum est ne quis Pinariorum ex eo sacrificio vesceretur.

Plebeiae Pudicitiae sacellum in vico Longo est quod, cum Verginia patrici generis femina convivio (conubio ?) facto inter patres et plebem no.. (**35 litt.**).. sulo.. (**36 litt**).. qua.. (**37 litt.**).. bit a.. (**36 litt.**).. sere.. (**36 litt.**).. eo iu.. (**36 litt.**).

(Paul.) Plebeiae Pudicitiae sacellum Romae ut sacra cetera colebatur.

Portorium dictum est vectigal id quod solvitur> porti<toribus>.. (**24 litt.**).. <dimi>diato.. (**35 litt.**).. in vec <tigalibus>.. (**26 litt.**).. ter dua.. (**34 litt.**).. liusque.. (**33 litt.**).. Corun<canius>.. (**29 litt.**).. intra te<mporis certum spatium>.. (**14 litt.**).. quid at.. (**32 litt.**).. ma testate spr.. (**27 litt.**).. lam propibus (?) et.. (**27 litt.**).. sint.

Primigenius sulcus dicitur qui in nova urbe condenda tauro et vacca.. (**20 litt.**).. iumenti velut exem<plum>.. (**20 litt.**).. utrimque media p.. (**26 litt.**).. lari iudicio qui et ips.. (**10 litt.**)..

(Paul.) Primigenius sulcus dicitur qui in condenda nova urbe tauro et vacca designationis causa inprimitur.

Parilibus Ur>*bem condidit Romulus*, quem diem festum praecipue> habebant iunior<es **natu qui erant**>.

(Paul.) Parilibus Romulus Urbem condidit, quem diem festum praecipue habebant iuniores.

<*Praetexta pulla* nulli> ali licebat uti qu<a>m <ei qui funus faciebat, si idem> ius magistratus hab<ebat vel in publico> loco publicos lud<os edebat. Hic etiam eodem iure> utitur et scribam hab<et sicut magistratus propter eos> quos facit ludos.. (**21 litt.**).. <Consu>libus et praetoribus vota <nuncupantibus propter igno>rantiam sacra (?) novorum <praetexta da>tum est uti, emit (item ?) votum <solventibus>.. (**11 litt.**).. que item Valerius vea.. **23** litt.).. re ex senatu inprobar..

(Paul.) Praetexta pulla nulli alii licebat uti quam ei qui funus faciebat.

<*Pilae et effigies viriles et muliebres ex lana, Compitalibus* in> compitis <suspenduntur quod hic dies festus est> deorum <inferorum>.. (**19 litt.**).. <quos

---

POTITIUM. Cf. supra. s. v. Putitium (240, 18). profanasset] cf. supra. s. v. Poriciam (242,19).

PLEBEIAE PUDICITIAE. Cf. infra s. v. Pudicitiae (scil. patriciae) Signum (282, 18 in foro Bovario est). Cf. Liv. 10, 23.

Haec supplent docti: .. plebeiae matronae quae uni viro nupsissent et spectatae pudicitiae essent, sacrificandi in eo locum s haberent eodem ritu quo patriciae sacrificant.

PRIMIGENIUS SULCUS. Cf. Varr. L. L. 5, 143: Oppida condebant in Latio Etrusco ritu multi, id est iunctis bobus, tauro et vacca, interiore aratro circumagebant sulcum — hoc faciebant religionis causa die auspicato — ut fossa et muro essent muniti; Cato Orig. 1, 18: Qui urbem novam condit tauro et vacca arat, ubi araverit murum facit, ubi portam volt esse aratrum substollit et portat et portam vocat.

PILAE. Anglice "rag-dolls", Teutonice "Lumpenpuppen". Cf. supra s. v. Laneae Effigies Compitalibus (108, 27 noctu dabantur in compita quod Lares, quorum is erat dies festus, animae putabantur esse hominum redactae in numerum deorum).

voca>nt La res. quibus tot pilae suspenduntur> quot <capita sunt servorum, tot effigies quot su>nt li<beri homines in familia coll>ocantur <ut vivis parcant, pilis et simulacris con>tenti.

(Paul.) Pilae et effigies viriles et muliebres ex lana Conpitalibus suspenduntur in conpitis quod hunc diem festum esse deorum inferorum quos vocant Lares putarent, quibus tot pilae quot capita servorum, tot effigies quot essent liberi ponebantur ut vivis parcerent et essent his pilis et simulacris contenti.

<*Primigeniae Fortunae* P. Sempronius princ>ipio <pugnae cum Hannibale aedem vovit, quod ad> Fortu nam gentis suae originem referebat, ut Ve-n>eris <aedem C. Iulius Caesar extruxit eamque G>enit <ricem dixit>.. (**26 litt.**).. aemu.. (**35 litt.**).. urbem.. (**35 litt..**).. annis .. (**34 litt.**).. quum Pu<nico bello finito Sempronius quam damnatus vo>ti debebat <aedem extruendam locasset>.. (**10 litt.**)..

Pueri im<puberes ad annum tertium decimum voca>ntur. Atta (25).. (**27 litt..**).. versibus docet.. (**24 litt.**).. per signum ad Salinas.. (**26 litt.**).. quod signum allatum.. (**28 litt.**).. quod sunt cona<ti **multi imitando exprim**>ere, nemo unquam <**potuit**>.. (**18 litt.**).. propter ipsum signum.. (**23 litt.**).. s sub signo abierunt.. (**27 litt.**) .. cedunt simul ut.. (**24 litt.**).. ci erexerunt ad (at ?) qui.. (**25 litt.**).. es.

Plena sue Tellu ri sacrificabatur quia pecudis> id genus, cum seren<tes in agris sunt, rostro sem>en fodiendo corrum <pere solet>.

<*Plotos* vocant> Umbri pedibus planis<et latis. Hinc soleas qui>bus utuntur in venando <quo planius pedem ponant vo>cant *semiplotia* ; et .. (**19 litt.**).. <Macci>us poeta, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitia initio Plotus, postea *Plautus* coeptus est dici.

(Paul.) Ploti appellantur qui sunt planis pedibus. Unde et poeta Accius, quia Umber Sarsinas erat, a pedum planitie initio Plotus, postea Plautus est dictus. Soleas quoque dimidiatas quibus utebantur in venando quo planius pedem ponerent semiplotia appellabant.

Postumus cognominatur post patris mortem natus. Plautus in Aulularia (162) :

post mediam aetatem qui media ducit [uxorem domum,
si eam senex anum praegnatem for- [tuito fecerit,

PRIMIGENIAE FORTUNAE. Cf. Liv. 29, 36, 8 Consul principio pugnae aedem Fortunae Primigeniae vovit si eo die hostes fudisset composque eius voti fuit : 34, 53, 5 Aedem Fortunae Primigeniae in colle Quirinali dedicavit Q. Marcius Ralla duumvir ad id ipsum creatus ; voverat eam decem annis ante Punico bello P. Sempronius Sophus consul, locaverat idem censor. Haec supplent docti : G enit ricem dixit. Sed ea aedis non ante quam> aemu lam illam Romani imperii Carthaginensem urbem devicissent extructa et dedicata est decem>annis <post a Q. Marcio Ralla duumviro> quum Pu<nico>, etc.

PUERI IMPUBERES. Cf. infra, s. v. Pubes (296, 18 est qui puer generare iam potest : is incipit esse ab annis quattuordecim).

PLOTOS. An <Plancos nos, Plotos vocant> Umbri, etc. Cf. supra, s. v. Plancae (258, 10 tabulae planae, ob quam causam et Planci appellantur qui supra modum pedibus latis sunt), unde provenit gl. Abol. PL 4 Plancus : pedibus latis, qui planas et latas habet plantas : quem Umbri Ploton vocant. Cf. ps. -Plac. Plotos a pedibus dictos. || Maccius] Cf. Sonnenburg (Realenzykl. Kl. Alt., s. v. Plautus).

POSTUMUS. Hinc gl. (cum altera conflata) Abol. PR 4a Postumus : qui post mortem patris nascitur. Etiam fortasse Gloss Philox. PO 142, Postumus : ἀπάτωρ μετὰ θάνατον πατρὸς γεννηθεὶς ἐν τῷ (?)

quid dubitas quin sit paratum his nomen pueris 'Postume' ?

Porcas quae inter duos sulcos fiunt ait Varro dici quod porrigant frumentum.

(Paul.) Porcas quae in agris fiunt ait Varro dici quod porrigant frumentum.

Parmulis pugnare milites soliti sunt ; quarum usum sustulit C. Marius datis in vicem earum Bruttianis.

Porcam auream et argenteam dici ait Capito Ateius (16), quae etsi numero hostiarum non sint, nomen tamen earum habere ; alteram ex auro, alteram ex argento factam adhiberi sacrificio Ceriali.

Pulcher bos appellatur ad eximiam pinguitudinem perductus.

Propudialis porcus dictus est, ut ait Capito Ateius (15), qui in sacrificio gentis Claudiae velut piamentum et exsolutio omnis contractae religionis est.

« *Parum cavisse videri* » pronuntiat magistratus cum de consilii sententia capitis quem condempnaturus est.

Piscatori ludi vocantur qui quotannis mense Iunio trans Tiberim fieri solent a praetore urbano pro piscatoribus Tiberinis ; quorum quaestus non in Macellum pervenit, sed fere in aream Volkani, quod id genus pisciculorum vivorum datur ei deo pro animis humanis.

Publicius clivus appellatur quem duo fratres L. M. Publicii Malleoli aediles curules pecuaris condemnatis ex pecunia quam ceperant munierunt ut in Aventinum vehiculi<s> [hel] venire (-ri ?) possit.

Praebia rursus Verrius vocari ait ea remedia quae Gaia Caecilia, uxor Tarquini Prisci, invenisse existimatur et inmiscuisse zonae suae qua praecincta statua eius est in aede *Sancus*, qui deus *Dius Fidius* vocatur ; ex qua zona periclitantes ramenta sumunt. Ea vocari ait praebia quod mala prohibeant.

Priscae Latinae coloniae appellatae sunt ut distinguerent (-ntur ?) a novis quae postea a populo dabantur.

Praetor ad portam nunc salutatur is qui in provinciam pro praetore aut pro consule exit ; cuius rei morem ait fuisse Cincius in libro de Consulum Potestate talem (7) : Albanos rerum potitos usque ad Tullum regem ; Alba deinde diruta usque ad P. Decium Murem consulem populos Latinos ad caput Ferentinae, quod est sub monte Albano, consulere solitos et imperium communi consilio administrare ;

PORCAS. Unde hausit Gloss. Philox. PO 73. 80 Porca : τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων ὕψος. Porca : τὸ μεταξὺ τῶν χωμάτων ?
Cf. supra, s. v. Porcae (244,6 appellantur rari sulci qui ducuntur aquae derivandae gratia, dicti quod porcent, id est prohibent aquam frumentis nocere) ; s. v. Inporcitor (96,3 qui porcas in agro facit arando ; porca autem est inter duos sulcos terra eminens). porrigant] vix porriciant. Cf. Varr. R. R., 1, 29, 3 : Quod est inter duos sulcos elata terra dicitur porca quod ea seges frumentum porricit : sic quoque exta deis cum dabant porricere dicebant ; L. L. 5, 40 quo ea terra iacta, id est proiecta (porrecta ?), porca.

PARMULIS. mil ... velites **Schulten**. Bruttianis] Cf. supra, s. v. Bruttianae Parmae (29,1).

PULCHER BOS. Haec nimirum ex Cap. Ateio sunt sumpta (cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. 29). Cf. Act. lud saec. Aug. 106, etc.

PISCATORII LUDI. Cf. supra, s. v. (232, 10 vocantur qui mense Iunio trans Tiberim fieri solent pro quaestu piscantium).

PUBLICIUS CLIVUS. Cf. Varr. L. L. 5, 158 : Clivos Publicius ab aedilibus plebei Publiciis qui eum publice aedificarunt ; Ovid. Fast. 5, 293-294.

PRAEBIA. rursus] Cf. supra, s. v. Praebia (264,29). Gaia]. Cf. supra, s. v. Gaia Caecilia (85,3 appellata est, ut Romam venit, quae antea Tanaquil vocitata erat uxor Tarquinii Prisci regis Romanorum). Dius Fidius]. Cf. supra, s. v. Medius Fidius (132,1). Sanc.] Cf. supra, s. v. Propterviam Sacrificium (254, 13 Herculi aut Sanco qui scilicet idem est deus).

itaque quo anno Romanos imperatores ad exercitum mittere oporteret iussu nominis Latini conplures nostros in Capitolio a sole oriente auspicis operam dare solitos; ubi aves addixissent militem illum qui a communi Latio missus esset, illum quem aves addixerant praetorem salutare solitum qui eam provinciam optineret praetoris nomine.

Patricios Cincius ait in libro de Comitiis (6) eos appellari solitos qui nunc ingenui vocentur.

Possessiones appellantur agri late patentes publici privatique qui[a] non mancipatione sed usu tenebantur et ut quisque occupaverat collidebat (possidebat).

Potestur Scipio Africanus in ea quae est de inperio D. Bruti ; et *poteratur* C. Gracchus in ea qua usus est cum circum conciliabula iret.

Probrum virginis Vestalis ut capite puniretur, vir qui eam incestavisset verberibus necaretur, lex fixa in atrio Libertatis cum multi<s> alis legibus incendio consumpta est, ut ait M. Cato in eà oratione quae de Auguribus (1) inscribitur. Adicit quoque virgines Vestales sacerdotio ex augurali.. (**36 litt.**).. cra ad.. (**35 litt.**).. ex a.. (**37 litt.**).. tatis.. (**35 litt.**).. sumpto.. (**34 litt.**).. scrib.. (**35 litt.**).. viri.. (**36 litt.**).. const.. (**35 litt.**).. in eo.. (**36 litt.**) ..licto.. (**35 litt.**).. istim.. (**35 litt.**).. consu.. (**35 litt.**).. os aut.. (**35 litt.**).. nemo.. (**36 litt.**).. dicant.. (**34 litt.**).. tribus XXX<V. Cicero (de dom. 43) « Quo exèmplo legem nominatim> de capite ci<vis indemnati tulisti ? Vetant leges sacratae,> vetant XI<I tabulae (9,1) leges privis hominibus inrogari ». Ve>neficos quinque <et triginta tribus omnino non condem>nant quià ipsi indi<cta causa occiduntur>.

<*Punici* dicun>tur, non ‘ Poeni<ci ’ >, quamvis, <ut fama est, a Phoenice ori>antur, et Punicum bel<lum>.. (**20 litt.**).. lanter : nam quae soleb<ant per OE dici in U abiere>.

(Paul.) Punici dicuntur, non Poeni, quamvis a Phoenice sint oriundi.

<*Philo*>*logam* Ennius (inc. 42) in praet<exta>.. (**11 litt.**).. <sed culpa li>brariorum qui ea quae fem<inini sunt dici nolebant mascu>lino. Etiam ipsi Gra<eci ita locuti sunt qui mulieres philolo>gos, philargyros <dixerunt. Sed feminam videns libra>rius appellari mut<avit formam vocabuli quod ea> vox explanata non<recte habebatur>.. (**18 litt.**).. nomina etiam in vi.. (**25 litt.**).. dicimus tam hic lapis q<uam haec lapis>.

<*Parti*>*cipia* appellantur quae <quoniam aliquam conditio>nem rerum significant e <nomine casus, e verbo> tempora per-

---

POSSESSIONES. Cf. supra, s. v. Possessio (260, 28). Ex Festo Isid. Etym. 15, 13,3 : Possessiones sunt agri late patentes publici privatique quos initio non mancipatione, sed quisque ut potuit occupavit atque possedit ; unde et nuncupati.

PROBRUM. Quod secutum sit lemma (vel quae lemmata) omnino est incertum ; ‘ PRIVILEGIUM ’ **Urs.** : ‘ POENA CAPITALIS ’ **Muell.** capite] Cf. infra, s. v. Sceleratus Campus (448, 31). verb.] Cf. Liv. 22, 57, 2 : L. Cantilius scriba pontificius, qui cum Floronia (Vestali virgine) stuprum fecerat, a pontifice maximo eo usque virgis in Comitio caesus est ut inter verbera expiraret.

PUNICI. An bel<lum, non ‘ Poenicum ’ bellum ; regu>lariter, nam, etc. ?

PHILOLOGAM. haec lapis] cf. Non. 211, 9 : Lapides in feminino genere dici possunt, ut aput Ennium (Ann. 608) « tanto sublatae sunt agmine tunc lapides », ad Homeri similitudinem qui genere feminino lapides posuit.

An Nomina etiam in “ nis ” finita communia sunt. Necnon> dicimus, etc. ? Cf. infra, s. v. Petronia Amnis (296,26 amnem autem feminine antiqui enuntiabant). culpa libr.] Testimonium insigne de antiquorum codicum mendis.

sonas recipi unt ; itaque verbi et nominis vim participant> **

Por tunus, qui et Palaemon alio nomine dicitur, **inter**> de<**os qui mari praesunt**>**

(Paul.) Portunus, qui et Palaemon, a Romanis inter deos colebatur.

Poe<nas pendere in eo proprie dicitur> qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso aere ute>bantur.

(Paul.) Poenas pendere in eo proprie dicitur qui ob delictum pecuniam solvit, quia penso aere utebantur.

<*Pullariam manum* dextram videtur dixiss>e Pla<utus> (fr. inc. 79) .. (**33 litt.**)

(Paul.) Pullariam Plautus dixit manum dextram.

Proce<dere succedere, interdum porro cedere significat>.

(Paul.) Procedere dicebant interdum succedere, interdum pro porro cedere.

Pertu sum dolium .. (**24 litt.**).. **fam** es dicitur <**ventris**> **

(Paul.) Pertusum dolium cum dicitur ventrem significat.

<?> ** de ruit .. (**28 litt.**).. <Ennius> lib. I An<nalium> (118).. (**31 litt.**).. c mu **.

<*Pollit*> (?) ** a dixit .. (**35 litt.**)..

(Paul.) Pollit pila ludit.

Petre ia vocabatur quae pompam praecedens in colon>is aut <municipis imitabatur anum ebriam, ab> agri vitio ; <namque agro nocent praecipue petrae et> veprecilli. C. <Gracchus> .. (**19 litt.**).. vertar ad illam <petreiam>.. (**21 litt.**).. inpudentior.. (**20 litt.**).. <inpude>nter legationes ..(**22 litt.**).. <po>test.

(Paul.) Petreia vocabatur quae pompam praecedens in colonis aut municipiis imitabatur anum ebriam, ab agri vitio, scilicet petris, appellata[m].

Pelliculatio<nem Cato a pellicien>do, quod est inducen<do, dixit in ea oration>e [m] quam scribsit de.. (**17 litt.**)..

(Paul.) Pelliculationem Cato a pelliciendo dixit.

<*Properi*>*em* Cato saepe dicit, ut <antiqui arvorsarius, ar>vosus, loco <D>R dicebant ..(**21 litt.**).. (Cato inc. 34) properie mari opus est.

<*Praemiosam* pro pecuniosa Cato> in oratione[m] quam scrib <sit in Q. Thermum de X hominib>us (or. inc. 7): Inpudentiam praemio<sam>.

(Paul.) Praemiosa pecuniosa.

<Pascuales oves *pastales* in>scienter Cato dixit in ea <quam scribsit de musta agna (2) « ali pa>stalis ovis vetuit » **

PORTUNUS. Hincine Gloss. Philox. PO 90 Portunus : Παλαίμων δαίμων θαλάσσιος ? Cf. supra, s. v. Claudere et Clavis (48, 25 cuius rei tutelam penes Portunum .... qui clavim manu tenere... et deus ... esse portarum).

POENAS PENDERE. Cf. supra, s. v. Pendere Poenas (229,5).

PULLARIAM MANUM. Cf. infra, s. v. Pullus Iovis (284,16 ... Antiqui autem puerum quem quis amabat pullum eius dicebant.

PERTUSUM DOLIUM. Vix ex Plaut. Pseud. 369 :

in pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

POLLIT. **An** <Pollet pila bene ludit pil>a dixit ?

PETREIA. post Pastales (280,13) **Paul.** pompam] Cf. supra, s. v. Citeria (52,17) ; s. v. Manduci (115, 20). agri vitio] Cf. supra, s. v. Petrones (226,23 rustici fere dicuntur propter vetustatem et quod deterrima quaeque et praeruptissima agri petrae vocantur).

PELLICULATIONEM. An in Catone invenit ps.-Plac. verbum depelliculari (Depelliculari : decipere ; dictum a pelliciendo) ?

PROPERIEM. arvosus **scripsi** : boses **cod.** Cf. Vel. Long. 71,21 arversus arvorsarius. Papisios carbases S loco R **Mue**.

PASTALES. pastalis] **vel** pascalis. Cf. infra, s. v. Solox (387,9 Lucilius pastali pecori

(Paul.) Pastales oves Cato posuit pro pascuales.

** s appellat in ea ora<tione quae est de fundo olea>rio : « Tarenti plus C ..(22 litt.).. uam ignaro (in agro ?) Tarentino .. (17 litt.).

<*Peri*>*culatus sum* Cato ait in ea oratione quam scribsit ad litis censorias (2).

(Paul.) Periculatus sum Cato est usus in dicendo.

Parsi, non peperci, ait Cato in eadem oratione (1) : Scio fortunas secundas neglegentiam prendere solere ; quae uti prohibitum irem, quod in me esset, meo labori non parsi.

(Paul.) Parsi idem Cato dixit, non peperci.

Praedonulos Cato hypocoristicos dixit in epistularum (1) : Quia saepe utiles videntur praedonuli.

(Paul.) Praedonulos hypocoristicos, id est deminutive, idem Cato posuit pro praedonibus.

Precem singulariter idem in ea quae est de coniuratione.

(Paul.) Precem singulariter.

« *Pulchralibus atque cupediis* » idem in ea quae est de fundo oleario (1).

(Paul.) Pulchralibus pro pulchris.

Punctatoriolas (?) levis pugnas appellat Cato in ea quam dixit de re Histriae militari (1).

(Paul.) Punctariolas leves pugnas identidem ipse dixit.

Proaedificatum dicitur quod ex privato loco processit in publicum solum.

(Paul.) Proaedificatum dicitur quod ex privato loco processit in publicum solum.

Percunctatum patris familiae nomen ne quis servum mitteret lege sanctum fuisse ait Cato in ea qua legem Orciam [dis]suadet (2).

Prodidisse non solum in illis dicitur qui patriam hostibus prodiderunt, sed etiam tempus longius fecisse, ut Cato (orat. inc. 12) : Te, C. Caecili[i], diem prodi<di>sse militibus legionis III, cum proditionem non haberent.

(Paul.) Prodidisse tempus longius fecisse.

Pavimenta Poenica marmore Numidico constrata significat Cato cum ait in ea quam habuit ne quis consul bis fieret (1) : Dicere possum quibus villae atque aedes aedificatae atque expolitae maximo opere citro atque ebore atque pavimentis Poenic[i]is <s>tent (sient ?).

(Paul.) Pavimenta Poenica, hoc est marmore Numidico strata.

« *Prolato aere astitit* » Ennius in Achille Aristarchi (16) cum ait, significat clipeo ante se protento.

(Paul.) Prolato aere apud Ennium significat scuto ante se protento.

Penitam offam Naevius (com. 122[a]) appellat absegmen carnis cum coda. Antiqui autem *offam* vocabant abscisum globi forma, ut manu glomeratam *pultem*.

Privatae feriae vocantur sacrorum propriorum, velut dies natales, operationis, denecales.

---

ac montano, hirto atque soloce) ; supra, s. v. Passales (249,4 et oves et gallinae appellantur quod passim pascuntur), ubi aut Pasta–aut Pasca– emendand. videtur.

PRECEM. Nescio an huc redeat Gloss. Ansil. (=Abol.) PR 6 Prex, a prece. Certe non Gloss. Corp. P 709 (Prex, precis : deprecatio ; ex Phoc. gramm. 412, 3).

CUPEDIIS, cupidus **cod.**

PRODIDISSE. Cf. infra, s. v. Proditio Diei (300, 34).

PENITAM. Cf. supra, s. v. Penem (260, 15 antiqui codam vocabant ; a qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita vocatur). De offa cf. Wissowa (Herm. 52, 337).

PRIVATAE FERIAE. Vide supra ad Feriae Statae (82,2). denec.] Cf. supra, s. v. (61, 23).

(Paul.) Privatae vocabantur feriae sacrorum propriorum, velut dies natales.

Pronubae adhibentur nuptis quae semel nupserunt, ut matrimoni[a] paupertatem (perpetuitatem ?) auspicantes.

(Paul.) Pronubae adhibentur nuptis quae semel nupserunt, causa auspicii ut singulare perseveret matrimonium.

Pudicitiae signum in foro Bovario est, ubi Aemiliana aedis est Herculis. Eam quidam Fortunae esse existimant. Item via Latina ad milliarium IIII Fortunae Muliebris nefas est attingi, nisi ab ea quae semel nupsit.

(Paul.) Pudicitiae signum Romae colebatur quod nefas erat attingi, nisi ab ea quae semel nupsisset.

Patrimi et matrimi pueri praetextati tres nubentem deducunt; unus qui facem praeferret ex spina alba, quia noctu nubebant; duo qui tenent nubentem.

(Paul.) Patrimi et matrimi pueri tres adhibebantur in nuptiis; unus qui facem praeferret ex spina alba, quia noctu nubebant; duo qui nubentem tenebant.

Pilentis et carpentis per Urbem vehi matronis concessum est quod, cum aurum non reperiretur ex voto quod Camillus voverat Apollini Delphico, contulerunt.

Prima aut secunda hora dicantur sponsalibus ominis causa ut optima ac secundissima eveniant.

(Paul.) Prima aut secunda diei hora causa ominis sponsalia tribuebant.

Praetextum (-xtatum ?) sermonem quidam putant dici quod praetextatis nefas sit obsceno verbo uti; ali quod nubentibus depositis praetextis a multitudine puerorum obscena clamentur.

(Paul.) Praetextatis nefas erat obsceno verbo uti; ideoque praetextum appellabant sermonem qui nihil obscenitatis haberet.

Palatualis flamen constitutus est quod in tutela eius deae Palatium est.

(Paul.) Palatualis flamen ad sacrificandum ei deae constitutus erat in cuius tutela esse Palatium putabant.

Portenta existimarunt quidam gravia esse, *ostenta* bona; alii portenta quaedam bona, ostenta quaedam tristia appellari. Portenta quae quid porro tendatur indicent; ostenta quae tantummodo ostendant, *monstra* <quae> praecipiant quoque remedia.

Postularia (-atoria ?) *fulgura* quae votorum <a>ut sacrificiorum spretam religionem

---

PRONUBAE post Prima aut Secunda (282, 28) **Paul.** Cf. Serv. auct. Aen. 4, 166: Varro pronubam dicit quae ante nupsit et quae uni tantum nupta est; ideoque auspices deliguntur ad nuptias.

PATRIMI. Cf. supra, s. v. Matrimes ac Patrimes (113,5 dicuntur quibus matres et patres adhuc vivunt). facem] Cf. supra, s. v. Facem (77,21 in nuptiis in honorem Cereris praeferebant); Varr. Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 112, 23): Cum a nova nupta ignis in face adferretur e foco eius sumptus, cum fax ex spina alba esset et eam puer ingenuus anteferret.

PILENTIS. Cf. supra, s. v. Matronis Aurum Redditum (138,27).

PRIMA AUT SECUNDA. dicantur] ducant **cod.**: dicuntur **Thewrewk**.

PALATUALIS. Cf. infra, s. v. Septimontio (476,2 Palatio, cui sacrificium quod fit Palatuar dicitur). Et vide supra ad Curiales Flamines (56,7).

PORTENTA, OSTENTA, MONSTRA. Cf. supra, s. v. Monstrum (122,7); s. v. Monstra (146,32); infra, s. v. Portenta Rerum (284,30). Haec et sequentia coniunge cum eis quae s. v. Fulguritum (82,8) memoravi.

POSTULARIA. -latoria Caecinna ap. Senec. Nat. 2, 49,1. Vide supra, ad Adtestata Fulgura (11,10).

desiderant. *Pestifera* quae mortem aut exilium ostendunt. *Peremptalia* quae superiora fulgura, ut portenta, *peremunt*, id est tollunt.

Pullus Iovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum quem quis amabat *pullum* eius dicebant.

(Paul.) Puer qui obscene ab aliquo amabatur eius a quo amatus esset pullus dicebatur. Unde Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod eius natis fulmine icta esset, pullus Iovis appellatus est.

Peregrinus ager est qui neque Romanus neque hostilius (–ticus ?) habetur.

Publica sacra quae publico sumptu pro populo fiunt, quaeque pro montibus pagis curis sacellis ; at *privata* quae pro singulis hominibus familiis gentibus fiunt.

(Paul.) Publica sacra quae pro populo fiebant, privata quae pro singulis hominibus familiisque appellabant.

Peremne dicitur auspicari qui amnem aut aquam, quae ex sacro oritur, auspicato transit.

Puls potissimum datur pullis in auspiciis quia ex ea necesse <est aliquid decidere quod *tripudium* faciat,> id est 'te<rripuvium' ; *pavire* enim ferire est. Malum e>nem (–im) <augurium habetur si pulli, per quos auspicantur> non e<derint ; bonum si comederint, praesertim si offa iis> qui pavis<sent ab ore deciderit.>

(Paul.) Puls potissimum dabatur pullis in auspiciis quia ex ea necesse erat aliquid decidere quod tripudium faceret, id est terripuvium. Pavire enim ferire est. Bonum enim augurium esse putabant si pulli, per quos auspicabantur, comedissent, praesertim si eis edentibus aliquid ab ore decidisset. Sin autem omnino non edissent, arbitrabantur periculum inminere.

<*Prodit* non solum in aper>tum exi<t significat, sed etiam porro it>.

(Paul.) Prodit non solum in apertum exit significat, sed etiam porro it.

<*Porten*>*ta rer*<*um* fieri dicuntur cum solida corpora quae raro> se oste<ndunt

---

PESTIFERA. Cf. Caecinna ap. Senec. Nat. 2, 49,1. Pestifera fulgura, quae mortem exiliumque portendunt.

PEREMPTALIA. Cf. supra, s. v. Peremptalia Fulgura (236, 19 Gracchus ait vocari quae superiora fulgura, ut portenta, peremunt, etc.).

PULLUS IOVIS. Cf. supra, s. v. Pullariam Manum (278,25). Cf. ps. –Plac. Pullum : puerum in amoribus, id est rhetoris (rectioris ?) qui formae ; unde Q. Fabius Eburnus, quod natibus fulguratus erat, pullus Iovis dictus est. Suspicor glossographorum ad Plaut. Poen. 1293 (pullum tuom) doctrinam eandem et a ps. –Plac. et a Verrio esse adhibitam. Cave tamen inde colligas ps. –Plac. ex Verrio vel ex Festo hausisse.

PEREGRINUS AGER. Cf. Varr. L. L. 5, 33 : Agrorum sunt genera quinque, Romanus, Gabinus, peregrinus, hosticus, incertus.. peregrinus ager pacatus qui extra Romanum et Gabinum, quod uno modo in his servantur auspicia.

PUBLICA SACRA. curis]i. e. –riis. Coniunge cum Municipalia Sacra (146,9).

PEREMNE. Cf. infra, s. v. Petronia Amnis (296,21 est in Tiberim perfluens quam magistratus auspicato transeunt cum in Campo quid agere volunt ; quod genus auspici peremne vocatur).

PULS. post Portenta Rerum **Paul.**

TRIDUDIUM. Cf. infra, s. v. (498,25).

PAVIRE. Cf. supra, s. v. Obpuviat (207,13) ; infra, s. v. Tripudium (498,27).

PORTENTA. ante Puls **Paul.** solida] Noli mutare ; nam in Verrii fonte haec glossa

apparent, ut cometae turbines barathra> tonitr ua sereno caelo facta.

(Paul.) Portenta rerum fieri dicuntur cum solida corpora raro se ostendunt, ut cometae turbines barathra sereno caelo facta tonitrua.

<*Pedestria aus*>*picia* a<ppellantur quae a volpe lupo serpente equo ce<te>risque <animalibus quadrupedibus dantur>.

(Paul.) Pedestria auspicia nominabant quae dabantur a vulpe lupo serpente equo ceterisque animalibus quadrupedibus.

Propter<*v*>*ia* app<ellantur auspicia .. (**21 litt.**).. ostentu ..(**33 litt.**).. infirm ..(**26 litt.**).

<*Piacula*>*ria* app<ellantur auspicia>.. (**20 litt.**).. quendi co.. (**15 litt.**).. <cum aut hostia ab ara> fugit aut per<cussa mugitum dedit aut in aliam quam oportuit par<tem corporis cecidit.>

(Paul.) Piacularia auspicia appellabant quae sacrificantibus tristia portendebant, cum aut hostia ab ara effugisset aut percussa mugitum dedisset aut in aliam partem corporis quam oporteret cecidisset.

<*Pestifera auspicia*> sunt cum cor in<extis **non invenitur** aut caput> in iocinere.

(Paul.) Pestifera auspicia esse dicebant cum cor in extis aut caput in iocinere non fuisset.

Pub<*lica ? auspicia*> ..(**15 litt.**).. quidam putant quia no.. (**27 litt.**).. re est avem auspican.. (**17 litt.**)..

<*Praepetes*> aves dicuntur quae se <ante auspicantem ferunt.> Nam antiqui *praepetere* <dicebant pro anteire>.

(Paul.) Praepetes aves dicuntur quae se ante auspicantem ferunt. Nam praepetere dicebant pro anteire.

Pecunia sacrificium f<*ieri* dicitur cum frugum fruc<t>uumque causa mola pu<r>a **offertur** in sacrifi>cio, quia omnis res fam<iliaris, quam nunc pecuniam> dicimus, ex his rebus con<stat>

(Paul.) Pecunia sacrificium fieri dicebatur cum fruges fructusque offerebantur, quia ex his rebus constat quam nunc pecuniam dicimus.

<*Procurationes* sacra> appellantur quae

---

coniuncta est cum glossa Ostenta (cf. supra, in parte ii O-capituli) : Ostenta proprie appellantur quae se sine corporibus solidis hominibus ostendunt et oculis atque auribus obiciuntur, qualia quondam apparuerunt venatio in caelo arma Furiae nocte lux, interdiu tenebrae. Fortasse eodem referenda glossa Monstra (146,32 dicuntur naturae modum egredientia, ut serpens cum pedibus, avis cum quattuor alis, homo cum duobus capitibus, iecur cum distabuit in coquendo).

Ex Festo igitur conficta est ea differentia quam publici iuris fecit Hagen, Gramm. lat. suppl. 286,9.

PEDESTRIA AUSPICIA, sqq. Vide supra ad Caelestia Auguria (56,16).

PROPTERVIA. Vix cf. supra, s. v. Propter Viam Sacrificium (254,13).

PIACULARIA. Haec supplent docti : app<ellantur auspicia antiqua quadam lo>quendi con<suetudine in sacrificiis cum aut, etc. **An** app<ellantur cum tristia portenduntur delin>quenti ?

PUBLICA AUSPICIA : Pallarium **docti**. Cf. infra, s. v. Publici Augures (286,30). Cf., si libet, Varr. Rer. Hum XX (ap. Non. 92,9) : Eo die cis Tiberim redeundum est, quod de caelo auspicari ius nemini sit praeter magistratum.

PRAEPETES. Cf. supra, s. v. (224,6).

PECUNIA SACRIFICIUM FIERI **vix** mola po<maque offeruntur, etc.>

PROCURATIONES (?). Haec supplent docti : quae fulg<uritis locis, quo fulmina sunt con>iecta.

fulg.. ..(**24 litt.**).. iecta depellendorum m<alorum et procurandorum> bonorum causa fiunt.

P– ..(**24 litt.**).. vanda iudicant pri ..(**21 litt.**).. <pros>per[a]e administratis u,. (**22 litt**).. stabiliantur.

Parilia fe<sta> ..(**44 litt.**).. cupa.. (**21 litt.**)..

<*Polubrum* pelluv>ium in < sacrificis vas quod nos pelvem **dicimus**>.

(Paul.- Polubrum pelluvium vas quod nos pelvem vocamus.

Pu<blici augures **differunt a reliquis**> **auguribus**.. (**37 litt.**).. plu.. (**35 litt.**).. egove.. (**35 litt.**).. ertis.. (**33 litt.**)..itium in.. (**34 litt.**).. tiatae.. (**32 litt.**).. Quirinalis.. (**33 litt.**).. extra Ur<bem>.. (**33 litt.**).. ces faci.. (**33 litt.**).. fecisti **

<*Picum*> ** ius ait ob.. (**24 litt.**) ..<filium> suum Faunum ..(**33 litt.**).. vit et ex.. (**31 litt.**).. adfecit ut ..(**18 litt.**).. <fugientem Ar>givos Aenean <hospitio excepit> ..(**10 litt.**).. civitatem iunxit ..(**26 litt.**).. <exi>stimant quam ..(**30 litt.**).. n formulaque est ..(**20 litt.**).. istra, ut eius significa ..(**10 litt.**)..

<*Patres* appe>llantur ex quibus senatus <primus compositus ; nam initio Urbis> conditae Romulus C <viros elegit praestantissimo>s quorum consilio atque <prudentia respublica ad>ministraretur ; atque <ii patres dicti sunt> quia agrorum partes ad<tribuerant tenuioribus> perinde ac liberis.

(Paul.) Patres senatores ideo appellati sunt quia agrorum partes adtribuerant tenuioribus ac si liberis propriis.

<*Pondo* libram dicebant quod> solebant iam inde a Ro<ma condita aes appendere, cum nondum> argenti signati ul<lus usus esset, quod antiquorum> publicae et privatae <rationes etiamnunc doce>nt.

Publica pondera <**ad legitimam normam exacta fuisse**> ex ea causa Iunius (11) in.. (**27 litt.**).. t quod duo Silii P. et M. tribuni pl. rogarint his verbis : « Ex ponderibus publicis quibus hac tempestate populus oetier [qui] solet uti coaequatur (–etur ?) sedulum ; uti quadrantal vini octoginta pondo siet, congius vini decem pondo siet, sex sextari congius siet vini, duo<de>quinquaginta sextari quadrantal siet vini, sextarius aequus aequo cum librario siet, sexdecimque librae (–rari ?) in modio sient. Si quis magistratus adversus hac dolo malo pondera modiosque vasaque publica modica minora maiorave faxit iussitve [re]fieri dolumve adduit quo ea fiant, eum quis volet magistratus

---

P– : Supple si libet : P<riora sacrificia itidem no>vanda iud. pri<vatis rebus negotiisque pros>pere adm. u<t prosperae res in futurum> st.

PARILIA. Cf. supra, s. v. Pales (248, 17 dicebatur dea pastorum ; cuius festa Palilia dicebantur, vel, ut alii volunt, dicta Parilia quod pro partu pecoris eidem sacra fiebant) ; s.v Parilibus (272,3 Urbem condidit Romulus, quem diem festum praecipue habebant iuniores)

PUBLICI AUGURES. Cf. supra, s. v. Auguraculum (17,14 appellabant antiqui quam nos arcem dicimus quia ibi augures publice auspicarentur) ; s. v. Publica Auspicia (286,12) infra, s. v. Quinque Genera Signorum (316, 18 observant augures publici etc.). Vix cf. Cic Nat. deor, 2, 11. Cf. infra ad Posimirium (294,10).

PICUM. formulaque] **vel** formula quae. Cf. supra, s. v. Picum Avem (228,33 dictum a Pico rege Aboriginum, quod is solitus sit <per eum avem futura noscere>).

PATRES. primus] **vel** primum. Cf. infra, s. v. Senatores (454,12 quosi nitio Romulus elegit centum quorum consilio rempublicam administraret ; itaque etiam patres appellati sunt)

PONDO. Cf. supra, s. v. Pendere Poenas (229,5).

PUBLICA PONDERA coaequetur] coeret praetor **Huschke**. sedulum] **tuetur Hauler** (Wien. Stud. 40,81) : se dolo malo **Scal**. cum libr.] conlibrato (cf. Cato R. R. 19,2 **Momms**. iuss.] iusseritve fieri **Momms**.

multare, dum minore patris (parti) familias taxat, liceto ; sive quis in (im) sacrum iudicare voluerit, liceto ».

Pecuum cum dixit M. Cato, per casum genetivum a singulari casus recti formavit quo utebantur antiqui, id est pecu, ac (ut) testu tonitru genu veru ; quorum omnium genetivus pluraliter geminat U litteram. Nunc quia dicimus ut pectus, eam quae in usu est formam in declinationibus sequimur.

(Paul.) Pecuum dixit Cato genetivum pluralem ab eo quod est pecu.

Praeteriti senatores quondam in opprobrio non erant, quod, ut reges sibi legebant sublegebantque quos in consilio publico haberent, ita post exactos eos consules quoque et tribuni militum consulari potestate coniunctissimos sibi quosque patriciorum et deinde plebeiorum legebant, donec Ovinia tribunicia intervenit qua sanctum est ut censores ex omni ordine optimum quemque curiati<m> in senatu<m> legerent. Quo factum est ut qui praeteriti essent et loco moti haberentur ignominiosi.

Pro censu classis iuniorum » Ser. Tullius cum dixit in discriptione centuriarum accipi debet ‘ in censu ’, ut ait M. Varro in lib. VI Rerum Humanarum, sicuti pro aede Castoris pro tribunali pro testimonio.

Procum patricium » in discriptione classium quam fecit Ser. Tullius significat procerum. I enim sunt principes. Nam (nunc ?) *proci* dicuntur qui poscunt aliquam in matrimonium, Graece μνηστῆρες. Est enim *procare* poscere, ut cum dicitur in iudice conlocando « si alium procas nive eum procas », hoc est poscis ; unde etiam meretrices *procaces*.

(Paul.) Procare poscere est, unde et proci et meretrices procaces et verbum procas, id est poscis.

Praerogativae centuriae dicuntur, ut docet Varro Rerum Humanarum lib. VI quae (quo) rus<tici> Romani qui ignorarent petitores facilius eos animadvertere possent. Verrius probabilius iudicat esse ut, cum essent designati a praerogativis, in sermonem res veniret populi de dignis indignisve et fierent caeteri diligentiores ad suffragia de his ferenda.

Peculium servorum <a> pecore item dictum est ut ex (et) *pecunia* patrum familiae.

(Paul.) Peculium servorum a pecore dictum, sicut et pecunia nobilium.

Puelli per deminutionem a pueris dicti sunt. Itaque et Ennius ait (Ann. 221) :

Poeni soliti suos sacrificare puellos,

et Lucilius (173) :

cumque hic tam formosus homo (tibi) ac te dignus puellus,

et Plautus (fr. 92) :

holim (dolet) huic puello sese venum ducier.

(Paul.). Puelli pueri per deminutionem. Ennius « Poeni soliti suos sacrificare puellos ».

Praeciamitatores (–clam— ?) dicuntur qui

PECUUM. ac]ut **Anspach**.

PRO CENSU. Cf. supra, s. v. Pro (256,1).

PROCUM PATRICIUM (gen. plur.). Nimirum ex Varr. Rer. Hum. VI haec sumpta unt, et fortasse (cf. Reitzenstein, Verr. Forsch. 28) ea quae Servius ad Aen. 1, 740 (proeres) profert.

PROCARE. Cf. supra, s. v. (251,11 poscere : unde procaces meretrices ab assidue poscendo et proci uxorem poscentes in matrimonium).

PECULIUM. Cf. supra, s. v. Abgregare (21,20 est a grege ducere..cum apud antiquos opes patrimonia ex his praecipue constiterint, ut adhuc etiam pecunias et peculia dicimus). cholio (ex Festo sumpto ?) ad Verg. Ecl. 1, 32 usus est, ni fallor, Isid. Etym. 5,25,5 ; 16,18,4.

PUELLI. Hinc Gloss. Philox. PU 21 Puellus : παῖς ἀρχαίως.

PRAECLAMITATORES. Cf. supra, s. v. Praecia (250,15) et quae ibi disputavi.

flaminibus Diali Quirinali Martiali antecedent<es> exclamant feriis publicis ut homines abstineant se opere, quia his opus facientem videre religiosum est.

(Paul.) Praeciamitatores dicebantur qui flamini Diali, id est sacerdoti Iovis, antecedebant clamantes ut homines se ab opere abstinerent, quia his opus facientem videre inreligiosum erat.

Pedum est quidem baculum incurvum quo pastores utuntur ad conprehendendas oves aut capras a pedibus ; cuius meminit etiam Vergilius in Bucolicis cum ait (5,88)

at tu sume pedum.

Sed in eo versu qui est in Iphigenia Enni (181) :

procede gradum proferre pedum nitere cessas,

id ipsum baculum significari cum ait Verrius mirari satis non possum, cum sit ordo talis et per eum significatio aperta : gradum proferre pedum cessas nitere.

(Paul.) Pedum pastorale baculum incurvum, dictum quia illo oves a pedibus conprehenduntur.

Pone gravi sono antiqui utebantur pro loci significatione, sed praeicientes vocabulis a **

(Paul.) Pone gravi sono ponitur pro loci significatione.

***** <*Pure lautum* aqua pura> la<vatum>.. (**32 litt.**).. ite ..(**36 litt.**).. inqui.. (**14 litt.**)..

(Paul.) Pure lautum aqua pura lavatum.

<*Pura vestimenta* ad sacri>ficiu<m sacerdotes **habere solent**, id est non ob>s<t>ita <non fulgurita non funesta non maculata> ex ho.. (**34 litt.**).. vocan.. (**33 litt.**).. tiato **

(Paul.) Pura vestimenta sacerdotes ad sacrificium habebant, id est non obsita non fulgurita non funesta non maculam habentia.

<*Procalato*> ** procitato, <id est provocato>.

(Paul.) Proculato provocato.

<*Praefericulum* vas> aeneum sa<cris faciendis aptum, sine ansa patens summum ve>lut pelvis, <quo ad sacrificia utebantur in sacra>rio Opis Co<nsivae>.

(Paul.) Praefericulum vas aeneum sine ansa patens summum velut pelvis, quo ad sacrificia utebantur.

<*Patellae* vasula parva picata> item sacris fa<ciendis apta>.. (**15 litt.**).. velut capidul<ae>**

(Paul.) Patellae vasula parva picata sacrificiis faciendis apta.

<*Pantices*> frus(?)ventris.

(Paul.) Pantices frus ventris.

Per<emit adimit tollit> ..(**10 litt.**).. <ap>pellat ; a quo etiam <*peremptus* interfectus occi>sus.

(Paul.) Perimit adimit tollit ; unde et peremptus interfectus.

PEDUM. Cf. supra, s. v. (230,30 baculi genus incurvum, ut Vergilius in Bucolicis cum ait at tu sume pedum, quod me cum saepe rogaret).
Ad scholia in Verg. l. c. redire videntur glossae tres Ansil. (PE 134-136).

PONE. Si huc revocanda est gl. Abol. PO 24 (Poneforanum : post forum), supple : a<cuto ut poneforanum post forum>, etc. **Sequitur lacuna plus quam 100 litterarum.**

PURE LAUTUM. **vel** in qui<bus>.

PURA VESTIMENTA. obstita]. cf. supra, s. v. Obstitum (208, 26 Cloatius et Aelius Stilo esse aiunt violatum attactumque de caelo).

PROCALATO. **vix** pro citato. Cf. supra, s. v. Procitant (251,22 provocitant ; citare enim vocitare est, etc.) ; s. v. Procalare (251,25 provocare).

PEREMIT. Hincine (an ex Verg. ?) Gloss. Abol. PE 60-60a. Peremit : occidit, interficit Peremtus : interfectus ; Gloss. Philox. PE 133 Peremit : ἀναιρεῖ ?

Procincta class<is dicebatur exercitus ad proelium instructus et par atus, quem Diali flamini vi>dere non licet ; anti- qui enim hominum *classem* dixerunt, ut nunc quoque <classis navium coe>tus est. Procincta autem <toga Romani olim> ad pugnam ire solit i sunt ; unde et testamen>ta in procinctu fieri m<ilitum solent>.

(Paul.) Procinctam classem, id est paratam ad bellum militum multidinem. Diali flamini videre non licuit.

<*Posimi*>*rium* (postm–) ? esse ait Antistius <in **Commentario** Iuris Ponti>ficalis (7) pomerium, id est l<ocum quem pontifex transit auspi>cato. Olim quidem omn<em Urbem **conprehendebat** praeter Aven>tinum, nunc etiam intra aed<ificia **finitur**. Dictum autem pomerium> quasi ' pro-moerium '. Solet au<tem iis solis dari> rus (ius) pomeri proferendi.. (**133 litt.**).. item.. (**37 litt.**).. nu .. (**36 litt.**).. sed.. (**35 litt.**).. ciat ..(**37 litt.**).. ad ..(**37 litt.**).. ne ..(**36 litt.**).. moe.. (**35 litt.**).. omus .. (**35 litt.**).. in se .. (**34 litt.**).. si tac<t> ..(**31 litt.**).. <p>ontifi ..(**33 litt.**).. agrumque.. (**32 litt.**) .. a consti ..(**31 litt.**).. retur tum.. (**31 litt.**).. e solitos.. (**29 litt.**) .. minus maiusve.. (**25 litt.**).. onibus effer[e]atis.. (**26 litt.**).. veluti post moe.. (**25 litt.**).. atro muris urbis **

(Paul.) Posimirium pontificale pomerium ubi pontifices auspicabantur. Dictum autem pomerium quasi ' pro-murium ', id est proximum muro.

<*Promptuarium* >** iter suo videri ait po ..(**24 litt.**).. de cuius aere tute ..(**15 litt.**).. <prompt>um triticum in commen<tario>.. (**18 litt.**).. Quidam prolatum signifi<care aiunt idem quod> promptum ; sed proprium ait .. (**17 litt**).. <quod in fu>turum factum sit, cui ..(**23 litt.**).. re, cum praesertim aliud ..(**19 litt.**).. παντο<πω>λεῖον appelletur ..(**23 litt.**) .. mo.

Potitus servitu<*te* **ille solus appellandus**> qui, ut ait Labeo (31), servitu <**tem bonam accepit, ut om**>nes proxime Graeci no<**stram. Similiter quoqu**>e dicebatur ab antiquis <**potitus hostium**>.

<*Penus* v>ocatur locus intimus in aede

PROCINCTA CLASSIS. hom.] **vel** militum. Cf. supra, s. v. Classis Procincta (49,10 exer- tus instructus) ; s. v. Procincta Classis (251,19 dicebatur cum exercitus cinctus erat Ga- no cinctu confestim pugnaturus ; vetustius enim fuit multitudinem hominum quam na- um classem appellari) ; s. v. Endo Procinctu (67,15 in procinctu ; significat autem, etc... um apud antiquos togis incincti pugnitasse dicuntur).

POSIMIRIUM. locum.. auspicato **Wagener**. proferendi] < qui populum Romanum agro hostibus capto auxerant> **Gell. 13,14.3** Hincine Gloss. Abol. PO 23 Pomerium : regio de- rminata certis signis, PR 46 Promurium : spatium quod circa muros ? Cf. Varr. L. L. 5, 43 ; Oppida condebant in Latio Etrusco ritu multi, id est iunctis bobus — tauro et vacca — teriore aratro circumagebant sulcum — hoc faciebant religionis causa die auspicato — ut ssa et muro essent muniti ; terram unde exculpserant fossam vocabant et introrsum iac- m murum ; post ea qui fiebat orbis urbis prin ipium, qui quod erat post murum " post- oerium " dictum ; eo usque auspicia urbana finiuntur, etc. ; Gell. 13, 14.

PROMPTUARIUM. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) PR 2429 (cf. Gloss. Corp. P 804) romptuarium : ubi sunt omnia venalia ? Ex eodem fonte atque Gloss. Ansil. PR 2427 romtuaria cella) hausisse videtur Isid. Etym. 15,5, 6-7 : Promtuarium dictum eo quod de necessaria victui promuntur, hoc est proferuntur ; .. inter promptuarium autem cellarium hoc interest quod cellarium est paucorum dierum, promptuarium vero mporis longi est.

PENUS, segetibus saepius **cod.**

Vestae tegetibus saeptus qui certis diebus circa Vestalia aperitur. I dies religiosi habentur.

(Paul.) Penus vocabatur locus in aede Vestae intimus.

Planta oliaginea (–lea– ?) est virga foliata ex olea deplantat .

Pomonal est in agro Solonio via Ostiensi ad duodecimum lapidem deverticulo a miliario octavo.

Pubes e<s>t qui pubem (puer) generare <iam> potest. Is incipit esse a quattuordecim annis ; femina a duodecim *viri potens*, sive patiens ut quidam putant.

(Paul.) Pubes puer qui iam generare potest. Is incipit esse ab annis quattuordecim ; femina viripotens a duodecim.

Prandicula antiqui dicebant quae nunc ientacula.

(Paul.) Prandicula ientacula.

Prodiguae hostiae vocantur, ut ait Veranius (8), quae consumuntur ; unde homines quoque luxuriosi *prodigi*.

(Paul.) Prodiguae hostiae vocantur quae consumuntur ; unde homines quoque luxuriosi prodigi.

Petronia amnis est in Tiberim perfluens quam magistratus auspicato transeunt cum in Campo quid agere volunt ; quod genus auspici *peremne* vocatur. *Amnem* autem feminine antiqui enuntiabant.

(Paul.) Petronia nomen amnis in Tiberim defluentis.

Penetrale sacrificium dicitur quod interiore parte sacrari conficitur. Unde e[t] *penetralia* cuiusque dicuntur ; et *pene[s]* nos, quod in potestate nostra est.

(Paul.) Penetrale sacrificium dicebatu[r] quod interiore parte sacrarii con[]ficiebatur. Unde et penetrali[a] cuiusque dicuntur ; et penes nos quod in potestate nostra est.

« *Puri probi profani sui auri* » dicitur i[n] manumissione sacrorum causa. Ex quibus puri significat quod in usu sporc[o] non fuerit, probi quod recte excoctum purgatumque sit, profani quod sacrum non sit et quod omni religione solutum sit, sui quod alienum non sit.

(Paul.) Puri probi profani sui au[ri] dicebatur in manumissione sacrorum causa. Ex quibus puri signi[]ficat quod in usu sporco non fue[rit] fuerit, probi quod recte excoctum purgatumque fuerit, profani quo[d] sacrum non fuerit, sui quod alie[]num non fuerit.

Pacionem antiqui dicebant quam nun[c] pactionem dicimus ; unde et pacisce (–c

---

PUBES. Pubes et puber qui ge. **Scal.** Cf. supra. s. v. Pubes (240, 25 adulescens, etc.) s. v. Pueri Impuberes (270,32). Cf. Isid. Et. 11, 2, 13 : Puberem esse qui quattuordeci[m] annos expleverit .. et generare iam possit.

VIRIPOTENS. Hincine Gloss. Philox. VI 89 Viripotens : ἔπακμος, ἔπανδρος ?

PRANDICULA. Vide infra ad Scensas (456, 12). Cf. infra. s. v. Silatum (472, 6 antiq[ui] pro eo quod nunc iantaculum dicimus appellabant quia iaiuni vinum sili conditum ant[e] meridiem obsorbebant).

PRODIGUAE. Cf. supra s. v. Prodegeris (254,19 consumpseris, perdideris... et prod[i]gus, etc.)

PETRONIA. Cf. supra, s. v. Cati Fons (39,27 ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit).

PEREMNE. Cf. supra, s. v. (284,22 dicitur auspicari qui amnem aut aquam quae e[x] sacro oritur auspicato transit).

AMNEM. Cf. supra. s. v. Corius (53,4 pari modo diverso genere dicebant .. haec amnis) infra, s. v. Spicum (446, 11 masculine antiqui dicebant, ut hunc stirpem et hanc amnem) Etiam s. v. Philologam (278,15).

PROFANI. Cf. supra, s. v. Profanum (256,4 quod non est sacrum).

PACIONEM, pacto] **vix** paco (cf. Quint. 1, 6, 10).

adhuc et paceo (pacto ?) in usu remanet.

(Paul.) Pacionem antiqui dicebant quam nunc dicimus pactionem; unde et pacisci adhuc et paceo in usu remansere.

Praesen- tanea (?) · *porca* dicitur, ut ait Veranius (7), quae familiae purgandae causa Cereri immolatur quod pars quaedam eius sacrifici fit in conspectu mortui eius cuius funus instituitur.

Pateram perplovere › in sacris cum dicitur significat pertusam esse.

(Paul.) « Pateram perplovere » cum dicerent significabant pertusam esse.

Pastillum est in sacris libi genus rutundi.

(Paul.) Pastillum in sacris libi genus rotundi.

Puilia saxa esse ad portum qui sit secundum Tiberim ait Fabius Pictor (Jur. Pont. 9), quem locum putat Labeo (10) dici ubi fuerit Ficana via Ostiensi ad lapidem undecimum.

Paveri frumenta dicebant antiqui quae de vagina non bene exibant.

Paludati in libris auguralibus significat, ut ait Veranius (3), armati ornati : omnia enim militaria ornamenta *paludamenta* dici.

(Paul.) Paludati armati ornati. Omnia enim militaria ornamenta paludamenta dicebant.

Purimenstrio esse dicuntur qui sacrorum causa toto mense in *caerimoniis* sunt, id est puri sint certis rebus carendo.

Prox (?) bona vox, vel ut quidam proba, significare videtur, ut ait Labeo de Iure Pontificio lib. XI (3).

(Paul.) Prox bona vox, ut aestimo quasi proba vox.

‘ *Penatis* ’ singulariter Labeo Antistius (15) posse dici putat quia pluraliter Penates dicantur, cum patiatur <pro>portio etiam ‘ Penas ’ dici ut optimas primas Antias.

(Paul.) Penates alii volunt ut habeat nominativum singularem penas, alii penatis.

Proculiunt (?) promittunt ait significare Antistius de Iure Pontificali lib. IX (1).

(Paul.) Proculiunt promittunt.

Popularia sacra sunt, ut ait Labeo (16), quae omnes cives faciunt nec certis familiis adtributa sunt : Fornacalia, Parilia, Laralia, porca praecidania (–nea).

Polluceae (?) *merces* <quas pollucere> liceat. Sunt far polenta vinum panis fermentatus ficus passa suilla bubula agni-

---

PRAESENTANEA. Presan (spatio relicto) **cod.** Cf. supra, s. v. Praecidanea (250,12 porca quae Cereri mactabatur ab eo qui mortuo iusta non fecisset, id est glebam non obiecisset). Alia igitur res.

PASTILLUM. Cf. supra, s. v. Pastillus (249,3 forma parvi panis ; utique deminutivum est a pane).

PUILIA SAXA. Ficana] Cf. Liv. 1, 33, 2.

PALUDATI. Cf. infra, s. v. Salias Virgines (439, 18). Cf. Varr. L. L. 7, 37 : « Paluda virgo ». (Enn. Ann. 521). ..Paluda a paludamentis ; haec insignia atque ornamenta militaria : ideo ad bellum cum exit imperator ac lictores mutarunt vestem et signa incinuerùnt, paludatus dicitur proficisci ; quae propter quod conspiciuntur qui ea habent ac fiunt palam paludamenta dicta. Quae etymologia Varroniana cum ab Isidoro (Etym. 19, 24,9) iterata sit, vide ne etiam Festina fuerit. De Ennii versu alibi (s. v. Tartarino 494,7) disputat Festus.

CAERIMONIIS. Cf. supra, ad Caerimoniarum (38,19), ubi hoc etymon, scil. carere, a Paulo praetermittitur, sed fortasse non a Festo.

PENATIS. portio] **tuetur Plasberg** (Rhein. Mus. 53,77).

POPULARIA SACRA. Cf. supra, s. v. Publica Sacra (284, 18).

POLLUCEAE. **Scripsi** : -cere **cod.** <quas cuivis deo> **Mue**. Cf. infra, in parte ii huius

na casei ovilla alica sesama et oleum, pisces quibus est squama praeter squatum ; Herculi autem omnia esculenta posculenta.

Profestum facere est tamquam profanum facere, id est quod eo die qui dies feriarum non est facere ; vel ut quidam dixerunt, pro eo facere velut feriae non sint ; aut id facere quod feris fieri non liceat. Itaque *diem profestum* diem sine feriis esse.

(Paul.) Profestum diem dicebant qui festus non erat.

Profanum est quod fani religione non tenetur.

(Paul.) Profanum dicitur quod fani religione non tenetur.

Procubitores dicuntur † feri vetites † qui noctu custodiae causa ante castra excubant cum castra hostium in propinquo sunt, ut M. Cato in eo quem de Re Militari (5) scripsit.

(Paul.) Procubitores dicuntur qui noctu custodiae causa ante castra excubant cum castra hostium in propinquo sunt.

Properam pro celeri ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato cum ait in libro de Re Militari (12) : Tertia e castris eductio celeris properaque est.

(*Paul.*) Properam celerem strenuamque significat.

Prop..sta dolia ait dici Labeo (17) qui ..(**36 litt.**).. reio ..(**35 litt.**).. ter cum ..(**33 litt.**).. detur **

<*Priveras* mulieres> priva<tas> **

(Paul.) Priveras mulieres privatas.

<*Praecidere*> ** <dici>tur qui pro ..(**22 litt.**)..

(Paul.) Praetercidere , antecidere, id est ante immolare.

<*Pube prae*>*sent*<*i* est populo praesente, συνεκδοχικῶς> ab h<is qui puberes sunt omnem populum signifi>cant<e>.

(Paul.) Pube praesente est populo praesente, συνεκδοχικῶς ab his qui puberes sint omnem populum significans.

<?> ** qua .. (**36 litt.**).. suscip ..(**33 litt.**).. dem ra.. (**34 litt.**).. decim.. (**34 litt.**) ..concr.. (**34 litt.**).. ager ca.. (**33 litt.**). eadem.. (**34 litt.**).. tera loca.. (**31 litt.**) .. fulgura sa **

<*Pecunia lucaris*> quae erogatur.. (**26 litt.**). <lu>cari<s> [e]dicta q<uod> ..(**25 litt.**).. in eodem libro .. (**17 litt.**).. <sicut supra ?> dixi, existimat.

<*Pipulum* (?), sicut ait Mes>salla in expla-

---

capituli, s. v. Polluctare. squama] Cf. Cass. Hemina ap. Plin. N. H. 32, 20 : Numa constituit ut pisces qui squamosi non essent ni pollucerent. || squatum] scarum **docti.**

DIEM PROFESTUM. Cf. supra, s. v. Profesti Dies (256,22).

PROFANUM. Cf. supra, s. v. (256,4).

PROCUBITORES. fere velites **docti.**

PROPERAM. Cf. supra, s.v. Properus (254,7 antiquos dixisse pro celer testimonio est qualitatis adverbium quod est propere).

PROPOSTA. **An** Prosita ? Cf. supra, s. v. Prosita (252, 10 proposita).

PRIVERAS. **post** Pube Praesenti **Paul.**

PRAECIDERE **post** Properam **Paul.** Cf. supra, s. v. Praecidanea Porca (242,11 quod ante novam frugem caeditur, etc.).

PUBE PRAESENTI. Cf. supra, s. v. Pubes (240,25).

PECUNIA LUCARIS. Cf. supra, s. v. Lucaris Pecunia (106,8 quae in luco erat data) s. v. Lucar (106, 12 appellatur aes quod ex lucis captatur).

PIPULUM. Cf. supra, s. v. Pipatio (235,11 clamor plorantis acerba voce lingua Oscorum) infra, s. v. Vagulatio (511, 6 in XII significat quaestio cum convicio : « Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito »). || dici exist.<cuius opinionis est e Valerius Mes>salla in explana<tione auguriorum> (11) **Schoell.**

na<tiono XII Tab., est clamor acerbus vel>ploratus.

Promel<lere litem (?) est **ex opinione Ver**>ri lituum (–tem ?) pro mo vere.

(Paul.) Promellere litem promovere.

<*Purime tetinero* significat pu>rissime tenuer<o>.. (**25 litt.**).. publicos est ut.. (**26 litt.**).. et iure augurum.. (**10 litt.**)..

(Paul.) Purime tetinero purissime tenuero.

<*Proditio diei* est> prodictio (–duc–); nam quod prodi<t olim, producit in prae>sens valet.

Patr<*onus* ?> .. (**22 litt.**).. sit manifestum quia.. (**22 litt.**).. numerari inter do.. (**24 litt.**)..

Pristina velut ' pri<u>st<ina '>.. (**15 litt.**).. <alia> eius modi dictitat<a> **

(Paul.) Pristina velut ' prinstina ' dictum est.

<?> ** ies ..(**35 litt.**).. ante.. (**34 litt.**).. adrum ..(**34 litt**).. liqui **

<*Praesagitio* dicta est> quod <praesagire est acute sentire ; unde et *sagae* anus d>ictae <quae multa sciunt, et *sagaces* canes qui ferarum cubilia> prae<sentiunt>.

(Paul.) Praesagitio dicta quod praesagire est acute sentire : unde sagae dictae anus quae multa sciunt, et sagaces canes qui ferarum cubilia praesentiunt.

<SEXTI POMPEI FESTI LIBER> X<VI.
LIBER XVII INCIPIT FELI-CITER.

II. Ex Glossariis et Scholiis

(Gloss. Philox. PA 41) *Pale[t]a* : σφενδόνη δακτυλίου, ὡς ' Ὑγῖνος ἐν τῷ...

(Gloss. Abol. PA 10-10a) *Pansae* : vel (?) qui pedibus in diversa tendentibus ambulant, Pansis : extentis, expansis.

(Gloss. Philox. PA 163) *Patibulum* : σταῦρος ἀρχαίως.

PROMELLERE. lituum] tuetur Reitzenstein (Verrianische Forschungen 50).

PURIME TETINERO. Cf. infra, s. v. Tetini (503, 22 pro tenui). Haec supplent docti : <*Peregrinus Ager* secundum augures> publicos <est ager pacatus extra Roman. et Gabin. qui usu> et iu. aug. <a peregrino discernitur>.

PRODITIO. Cf supra, s. v. Prodidisse (282,1 tempus longius fecisse, ut Cato « Te, C. Caecili, diem prodidisse militibus legionis III, cum proditionem non haberent »). Coniunge cum Condictio (58,3).

PATRONUS. Haec supplent docti : Patr. a patre cur ab antiquis dictum> sit man., quia <ut liberi, sic etiam clientes> num. int. do<mus familiam quodammodo possunt> **vel** do<mesticos qu. poss.>.

PRISTINA Cf. supra, s. v. Pristinum (253,5 ab eo venit quod est prius ; pari modo et prior).

An ' priust<ina ', quae prius stabant. Alia> eius modi dictitat<a sunt privignus, qui prius est genitus quam mater secundo nuberet>... ? Cf. supra, s. v. Privignus (252,24 dictus quod ante quam mater secundo nuberet est progenitus ; " pri " enim antiqui pro praedixerunt).

PRAESAGITIO. Cf. supra, s. v. Praesagire (250, 9 est praedivinare praesipere ; sagax enim est acutus et sollers).

PALEA. De forma (non " pala ") cf. Mountford (Quotations in Glossaries, p. 51), qui ad scholium (Donati) in Verg. Geo. 3, 53 refert duas gl. Ansil. PA 149 et 133 (adde Isid. Etym. 11, 1, 94).

PANSAE. Panseū qui **codd.**

PATIBULUM. Cf. Non. 366, 12 : Patibulum est crux, etc.

(Gloss. Philox. PE 3) *Pecusius* (?) : ποιμὴν ἀρχαίως.

? (Gloss. Abol. PE 3) *Perstromata* : gemina (tegmina ?) stibadii.

? (Gloss. Abol. PE 5) *Pervicax* : constans, perseverans.

(Schol. Isid). *Perusiam* condidit Aulisces (–lestes) qui Romulo adversus Sabinos auxilium tulit.

(Gloss. Philox. PE 322, cum Cyrill.) *Pessumdat* : βυθίζει, καταποντίζει. Terentius (Andr. 208) : Me aut erum pessum dabunt.

? (Gloss. Philox. PE 2) *Petiolus* (?) : ποδάριον καὶ πόδιον τῶν γραμμάτων, καὶ πάσης ὀπώρας τὸ ξυλῶδες καθ' ὃ ἐξήρτηται τοῦ κλάδου.

(Gloss. Abol. PL 7) *Plemina* : cum in manibus vel pedibus callosi sulci sunt.

(Gloss. Abol. PL 8) *Plumbum in oculis* : macula coloris plumbei.

? (Gloss. Abol. PO 22) *Pollucibiliter* : profuse.

? (Gloss. Abol. PO 27) *Polluctare* : consecrare.

? (Gloss. Philox. PO 108-109) *Postilena* ἱμὰς ὁ ἐκ τοῦ ἐφιππίου ἢ σάγματος ὑπὸ τὴν οὐρὰν εἱρόμενος, ὀπίσθια, ὀπισθένη.

(Gloss. Philox. PO 134) *Poteaculum* (?) βαλάνιον τὸ τῶν παιδίων κο<π>ροπ<ο>ιόν.

(Gloss. Philox. PR 126 ; 400) *Praesultor* ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχούμενος.

? (Gloss. Abol. PR 49) *Proritat* : provocat inritat.

(Schol. Fest.) *Purpurilla* dicitur locus in castris extra vallum in quo scorta prostant ; nam apud veteres matronae stola libertinae toga, prostitutae purpurea veste utebantur.

(Gloss. Abol. PU 11) Purpurilla : locu extra portam ubi scorta prostant ; dictum est autem vocabulum quod matronae stola, prostitutae purpurea veste uterentur.

? (Gloss. Amplon. II) *Purpurissum* : pulvis qui facit purpureum colorem. (Gloss. Philox. PU 80) Purpurissum : φῦκος.

PECUSIUS. Pecuosus **Philox.** : Pecusius **Abav.**

PERSTROMATA. –rst– (non –rist–) **codd.**

PERUSIAM. Aulestes; Cf. Serv. auct. Aen. 10, 198. Cf. supra, s. v. Ameria (19,23).

PESSUMDAT. Cf. Laistner (Gloss. Lat. II, p. 125).

PETIOLUS. Pacciolus **cod.** Cf. Non. 160, 16 : Petiolus a pede diminutive.

PLEMINA. Cf. supra ad Flemina (79,11). Hucine redit gl. mira AA Pleminabantur : replebantur ?

PLUMBUM. Cf. Plin. N. H. 25, 155. Pertinetne haec gl. ad locum eum qui supra est Gramiae (85, 26 oculorum sunt vitia, quas alii glamas vocant) ?

POLLUCTARE. Cf. supra, s. v. Polluceae Merces (298,26).

POSTILENA. Cf. Plaut. Cas. 125 :

ut postilena possit ex te fieri.

POTEACULUM. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. 13, 168).

PRAESULTOR. **et** Prosaltor **cod.**

PURPURILLA. Cf. infra, in parte ii T– capituli, Turturilla (ita dictus locus in quo corruptelae fiebant quod ibi turturi opera daretur, id est peni). Cf. Heraeus (Arch. lat Lex. 1: 266).

PURPURISSUM. –ssimum **cod. Philox.**, **codd. Ab Abs.** (sed –ssum **codd. Gloss. Serv. Gramm.**). Cf. Plaut. Most. 261 (ubi mire sed, ni fallor, fortuito etiam codd. Plauti –ssimum exhibent).

Q

I. Ex codice Festi.

<?> ..(**31 litt.**).. <ap>pella ..(**33 litt.**).. ani eo ..(**33 litt.**).. Quiri.. (**33 litt.**).. aut le ..(**31 litt.**).. itum autem .. (**31 litt.**).. tio ita con .. (**27 litt.**).. asi id suffra .. (**30 litt.**).. m Santra pro **

<*Quirinalis porta* ?> ** <co>llis est porta ..(**25 litt.**).. <app>ellant sive quod <ea in collem Quirinalem itur, seu quod proxime eam sacel<lum Quirini est>.

(Paul.) Quirinalis porta dicta sive quod ea in collem Quirinalem itur, seu quod proxime eam est Quirini sacellum.

<?> ..(**15 litt.**).. usurpatio facta ..(**30 litt.**).. positum est. Qui ..(**27 litt.**)..sidere fertur.

Qui<ritis Iuno ?> ..(**18 litt.**).. a ; aqua et vino.. (**25 litt.**).. tamen quid<a>m <a> curis ..(**23 litt.**).. his ei sacra fiant ..(**23 litt.**).. satur ; ab eiusdem autem .. (**26 litt.**) .. m Cur[r]es Sabinae.. (**22 litt.**)..s armis erat potens.

<*Quirites*, quod est nomen universi po>puli singulare usur<pabatur olim, ut indici>o est praeco qui in funeris <indictione ita pronuntiare solet : > Ill[i]us (ollus) Quiris leto datus. Quirites autem dicti post foedus a Romulo et Tatio percussum communionem et societatem populi factam indicant.

Quirinalia mense Februario dies quo Quirini fiunt sacra. Idem *stultorum feriae* appellantur quod qui d<i>em suorum fornacalium sacrorum cognominant (ignorant ?) eo potissimum rem divinam faciunt.

(Paul.) Quirinalia dies quo Quirino fiebant sacra : eadem et stultorum feriae sunt appellata.

Quirinalis collis qui nunc dicitur olim *Egonus* (Ag– ?) appellabatur ante quam in eum commigrarent fere Sabini Curibus venientes post foedus inter Romulum

---

<?>. Haec supplent docti : <*Quirinus* ex hac causa Romulus est ap>pella<tus quod rex erat bellicosus atque Rom>ani eo <regnante curi, id est hasta, uti didicerunt >.

QUIRINALIS PORTA. Cf. infra, s. v. Salariam Viam (436,9 porta quae nunc Collina a colle Quirinali dicitur) ; supra, s. v. Agonium (9,19 hinc Romae mons Quirinalis Agonus et Collina porta Agonensis). Cf. Wissowa (Herm. 26, 142) ; Huelsen (Rhein. Mus. 49,411).

QUIRITIS IUNO. curis i. e. curiis. Cf. Kretschmer (Glotta 10,149). Cf. supra, s. v. Curiales Mensae (56,21 in quibus immolabatur Iunoni quae Curis appellata est) ; s. v. Caelibari Hasta (55,6 quia matronae Iunonis Curitis in tutela sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae lingua Sabinorum curis dicitur, vel. etc.) ; s. v. Curitim Iunonem (43,5 appellabant quia eandem terre hastam putabant) ; s. v. Curis (43,1 est Sabine hasta ; unde Romulus Quirinus.. quidam eum dictum putant a Curibus, quae fuit urbs opulentissima Sabinorum). Haec fere supplent docti : Qui<ritis Iuno Sabinorum est de>a. Aqua et vino <ei libabant. Dicta a curi, id est hasta. Eam> ta. qu. a curis <dictam esse statuunt quia in> his ei sa. fi. <Cui opinioni Verrius adver>satur. Ab ei. au. <deae nomine videtur ite>m Cu. Sa. <gentis oppidum dictum quod ea gen>s ar. er. po.

QUIRITES. praeco] Cf. supra, s. v. Indictivum Funus (94,17 ad quod per praeconem evocabantur). Rom. et Tat.] Cf. Serv. Aen. 7, 710.

QUIRINALIA. Cf. Varr. L. L. 6, 13.

STULTORUM FERIAE, Cf. infra, s. v. (418,33).

QUIRINALIS COLLIS. quidam] cf. Varr. L. L. 5, 52 : Collis Quirinalis quod ibi Quirini fanum ; sunt qui a Quiritibus qui cum Tatio Curibus venerunt Romam, quod ibi habuerint castra.

EGONUS. Cf. supra, s. v. Agonium (9. 18 sive quia agonos dicebant montes, agonia sacrificia quae fiebant in monte ; hinc Romae mons Quirinalis Egonus et Collina porta

et Tatium ictum. A quo hanc appellationem sortitus est, quamvis existiment quidam quod in eo factum sit templum Quirino ita dictum.

(Paul.) Quirinalis collis dictus est quia in eum commigrarunt Sabini a Curibus venientes, quamvis alii a templo Quirini dictum putent.

Quirina tribus a Curensibus Sabinis appellationem videtur traxisse.

Quiritium fossae dicuntur quibus Ancus Martius circumdedit Urbem quam secundum ostium Tiberis posuit ; ex quo etiam *Ostiam*. Et quia populi opera eas fecerat appellavit Quiritium.

(Paul.) Quiritium fossae dictae quod eas Ancus Martius, cum Urbem circumdedit, Quiritium opera fecit.

Quincentum et producta prima syllaba et per C litteram usurpa<ba>nt antiqui, quod postea levius visum est ita ut nunc dicimus pronuntiari.

« *Qui patres, qui conscripti* » vocati sunt in Curiam quo tempore regibus Urbe expulsis P. Valerius consul propter inopiam patriciorum ex plebe adlegit in numerum senatorum C et LX et IIII, ut expleret numerum senatorum trecentorum et duo genera appellaret [esse].

Quispiam quin significet aliquis et *quaepiam* aliquae similiterque alia eiusdem generis ut dubium non est, ita [ut] unde sequens pars eius coeperit inveniri non potest.

(Paul). Quispiam significat aliquem, sed unde sequens pars eius usurpari coeperit inveniri non potest.

Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum qui fere his celebrantur. Quod scilicet errant tam hercule quam qui triduo *Saturnalia* et totidem diebus *Competalia* ; nam omnibus his singulis diebus fiunt sacra. Forma autem vocabuli eius exemplo multorum populorum Italicorum enuntiata est quod post diem quintum Iduum est is dies festus, ut aput Tusculanos *Triatrus* et *Sexatrus* et *Septematrus* et Faliscos *Decimatrus*. Minervae autem dicatum eum diem existimant quod eo die aedis eius in Aventino consecrata est.

(Paul). Quinquatrus festivus dies dictus quod post diem quintum Iduum celebraretur, ut Triatrus et Sexatrus et Septematrus et Decimatrus.

Quinquertium vocabant antiqui quem Graeci πένταθλον, ut indicat versus hic (trag. inc. 17) :

omnis aequalis vincebat quinquertio.

Livius quoque ipsos athletas sic nominat (trag. 41) :

quinquertiones prae<di>co in medium vocat.

(Paul.) Quinquertium Graeci vocant πένταθλον, quo die quinque genera artium ludo exercebantur. Ipsos

---

Egonensis). Hinc (vel inde) Gloss. Ansil. (=Abol.) EG 42 Egonus : collis Quirinalis. Suspicor ag– Latine, eg– Etrusce pronuntiatum esse.

QUIRITIUM FOSSAE. Cf. Liv. I, 33, 7 ; 9.

QUI PATRES QUI CONSCRIPTI. Cf. supra. s. v. Adlecti (6,22).

QUISPIAM. Aliena, ni fallor, ab hoc loco est Gloss. Philox. QUE 6 Quempiam : τινὰ <θηλυκῶς> ἀρχαίως.

QUINQUATRUS. fere his] feriis **docti**. Cf. Varr. L. L. 6, 14 (**ubi** Septimatrus). quod scil.. fiunt sac.] Festo adscribit Reitzenstein (Verrianische Forchungen 106).

SATURNALIA. Cf. Macrob. 1, 10, 2 ; Apud maiores nostros Saturnalia die uno finiebantur, etc.

QUINQUERTIUM. versus] Livii puto. Saltem rhythmus (víncebát) antiquitatem redolet Hinc male Gloss. Philox. (cf. Gloss. Cyrill.) QUI 36 Quinquertius : πένταθλος. Cf. supra, s. v. Pentathlum (230,7).

quoque athletas Livius quinquertiones appellat.

Quisquiliae dici putantur quicquid ex arboribus minutis surculorum foliorumve cadit, velut ' quicquidcadiae '. Caecilius (251) :

quisquilias volantis, venti spolia memorant : i modo,

et Novius in Togularia (88) :

abi deturba te saxo, homo non quisquiliae : quid est ?

(Paul.) Quisquiliae putantur dici quicquid ex arboribus minutis surculorum foliorumque cadit, velut ' quicquidcadiae '.

Quintipor servile nomen frequens aput antiquos erat, a praenomine domini ductum, ut *Marcipor, Gaipor* ; quamvis sint qui a numero natorum ex ancilla quinto loco dictum putent.

(Paul.) Quintipor servile nomen frequens apud antiquos a praenomine domini ductum, ut Marcipor ; scilicet a Quinto et Marco.

Quippe significare quidni testimonio est Ennius lib. XL (XI ?) (355) :

quippe solent reges omnes in rebus secundis.

Idem lib. XVI (410) :

quippe vetusta virum non est satis bella moveri (-re ?).

Item alii conplures.

(Paul.) Quippe significat quidni.

Quianam pro quare et cur positum e<s>t apud antiquos, ut Naevium in carmine Punici Belli (15) :

summe deum regnator, quianam genu[s]isti ?

et in Satyra (sat- ?) (62).

quianam Saturnium populum pepulisti ?

et Ennium in lib. VII (259) :

quianam dictis nostris sententia flexa est ?

(Paul.) Quianam pro quare et cur ponitur. Ennius : Quianam dictis nostris sententia flexa est ?

Quid nisi usurparise (-avisse) antiquos testis est Afranius in Epistula (129) :

me auctore, mater, abstinebis. Quid nisi ?

Quietali[**i**]s (?) ab antiquis dicebatur Orcus.

(Paul.) Quietalis dicebatur ab antiquis Orcus.

Quin<c>t<i>a prata>.. (**26 litt.**).. sibi.. (**34 litt.**).. agr.. (**35 litt.**).. sen.. (**35 litt.**).. Cinci<nnat>.. (**29 litt.**).. rific.. (**33 litt.**).. pec.. (**35 litt.**).. sis ; .. (**35 litt.**).. vos.. (**35 litt.**).. quod eo **

(Paul.) Quinctia prata trans Tiberim a Quinctio Cincinnato, cuius fuerant, dicta sunt.

<*Quinctiliani Luperci*> appel<lati sunt a

QUISQUILIAE. **An** <abi,>abi (troch. septenar.) ? Hincine Gloss. Corp. (=Abol.) Q 71 Quisquilia : surculus modicus ; Isid. Etym. 17,6, 28 : Quisquiliae stipulae inmixtae surculis ac foliis aridis ?

QUINTIPOR. Cf. Quint. 1, 4, 26 ; Plin. N. H. 33, 26.

QUIANAM. genus sisti **Zander** : genus odisti **Leo**. Quae emendationes me iudice legem metri Saturnii violant. Utrum ad Festum an ad Vergilium (Aen. 5, 13) redit Gloss. Ansil. (=Abol.) QUA 116-117. Quianam : cur, quare ?

QUINCTIA PRATA. sibi] **vel** sibus. Cf. Liv. 3, 26, 8 : L. Quinctius trans Tiberim, contra eum ipsum locum ubi nunc navalia sunt, quattuor iugerum colebat agrum quae prata Quinctia vocantur ; ibi ab legatis.. operi.. agresti intentus, etc. Haec supplent docti : Qui. <prata dicta sunt ubi Quinctius Cincinnatus> sibi <damnato filio venditis omnibus quattuor iugerum> agr<um trans Tiberim paraverat. Quem agrum colentem> sen<atus dictatorem per viatorem salutavit> Cinci<nnatum>.

QUINCTILIANI. Cf. supra, s. v. Fabiani et Quintiliani (78, 2 appellabantur Luperc a Fabio et Quintilio praepositis suis). Haec supplent docti : Lu<percis, ut a Fabio dicti sunt Fabiani> Luperci<quibus hic praepositus fuerit. Fuisse autem> Rom. <temporibus

Quinctilio quodam qui praepositus> est Lu<percis>.. (**33 litt.**).. Luperci ..(**31 litt.**).. Romuli ..(**32 litt.**).. et Quinctili ..(**29 litt.**).. quorum num<erus> .. (**29 litt.**).. <ho>noris gratia e<**st auctus**> .. (**14 litt.**)..

<*Quintanam portam*> **

(Paul.) Quintana porta appellatur in castris post praetorium ubi rerum utensilium forum sit.

<*Quin*>*tanam classem*>.. (**12 litt.**).. <Servius Tullius> rex distributa ..(**25 litt.**).. fecit cum eas ord<inaret>.. (**18 litt.**).. sam de capite.. (**27 litt.**).. nihil praeter se h.. (**24 litt.**).. <Lu>cilius sic meminit (1287) :

quod.. (**25 litt.**).. adeptus.

Querqu<*eram*>.. (**25 litt.**).. Nam quidam querc<eram a similitudine quercus> arboris, cum gra<vis sit **ligni illius similis** et in> ingentem evadat <**magnitudinem, trahunt. Aurelius**> Opillus frigidam a<it dici cum horrore venien>tem. Santra eam ex G<raeco derivat ; nam ii tremo>rem eiusmodi κά<ρκαρον dicunt ; unde dictum> etiam *carcerem* ; Plau<tum in Frivolaria> (79) :

<is mihi> erat bilis querque<ra tussis> ;

<Lucilium **itidem**> (1194) :

iactans me ut feb<ris querquera> ;

<qui etiam dice>ret alibi (1277) :

querquer<a consequitur capitisque dolores>.

(Paul.) Querqueram frigidam cum tremore a Graeco κάρκαρα certum est dici ; unde et carcer. Lucilius : Iactans me ut febris querquera. Et alibi : Querquera consequitur capitisque dolores. Item Plautus : Is mihi erat bilis querqueratus. Quercus dicitur quod id genus arboris grave sit ac durum, tum etiam in ingentem evadat amplitudinem. Querqueram enim gravem et magnam quidam putant dici.

<*Quadruplatorem* dictum ait Aelius G>allus <qui eo quaestu se tuebatur ut eas res perse>que<retur quarum ex legibus quadrupli erat> actio.. (**33 litt.**).. nibus.. .. (**33 litt.**).. menta.. (**23 litt.**).. <testimo>nio est.. (**33 litt.**).. abant.. (**34 litt.**).. .. ab eo.. (**34** litt.).. es in.. (**32 litt.**).. fectis.. (**32 litt.**).. que licto.. (**32 litt.**).. populo.. (**33 litt.**).. tia ca.. (**31 litt.**).. omen legum.. (**30 litt.**).. populi do.. (**10 litt.**)..

(Paul.) Quadruplatores dicebantur qui eo quaestu se tuebantur ut eas res persequerentur quarum ex legibus quadrupli erat actio.

<*Q. R. C. F. Quandoc Rex Co*>*mitiavit* <*Fas*. Sic notatum esse diem in fastis i>n honorem <Regis sacrorum aiunt qui de feriis> menstruis scrip<serunt> ..(**22 litt.**).. Rege dicuntur. <Huius nominis causae a multis scriptori>bus traditae sunt.. (**18 litt.**).. <nefas habetu>r pars ante<rior> ..(**25 litt.**).. ; posterior <fas cum iis perfectis in comitium ve-

---

institutos utrosque et Fabianos> et Quinctili<anos multi sunt qui tradiderint>, etc. Cf. Unger (Rhein. Mus. 36, 50).

QUINTANAM PORTAM. Locum totum (propter ὁμοιόαρκτον) om. cod. Docti tamen post Quinctia Prata supplent : <Quintana appellatur in ca<s<tr>is <locus ubi praedam et capti>vos <divendunt>, etc.

QUINTANAM CLASSEM. h<abebant> **docti**. Lucil.] quid scripserit minime constat

QUERQUERAM. Hinc puto Gloss. Abol. QUE 9 et 4 Querquera est febris aeris et vehemens quae cum magno frigore solet venire. Quercum : genus ligni ilici similis [aut ilex]. || Aur. Opill.] cf. ad 124, 12. || bilis aqua intercus tu. febris **Prisciani cod** I p. 271 (qui illud intercus testatur).

QUANDOC REX COMITIAVIT FAS. mitia sic **cod.**. : comitiassit **docti**. Cf. infra, s. v. Regifugium (346,30). De ambabus formulis cf. Varr. L. L. 6, 31 : Dies qui vocatur sic,

nit. > Si quis alius pro Rege iussu eius venit, ut pon tifex, tum is dies fastus est>.

(Paul.) Quandoc Rex Comitiavit Fas in fastis notari solet et hoc videtur significare, quando Rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit.

<*Q. S. D. F. Quandoc Ste*>*rcus Delatum Fas* eo dem modo in fastis notatur di es qui talis est ut eo aedis Vestae purgetur s tercusque in al<i>vum clivum (?) Ca<pitolinum>.. (**17 litt.**).. cum id factum sit ..(**26 litt**..).. ta.

(Paul.) Quandoc Stercus Delatum Fas eodem modo in fastis notatur dies quo stercus purgatur ab aede Vestae.

Quaestores <dicebantur qui quaererent de rebus> capitalibus ; unde <iidem etiam in XII (8.25) *quaestores parri cidi* appellantur.

<*Quando* cum gravi voce pro>nuntiatur significat <quoniam ; acuta est temporis adverbium>, ut Plautus in Me<naechmis ait> (78) :

<ideo quia> mensam, quando edo, detergeo,

et in Pseudolo (257) :

dabo quando erit. Ducito quando habebis,

et Ennius lib. XVI (433) :

Nox quando mediis signis praecincta volabit.

In XII (inc. 2) quidem cum C littera ultima scribitur idemque significat.

(Paul.) Quando cum gravi voce pronuntiatur significat idem quod quoniam et est coniunctio ; quando acuto accentu, tunc est temporis adverbium.

Quadrata Roma locus in Palatio ante templum Apollinis dicitur ubi reposita sunt quae solent boni ominis gratia in urbe condenda adhiberi, quia saxo minitus (mun–) est initio in speciem quadratam. Eius loci Ennius meminit cum ait (Ann. 157) :

et quis est (qui sextus ?) erat Romae regnare quadratae.

Quadrurbem Athenas Accius appellavit quod <qua>si ex IIII urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone Eleusine Piraeo Sunio.

(Paul.) Quatrurbem Athenas Accius appellavit quod ex quattuor urbibus in unam illam civitatem se homines contulere.

Quaeso ut significat idem quod rogo, ita quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium lib. II (144) :

Quando Rex Comitiavit Fas, is dictus ab eo quod eo die Rex sacrificulus dicat (it ?) ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas ; itaque post id tempus lege actum saepe : dies qui vocatur Quando Stercus Delatum Fas ab eo appellatus quod eo die ex aede Vestae stercus everritur et per Capitolinum clivum in locum defertur certum. Haec supplent docti : scrip<serunt, quae nonalibus sacris in Curia a> Rege dicuntur.

QUANDOC STERCUS DELATUM FAS. Cf. infra. s. v. Stercus Ex Aede Vestae (466, 32 XVII Kal. Iul. defertur in angiportum medium fere clivi Capitolini, qui locus clauditur Porta Stercoraria). Haec supplent docti : Ca<pitolinum eversum certo loco condatur>. Cum id, etc.

QUAESTORES PARRICIDI. Cf. supra, s. v. Parricidi Quaestores (247,19).

QUADRATA ROMA. Cf. Varr. ap. Solin. 1, 17 : Nam, ut adfirmat Varro auctor diligentissimus, Romam condidit Romulus.. dictaque primum est Roma quadrata, quod ad aequilibrium foret posita, etc. Cf. Täubler (Mitteil. Archaeol. Inst. röm, Abt., 41 212).

QUADRURBEM. quasi **Walter** (Philol. 80. 440).

QUAESO. Enn. lib. II] Cf. supra, s. v. Mundus (126,2) ubi navibus celsis pro na. pulchris.

Ostia munita est ; idem loca navibus pulchris.
munda facit nautisque mari quaesentibus vitam,

et in Cresphonte (120) :

ducit me uxorem liberorum sibi quaesendum gratia,

et in Andromeda (97) :

liberum quaesendum causa familiae matrem tuae.

(Paul.) Quaeso significat id quod rogo. Quaesere tamen Ennius pro quaerere posuit.

Quadranta<*le*> vocabant antiqui quam ex Graeco amphoram dicunt, quod vas pedis quadrati octo et XL capit sextarios. Plautus in Curculione (103) :

anus haec sitit. Quantillum sitit ? Modica est, capit quadranta<l>e,

et Cato contra Oppium (1) : Vinum redemisti, praedia pro vini quadrantalibus sexaginta in pulli (publicum ?) dedisti, vinum non dedisti.

(Paul) Quadranta vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo et quadraginta sextarios capiat. Plautus : « Anus haec sitit. Quantillum sitit ? Modica est, capit quadrantae. »

Quaxare ranae dicuntur cum vocem mittunt

(Paul.) Quaxare ranae dicuntur cum vocem mittunt.

Quartarios appellabant antiqui muliones mercennarios quod quartam partem quaestuus capiebant. Lucilius (1255) :

porro homines nequam, malus ut quartarius, cippos
colligere (–isere) omnes.

(Paul.) Quartarios appellabant muliones mercennarios quod quartam partem capiebant quaestus

Quatenus significat qua fine, ut *hactenus* hac fine ; at *quatinus* quoniam. Sed antiqui *quatenoc* dicebant, ut Scipio Africanus in ea oratione quam scribsit postquam ex Africa rediit : Uti negotium natum erat, quatenoc castra nostra ita munita erant ut posses partem exercitus abducere.

(Paul.) Quatenus significat qua fine, ut hactenus hac fine ; quatinus vero quoniam. Sed antiqui quatenoc dicebant.

Quamde pro quam usos esse antiquos cum multi veteres testimonio sunt, tamen huius (tum Ennius) in primo (Ann. 97) :

Iuppiter, ut muro fretus magis quamde manus † impe †,

secundo (136) :

quamde tuas omnes legiones ac popularis,

et Lucretius (1, 641) :

clarus ob obscuram linguam magis inter inanes
quamde gravis inter Graios qui vera requirunt.

(Paul.) Quamde pro quam dicebant antiqui.

Quam mox significat quam cito ; sed si per se ponas mox, significabit paullo post vel postea.

QUADRANTALE. Hinc nimirum Gloss. Aff. (=Abol.) Quadrantale : amphora ; Gloss. Philox. QUA 2 Quadrantale : κεράμιον. Unde ausus sum putare Plautum quadrantale scripsisse, quadrantal enuntiasse. octo et XL.] Cf. supra, s. v. Publica Pondera (288, 28 duodequinquaginta sextarii quadrantal siet vini). sitit haec anus **Plaut.**

QUAXARE. Hincine Gloss. Philox. QUA 60 Quasat ὅταν φωνεῖ βάτραχος ? Vide supra ad Bombizatio (27,12).

QUARTARIOS. quaestuus] Cf. infra, s. v. Relegati (348, 21 magistratuus).

QUATENUS. Cf. infra, s. v. Tenus (505, 12).

QUAMDE. manus vi. Idem in sec. **Vahlen.**

QUAM MOX. Cf. supra, s. v. Mox (123, 2 paulo post.).

(Paul.) Quam mox significat quam cito ; sed si per se ponas mox, significabit postea vel paulo post.

Quatere suspensum et vicinum rei alicuius motum significat, non, ut Verrius putat, ferire, <ut interdum concutere> ; cum id ipsum verbum concutere ex praepositione quae est con et quatere sit compositum. *Quassare* autem est saepe quatere.

(Paul.) Quatere suspensum et vicinum rei alicuius motum significat, ut interdum concutere, cum et id ipsum verbum concutere ex quatere sit compositum. Quassare autem est saepe quatere.

Querquetulanae virae putantur significari nymphae praesidentes querqueto virescenti quod genus silvae iudicant fuisse intra portam quae ab eo dicta sit *Querquetularia* <*porta*>. Sed feminas antiqui quas † sciens † dicimus *viras* appellabant; unde adhuc permanent *virgines* et *viragines*.

(Paul.) Querquetulanae dicebantur nymphae querqueto virescenti praesidentes.

Querquetularia porta Romae dicta quod querquetum intra muros Urbis iuxta se habuerit.

Ques antiqui dixerunt ; inde declinatum remanet dativo casu quibus. Nam qui adhuc item qui<s> facit, ut isti istis, illi illis.

Qui hoc censetis illuc transite, qui alia omnia in hanc partem. » His verbis praeit ominis videlicet causa ne dicat ' qui non censetis '.

Quot servi tot hostes » in proverbio est. De quo Sinnius Capito existimat errorem hominibus intervenisse praepostere plurimis enuntiantibus ; veri enim similius esse dictum initio ' quot hostis (-tes) tot servi ', tot captivi fere ad servitutem adducebantur ; unde etiam *mancipia*. Nec sane.. (**32 litt.**).. seru ..(**30 litt.**).. <in>epti si ..(**30 litt.**).. rint.. (**32 litt.**).. gia te ..(**31 litt.**).. turbata ..(**29 litt.**).. rent.. (**32 litt.**).. uncii.. (**31 litt.**).. Sinniu.. (**30 litt.**).. ut persiu.. (**27 litt.**).. <sig>nificar.. (**29 litt.**).. omnibus a.. (**29 litt.**).. <an>cillae va ..(**29 litt.**).. omnis un ..(**30 litt.**).. me part.. (**28 litt.**)..<re>gula ; sed u.. (**28 litt.**).. saltius fixit ..(**24 litt.**).. fer[r]endum quod ..(**26 litt.**)..

Quoniam significat <non solum id quod quia, sed> apud antiquos <etiam id quod postquam ; hac videli>cet de causa quam (quod ?) <Graecum ὅτε utrius>qui (-que) significationem <optinet>.

(Paul.) Quoniam significat non solum id quod quia, sed etiam id quod postquam ; hac de causa quod Graecum ὅτι utriusque significationem optinet.

<*Quod* significat> etiam aliquid, praeter<quam quod in usu fere est ; et Graeci> dicunt τι.

(Paul.) Quod significat etiam aliquid, praeterquam quod in usu fere est ; et Graeci dicunt τι.

Quin<*quennales* in coloniis appella>bantur qui lustrum con<derent quinto quoque anno ; a quo nomin>ari coeptos.

Quin<*que genera signorum* observant> augures publici : ex <caelo, ex avibus, ex tripudis,> ex quadripedibus, ex <diris>**

(Paul.) Quinque genera signorum observant augures : ex caelo, ex avibus, ex tripudis, ex quadripedibus, ex diris.

QUERQUETULANAE. -tana porta Plin. N. H. 16, 37. an scius (i. e. sanctius) ? quas .. dic. **om. Schol. Isid.** (Mulieres antiqui viras appellabant : unde adhuc permanent virgines et viragines). Hinc nimirum Isid. Etym. 11, 2, 23.

QUES. Nonnisi pron. interrog. vel indefinit. v. g. ' ques sunt ? ', ' sei ques sunt '. || quīs] ... o quo saec. XIV-XV Itali ' queis ' scribere solebant.

R

I. Ex codice Festi.

Rufuli tribuni mil<itum appellabantur quos> consul faciebat, n<on populus ; de quorum iure quod> Rutilius Rufus leg<em **tulerit**>.. (**14 litt.**).. modis ; sic enim eleva ..(**19 litt.**).. bant hi qui populi suffr<agis creabantur ; **Rufi** a> cognomine Rutili a<c post Rufuli sunt vocati>.

(Paul.) Rufuli appellabantur tribuni militum a consule facti, non a populo ; de quorum iure quod Rutilius Rufus legem tulerit, Rufuli ac post Rutuli sunt vocati.

<*Runas* **spicula, genus teli, esse, alii** pug>nas<**significari credunt, cum dicat** Ennius (Ann. 589) :

runat>a re<cedit,

id est proeliata **vel spicula iaculata.** > Naevi<us> (Bell. Pun. 57) :

.. (**33 litt.**).. unt.. (**36 litt.**).. ad.. (**33 litt.**).. tesen **

(Paul.) Runa genus teli significat. Ennius « runata recedit », id est proeliata.

<*Ru*>*ctare*, <**non ructari**).. (**24 litt.**).. unt pro ..(**31 litt.**).. inos igi<tur> .. (**29 litt.**).. a scrib.. (**31 litt.**).. <Fl>accus .. (**17 litt.**).. <« videtis alios ructa>re ac <respuere pulcherrima superbia ». **Tamen**> M. Cice<ro>.. (**31 litt.**).. « rupta<retur (ruct-) » dixit>.

(Paul.) Ructare, non ructari dicendum est. Flaccus : Videtis alios ructare ac respuere pulcherrima superbia. Cicero tamen ructaretur dixit.

<*Resparsum vinum* **apud antiquos**> significat <**vinum rogo inspersum**, quod in sacris n>ovendia<libus vino mortui sepulchrum> spargebatur ; <**ea autem sacra facere solebant die no**>no.

(Paul.) Resparsum vinum dixerunt quia vino sepulchrum spargebatur.

Romani <*ludi*>.. (**21 litt.**).. e artificum ..(**21 litt.**).. ci ..coeperunt.. (**19 litt.**).. que alis civitatibus ..(**19 litt.**).. quod omnes qui nunc ..(**24 litt.**).. sunt institu<ti>.. (**18 litt.**).. <R>omanos. Ali aiunt <**ludos eos fuisse** Matris> Magnae ac po.. (**23 litt.**).. in conferendis .. (**22 litt.**).. ros Romanos. Ali.. (**21 litt.**).. os equitando, iactu.. (**16 litt.**).. ilibus paribusque etiam ..(**18 litt.**).. ludentibus fierent.

<*Rubidus panis* appella>tur parum coctus, cum ..(**20 litt.**).. Plautus in Casina (309) :

<in furnum calidum condit>o
atque ibi torreto<me pro pane rubido>

<It>em scorteae ampullae vetustate rugosae et coloris eiusdem rubidae dici solent (Plaut. Stich. 230).

RUFULI. Haec supplent docti : leg<em tulerit, qua eis cavebatur multis>mo. ; sic en. eleva<verant eos ut praepondera>bant hi, etc.

RUNA. Hinc nimirum Gloss. AA (= Abol.) Runa : pugna, Runata : suspicata (spiculata ?). Fortasse etiam recentior glossa Runa (-nas ?) : stipula (spicula ?). De re valde incerta alibi disputavi (Amer. Journ. Phil. 38, 358).

ROMANI LUDI. Incerta supplementa si vis, haec habe : Romani <ludi appellabantur qui sin>e artificum <peregrinorum opera perfi>ci coeperunt, < quos ex Etruscis ex>que alis civitatibus <arcessere solebant ; aut> quod omnes qui nunc <celebrantur ludi postea> sunt institu<ti, primos esse dictos R>omanos... ac po<tius Magnos vocandos. Ali> in conferendis <sumtibus certasse nobiles vi>ros Romanos. Ali<denique eos esse celebrat>os equitando, iactu <rei militaris sim>ilibus, paribusque etiam <compositis, ut bellica a> lu. fi. Cf. supra, s. v. Magnos Ludos (109,1). Cf. ps.-Ascon. in Verr. act. I 31.

RUBIDUS PANIS, Festum adhibere, non tamen sequi videtur Isid. Etym. 20, 2, 15 : Rubidus panis, recoctus et rubefactus.||Plaut.] Cf. infra, s.v. Torreri (484,16).|| Stich. 230] « robiginosam strigilim, ampullam rubidam ».

(Paul.) Rubidus apud Plautum panis vocatur parum coctus ; item scorteae ampullae rugosae rubidae dici solent.

Romanam portam vulgus appellat ubi ex epistylio defluit aqua ; qui locus ab antiquis appellari solitus est *statuae Cinciae*, quod in eo fuit sepulcrum eius familiae. Sed porta Romana instituta est a Romulo infimo clivo Victoriae, qui locus gradibus in quadram formatus est. Appellata autem Romana a Sabinis praecipue, quod ea proximus aditus erat Romam.

(Paul.) Romana porta apud Romam a Sabinis appellata est quod per eam proximus eis aditus esset.

Rutabulum est quo rustici in proruendo igne panis coquendi gratia <vel stercoribus utuntur>. Novius in Pico (80) :

quid ego facerem, otio si rodebam rutabulum ?

Naevius obscenam viri partem describens (com. 126) :

vel quae sperat se nupturam viri-
<dulo> adulescentulo [s],
ea licet senile tractet retritum (de–??)
rutabulum.

(Paul.) Rutabulum a proruendo igne vocatum, quo panes coquuntur. Invenitur tamen positum et pro virili membro.

Ruta caesa dicuntur quae venditor possessionis sui usus gratia concidit ruendoque contraxit (extr– ?).

Rutilium rufum significat. Cuius coloris studiosae etiam antiquae mulieres fuerunt, unde traxerunt cognomina Rutilias, ut indicat frequenter Afranius.

(Paul.) Rutilium rufum significat. Cuius coloris studiosae etiam antiquae mulieres fuerunt ; unde et Rutiliae dictae sunt.

Rutrum tenentis iuvenis est effigies in Capitolio ephebi more Graecorum harenam ruentis exercitationis gratia ; quod signum Pompeius Bithynicus ex Bithynia supellectilis regiae Romam deportavit.

(Paul.) Rutrum dictum quod eo harena eruitur.

Rutundam aedem Vestae Numa Pompilius rex Romanorum consecrasse videtur quod eandem esse terram, qua vita hominum sustentaretur, crediderit, eamque pilae forma[m] esse, ut sui simili templo dea coleretur.

(Paul.) Rotundam faciebant aedem Vestae ad pilae similitudinem quod eandem credebant terram esse.

Ruscum est, ut ait Verrius, amplius paullo herba et exilius virgultis fruticibusque, non dissimile iunco ; cuius coloris rebus uti mulieres solitas commemorat Cato Originum lib. VII (8) : Mulieres opertae auro purpuraque ; arsinea rete diadema coronas aureas ruscea<s> facile (fascias ?) galbeos lineas pelles redimicula.

ROMANAM PORTAM. Cf. infra, s. v. (330, 23). locus statuae Cinciae] Cf. supra, s. v. Cincia (49, 23 locus Romae ubi Cinciorum monumentum fuit).

RUTABULUM. Hinc Hermeneum. (Philox.) Rotabulum : εὐσκαδῆς (σκαλίς ?) : Isid. Etym. 20, 8, 6 : Rutabulum (**vel** rot–) dictum a proruendo stercora, sive ignem panis coquendi gratia.

RUTILIUM. **An** –lum ? cf. infra, s. v. Rutilae Canes (358, 27 id est non procul a rubro colore) ; Varr. L. L. 7, 83 : Aurei enim rutili, et inde enim (olim ?) mulieres valde rufae rutilae dictae : Cato Orig. 7,9 : Mulieres nostrae capillum cinere unctitabant ut rutilus esset. Cf. infra, s. v. Ravillae (340, 30 a ravis oculis, quemadmodum a caesiis Caesullae).

RUSCUM. Cf. infra, s. v. ars. re.] ars inheret **cod.** Cf. supra, s. v. Arsineum (19,7). galb.] Cf. supra, s. v. Calbeos (41,2 armillas dicebant) ; s. v. Galbeum (85, 12 ornamenti genus). redim.] Cf. infra, s. v. (336,3).

Rupitias <issit in ?> XII significat damnum dederit.

(Paul.) Rupitia damnum dederit significat.

Rodus vel *raudus* significat rem rudem et inperfectam ; nam saxum quoque raudus appellant poetae, ut Accius in Melanippo (438) :

constit[u]it cognovit sensit, conlocat sese in locum
celsum ; hinc manibus rapere roudus saxeum grande[m] et grave[m],

et in Chrysippo (262) :

neque quisquam a telis vacuus (vocivus ?), sed, uti cuique obviam
fuerat, ferrum alius, <alius> saxi[o] rudem (roudus ?).

Vulgus quidem in usu habuit non modo pro aere inperfecto, ut Lucilius cum ait (1192) : plumbi pa<u>xillum rodus linique matexam, sed etiam signato, quia in mancipando cum dicitur « *rudusculo libram ferito* » asse tangitur libra. Cincius de Verbis Priscis sic ait (19) : Quemadmodum omnis fere materia non deformata (nondum formata) rudis appellatur, sicut ' vestimentum rude ' non perpolitum, sic aes infectum rudusculum ; apud aedem Apollinis aes conflatum iacuit, id (aedem ?) ad rudus appellabant ; in aestimatione censoria aes infectum rudus appellatur ; *rudiari* ab eodem dicuntur qui saga nova poliunt ; hominem inperitum *rudem* dicimus.

(Paul.) Rudus vel raudus cum dicitur res rudis et inperfecta significatur ; hominem quoque inperitum rudem vocamus.

Rudentes restes nauticae, et asini cum vocem mittunt.

(Paul.) Rudentes restes nauticae, et asini cum vocem mittunt.

Ruspari est quaerere crebro, ut hoc versu indicatur (trag. inc. 83) :

ibo ut latebras ruspans rimer amaptimas (maritimas ?).

(Paul.) Ruspari est crebro quaerere.

Rustica Vinalia appellantur mense Augusto XIIII Kal. Sept. <quo die primum in Urbem vinum deferunt>, Iovis dies festus, quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium omnis vini libationem ei deo dedicaverunt. Eodem autem die Veneri templa sunt consecrata, alterum ad Circum Maximum, alterum in luco Libitinensi, quia in eius deae tutela sunt horti.

(Paul.) Rustica Vinalia quarto decimo Kalendas Septembres celebrabant quo die primum in Urbem vinum deferebant.

Rustum (-scum ?) ex ' rubus<cum ?> '**

(Paul.) *R pro S* (S pro R) littera saepe antiqui posuerunt, ut maiosibus melio-

---

RUPITIAS. (-pt- ?) issit] i. e. ierit : **an** duit ? Cf. supra, s. v. Duis (58,18 pro dederis) Rupsit in XII **docti**. Cf. infra, s. v. Talionis (496,16 in XII.. « si membrum rupsit, ni cum eo pacit, talio esto »).

RODUS. quoiique o. fū. **An** ferro al. saxeo al. rudere ? paucillum.. mataxam **codd. Isid.** Etym. 19, 4. 10. rauduseulo **Varr.** L. L.5, 163 (aes raudus dictum ; ex eo veteribus in mancipiis scriptum « rauduseulo libram ferito »). Cf. infra, s. v. Rauduseulana Porta (338,26)

RUSPARI. Hinc nimirum Gloss. AA (=Abol.) Ruspari : requirere. Cf. supra, s. v. Conruspari (54,10 conquirere).

RUSTICA VINALIA. cf. infra, s. v. (366,31).

RUSCUM. Cf. supra, s. v., (320,17). Cf. Nigra (Romania 31,515). **Excisum est dimidium folium codicis.**

S PRO R. Cf. supra, s. v. Arbosem (14,9) ; s. v. Aureliam Familiam (22,7 Auseli dicebantur, ut Valesii Papisii) ; s. v. Pignosa (232,21 pignora, eo modo quo Valesii Auselii Pinas Papisi dicebantur) ; s. v. Plisima (222, 18) ; Varr. L. L. 7, 27.

sibus Lasibus fesiis pro maioribus melioribus Laribus feriis.

(Paul.) *Rorarios* milites vocabant qui levi armatura primi proelium committebant quod, ut ante imbrem fere rorare solet, sic illi ante gravem armaturam quod prodibant rorari dicti.

(Paul.) *Robum* rubro colore et quasi rufo significari, ut bovem quoque rustici appellant, manifestum est. Unde et materia quae plurimas venas eius coloris habet dicta est *robur*. Hinc et homines valentes et boni coloris *robusti*. *Robus* (-ur ?) quoque in carcere dicitur is locus quo praecipitatur maleficorum genus quod antea arcis robusteis includebatur.

(Paul.) *Robigalia* dies festus septimo Kalendas Maias quo *Robigo deo* suo, quem putabant robiginem avertere (deo qui rob. avertit), sacrificabant.

(Fast. Praenest.) Feriae Robigo via Claudia ad milliarium V ne robigo frumentis noceat sacrificium.

(Paul.) *Rorarium vinum* quod rorariis dabatur.

Romanus ager ?> ** ubi incubare posset auspicii repetendi causa.

Rogatio est cum populus consulitur de uno pluribusve hominibus quod non ad omnis pertineat et de una pluribusve rebus de quibus non omnibus sanciatur. Nam quod in omnis homines resve populus scivit *lex* appellatur. Itaque Gallus Aelius ait (17) : Inter legem et rogationem hoc interest ; rogatio est genus legis ; quae lex, non continuo ea rogatio est ; <rogatio> non potest non esse lex si modo iustis comitiis rogata est.

(Paul.) Rogatio est cum populus consulitur de uno pluribusve hominibus quod non ad omnes pertineat et de una pluribusve rebus de quibus non omnibus sanciatur. Nam quod in omnes homines resve populus scivit lex appellatur.

Romulum quidam <a> fico Ruminali, ali quod lupae ruma nutritus est appellatum esse ineptissime dixerunt. Quem credibile est a virium magnitudine, item <*Remum*> fratrem eius appellatos.

(Paul.) Romulus et Remus a virtute, hoc est robore, appellati sunt.

RORARIOS. Hincine Gloss. Philox. RO 14 Rorarii : ἀκροβολισταί. RO 17 Rorat : ακάζει. Gloss. Abba (-Abol.) Rorarius. : miles qui primo in bello proelium committ ? Vide supra, ad Adscripticii (13,28 hos et rorarios dicebant, quod id genus hominum, antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicaret); Varr. L. L. 6, 58 : rorarii dicti ab rore qui bellum committebant, ideo quod ante rorat quam pluit ; Vit. Pop. Rom. III (ap. Non. 553,6) : Rorarii appellati quod imbribus fere primum rorare incipit.

ROBUM. Cf. Schol. Juven. 8, 155 (robumque iuvencum) : id est robustum rufum ; unde Hercules Robus dictus est. arcis] decl. secundae Adde in Thes. Lat. s. v. [in carc.] Cf. Val. Max. 6, 3, 1 d : Familiares eorum.. de robore praecipitati sunt.

ROBIGALIA. Hincine Gloss. Philox. RO7 Robigo : ὡς πάχνη γίνεται ἣν τινες ἐρυσίβην λοῦσιν ? quem put. etc.] qui rob. avertit (vel aliquid eiusmodi) Fest. Cf. Varr. L. L. 6, 16 : Robigalia dicta ab Robigo ; secundum segetes huic deo sacrificatur, ne robigo occupet segetes ; Serv. auct. Geo. 1, 151 (robigo) : Inde et Robigus deus et sacra eius septimo Kal. Maias Robiginalia appellantur.

ROMANUS AGER. Cf. Serv. Aen. 2, 178 : Postquam imperium longius prolatum est, ne dux ab exercitu diutius abesset si Romam ad renovanda auspicia de longinquo revertisset, constitutum ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia in qua bellatur, ad quem, si renovari opus esset auspicia, dux rediret.

Romam appellatam esse Cephalon Gergithius — qui de adventu Aeneae in Italiam videtur conscribsisse — ait ab homine quodam comite Aeneae ; eum enim occupato monte qui nunc Palatinus dicitur urbem condidisse atque eam Rhomen nominasse. § Apollodorus in Euxenide ait Aenea et Lavinia natos Mayllem Mulum Rhomumque, atque ab R<h>omo urbi tractum nomen. § Alcimus ait Tyrrhenia Aeneae natum filium Romulum fuisse atque eo ortam Albam Aeneae neptem, cuius filius nomine Rhodius (Rhomus ?) condiderit urbem Romam. § Antigonus Italicae historiae scribtor ait Rhomum quendam nomine Iove conceptum urbem condidisse in Palatio Romaeque ei dedisse nomen. § ** (Hyperochus ?) historiae Cumanae compositor Athenis quosdam profectos Sicyonem Thespi[ad]asque, ex quibus porro civitatibus ob inopiam domiciliorum conpluris profectos in exteras regiones delatos in Italiam, eosque multo errore nominatos *Aborigines* (Aberrig– ?) ; quorum subiecti qui fuerint caeximparum (Caci improbi ?) viri unicarumque virium imperio montem Palatium, in quo frequentissimi consederint, appellavisse a viribus regentis *Valentiam*, quod nomen adventu Euandri Aeneaeque in Italiam cum magna Graece loquentium copia interpretatum dici coeptum Rhomen. § Agathocles Cyzicenarum rerum conscribtor ait vaticinio Heleni inpulsum Aenean Italiam petivisse portantem suam secum neptem, Ascani filiam, nomine Rhomen eamque, ut Italia sint Phryges potiti et [h]is regionibus maxime quae nunc sunt vicinae Urbi, prima<m> omnium consecrasse in Palatio Fidei templum ; in quo monte postea cum conderetur urbs, visam esse iustam vocabuli Romae [nonen] causam eam quae prioreundeea (prior eundem) locum dedicavisset Fidei. Ait quidem Agathocles conplures esse auctores qui dicant Aenean sepultum in urbe Berecynthia (-tho ?) proxime flumen Nolon (?) atque ex eius progenie quendam nomine Rhomum venisse in Italiam et urbem Romam nominatam condidisse. § Caltinus (Callias ?) Agathoclis Siculi qui res gestas conscribsit arbitratur e manu Troianorum fugientium Ilio capto cuidam fuisse nomen Latino eumque habuisse coniugem Rho-

ROMAM. videtur] Aliunde igitur haec didicerat Verrius. An ab R<h>omo <Romae>ur.

ABORIGINES. Cf. supra, s. v. (17, 19 appellati sunt quod errantes convenerint in agrum qui nunc est populi Romani ; fuit enim gens antiquissima Italiae).

Berecynt.] Cf. Serv. Aen. 6, 784 Berecyntos castellum est Phrygiae iuxta Sagarim fluvium.

Galitas] Callias Mommsen (Herm. 16,4).

Haec fere supplent docti in parte paenultima : <ex>positos in<ripa Tiberis esse ; ib lupam iis praebuisse ru>mam monte <vicino descendentem. Hinc postquam reperti>sun educat<ique a Faustulo, Romulus et Remus a ruma no>minati pot<issimum dicuntur cognitoque unde> ess. procr., etc. Cf. Serv. auct. Aen. 1, 273 : Clinias refert Telemach filiam Romen nomine Aeneae nuptam fuisse, ex cuius vocabulo Romam appellatam.. dici Latinum ex Ulixe et Circe editum de nomine sororis suae mortuae Romen civitatem appellasse ; Ateius adserit Romam ante adventum Euandri diu Valentiam vocitatam, sed pos Graeco nomine Romen vocitatam ; alii a filia Euandri ita dictam, alii a fatidica quae praedixisset Euandro his eum locis oportere considere : Heraclides ait Romen nobilem captivam Troianam huc appulisse et taedio maris suasisse sedem, ex cuius nomine urbem vocatam ; Eratosthenes Ascanii, Aeneae filii, Romulum parentem urbis refert. Naevius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt ; Sibylla ita dicit Ῥωμαῖοι Ῥώμου παῖδες.

men, a qua, ut Italia sit potitus, urbem quam condiderit Romam appellavisse. § Lembos qui appellatur Heraclides existimat revertentibus ab Ilio Achivis quendam (quosd–) tempestate deiectos in Italiae regiones secutos Tiberis decursum pervenisse ubi nunc sit Roma, ibique propter taedium navigationis inpulsas captivas auctoritate virginis cuiusdam tempestivae nomine Rhomes incendisse classem, atque ab ea necessitate ibi manendi urbem conditam ab is et potissimum eius nomine eam appellatam a cuius consilio eas sedes sibi firmavissent. § Galitas (?) scribit, cum post obitum Aeneae imperium Italiae pervenisset ad Latinum, Telemachi Circaeque filium, isque ex Rhome suscepisset filios Rhomum Romulumque, urbi conditae in Palatio causam fuisse appellandae potissimum Rhom.. (**38** litt.).: i sic.. (**35** litt.).. in i.. (**36** litt.).. exp.. (**36** litt.).. Rom.. (**36** litt.) .. lao.. (**36** litt.).. tos.. (**36** litt.).. pler.. (**33** litt.).. <Nu>mito<r>.. (**34** litt.).. pepe<ri>.. (**33** litt.).. dend.. (**35** litt.).. atque.. (**32** litt.).. <Ro>mam ;.. (**36** litt.).. omnes pr.. (**33** litt.).. nomina.. (**33** litt.).. conpressa.. (**30** litt.)...positos in.. (**30** litt.). ..mam monte..(**31** litt.)..sunt educat<i>.. (**28** litt.).. minati pot.. (**30** litt.).. essent procreati, <**Numitori avo suo primum**> restituisse regn<um, deinde de urbe condenda> per auguria decre<visse uter eam conderet nomi>naretque, ac deorum <**manifesta approbatione** Ro>mulum urbem cond<idisse ; **sed eam nominasse** Romam> potius quam Romul<am> ..(**14** litt.).. <ut amplio>re vocabuli signifi<catu prosperiora patriae> suae ominaretur.

(Paul.) Romam Romulus de suo nomine appellavit, sed ideo Romam — non Romulam — ut ampliore vocabuli significatu prosperiora patriae suae ominaretur

R– <?>.. (**24** litt.).. latam Terentius quid di.. (**20** litt.).. deinde detortam voca<**buli formam**>.. (**13** litt.) .. credibile. Ceterum caus.. (**20** litt.).. nisse ait Verrius u.. (**23** litt.)..

Romanam portam ante.. (**19** litt.).. <**voci**>tatam ferunt, quae fuerit **

<*Romuliam tribum* appellatam ait Dio>ny<sius>.. (**31** litt.).. aut a.. (**37** litt.).. se ..(**32** litt.).. proxima <**omnium tribuum erat ad muros ipsius urbis** Ro>mae ..(**31** litt.).. <cu>iusdam.. (**37** litt.).. ep ..(**36** litt.).. ama ..(**36** litt.).. t ap..(**34** litt.).. inium ..(**37** litt.).. de ..(**34** litt.).. em quae ..(**31** litt.).. t requisi ..(**29** litt.).. <ap>pellatam ..(**33** litt.).. tem quae. (**34** litt.)..

(Paul.) Romulia tribus dicta quod ex eo agro censebantur quem Romulus ceperat ex Veientibus.

Rumex <genus teli simile spari Gallici, cuius> meminit Lucili<us (1315) :
tum spara tum rumices portan>tur, tragula <porro>.

(Paul). Rumex genus teli simile spari Gallici.

R–, immo RO–, quoniam in Ro- serie est. Sed idoneum a Terentio poeta usurpatum ocabulum non invenio. Neque Reatinus ille aliter quam ' Varro ' aut ' M. Varro ' a esto citatur (nam 156, 19 alia res est).

ROMANAM PORTAM. Cf. supra, s. v. (318, 25) ; s. v. Pandana Porta (246,15). Dionys. on in libris qui extant.

ROMULIAM TRIBUM. Cf. Varr. L. L. 5, 56 : Quinta, quod sub Roma, Romilia. Cf. nfra. s. v. Urbanas Tribus (506,5).

RUMEX. Glossae ad hunc Lucilii versum adnotatae tres erant (i) Spara (442,24 parissimi generis iacula ab eo quod spargantur dicta, etc.) (ii) Rumex (iii) Tragula (505,6 enus teli, ponderis vasti, dicta quod scuto infixa trahatur).

<*Rumitant* significat rumigera>ntur, ut Nae<vius> (Bell. Pun. 52) :
<simul alius aliunde rum>itant inter <se>.

(Paul.) Rumitant rumigerantur. Naevius « simul alius aliunde rumitant inter sese ».

<*Ruminalem ficum* esse appel>latam ait Varro <prope Curiam sub Veter>ibus quod sub ea ar<bore lupa *rumam* **praebuerit**> Remo et Romulo. <**Mamma enim ruma dicitur** ; **ante**>a autem *rumis* di<cebatur ; unde rustici haed>os *subrimios* vo<cant, quasi adhuc sub mamm>a. Ali[bi] autem sunt <qui dictum putent quod sub ea pecus> ruminari solitum <esset>.

(Paul.) Ruminalis dicta est ficus quod sub ea arbore lupa mammam dederit Remo et Romulo. Mamma autem rumis dicitur ; unde et rustici appellant aedos subrimios qui adhuc sub mammis habentur.

<*Rumen* est pars colli> qua esca devoratur ; <unde *rumare* dicebatur> quod nunc ruminare.

(Paul.) Rumen est pars colli qua esca devoratur ; unde rumare dicebatur quod nunc ruminare.

<*Rumentum* in libris augu>ralibus significare vi<detur **interruptio** abrupti>ove : « dum verba anci<libus movendis praeit si in>terim <a>vis canerit.. (**23 litt.**).. o augurio rumentum ».

(Paul.) Rumentum abruptio.

<*Rhegium* per RH, **non Regium**, vo>care oportere ait Verrius id municipium quod in freto e regno (regione) Siciliae est, quoniam id dictum est a rumpendo quod est Graece pataiai (ῥαγῆναι) ; eo quidem magis quia in Gallia Cisalpina, ubi forum Lepidi fuerat, *Regium* vocatur.

(Paul.) Rhegium appellatur id municipium quod in freto Siciliae est quoniam id a rumpendo dictum est.

« *Rhondes Icadionque* » cum dixit Lucilius (1292) quo (duo) nomina riparum (piratarum) posuit, tam infestum sibi corpus et valitudinem referens quam levissed (illi essent) saluti navigantium.

Rhinocerotem quidam esse aiunt *bovem Aegyptium*.

Redemptores proprie atque antiqua consuetudine dicebantur qui, cum quid publice faciendum <a>ut praebendum condixerant (–dux–) effecerantque, tum demum pecunias accipiebant ; nam antiquitus *emere* pro accipere ponebatur. At hi nunc dicuntur redemptores qui quid conduxerunt praebendum utendumque.

Red<h>ibitum id proprie dicitur quod

RUMITANT. Cf. supra, s. v. Adrumavit (9,7 rumorem fecit sive commurmuratus est ; quod verbum quidam a rumine, id est parte gutturis, putant deduci).

RUMINALEM FICUM. Cf. Herbig (Berl. Phil. Woch. 36, 1444).

RUMAM. Sumpsi dubitanter ex Gloss. Philox. RU 35 Rumam : κενοτης(κοινῶς ?) θηλήν. Quae tamen glossa ex alio Festi loco hausta esse potest (326,25 ; 330,8).

RUMIS. Hinc nimirum Gloss. Philox. RU 43 Rumis : θηλὴ ἀρχαίως.

SUBRIMIOS. Cf. infra, s. v. Subrumari (400, 35 dicuntur haedi cum ad mammam admoventur quia ea rumis vocabatur vel quia rumine trahunt lacte sugentes) ; Varr. R. R. 2, 11, 5.

RUMEN. pars gutturis (supra, s. v. Adrumavit, 9, 8).

RUMARE. Hinc nimirum Gloss. Philox. RU 36-37 Rumat : ἐμβρωματίζει, Ruminat : μαρυκᾶται.

RHONDES ICADIONQUE. Cf. supra, s. v. Icadion (94,7 nomen saevissimi piratae).

REDEMPTORES. Hincine Gloss. Philox. RE 56 Redemtor : ἐργολάβος, ἐκλήμπτωρ ?
emere] Vide supra ad Emere (66, 20).

REDHIBITUM. Redibitur tum cod.

redditum est inprobatumque et qui dedit [id est quod] rursus coactus est habere id quod ante habuit.

(Paul.) Redibitur tum id proprie dicitur quod redditum est inprobatumque et qui dedit rursus coactus est habere id quod ante habuit.

ediviam (–duv– ?) quidam, ali *reluvium* appellant cum circa unguis cutis se resolvit, quia *luere* est solvere. Titinius in Setina (132) :

lassitudo conservum, rediviae flagri,

et Livi (Laevius ?) (Laev. 25) :

scabra in legendo reduviosave offendens.

(Paul.) Redivia sive reluvium dicitur cum circa ungues cutis se solvit, quia *duere* est solvere.

edhostire referre gratiam. Na<e>vius in Lupo (praet. 5) :

Vel<e ?> Veiens regem sal<u>ta[n]t
Vib[a]e Albanum <A>mulium
comitem (–ter) senem sapientem : contra redhostis † menalus † ?

Accius in Amphitryone (92) :

cedo ecquid † te redhosti titum cum eas
sem † obiectet facilius.

am et *hostire* pro aequare posuerunt. nnius in Cresphonte (113) :

audi[s] atque auditis hostimentum adiungito.

in Hectoris Lytris (149) :

quae mea comminus machaera atque hasta hospius (–stibis ?) manu.

et Pacuius in Teucro (346) :

nisi coerceo protervitates (–tem) atque hostio ferociam.

(Paul.) Redhostire est gratiam referre ; nam et hostiae pro aequare posuerunt.

Redantruare dicitur in Saliorum exultationibus : « cum praesul amptruavit », quod est motus edidit, ei referuntur invicem idem motus. Lucilius (320) :

praesul ut amptruet inde, <ut> vulgus redamptruet at (inde ?),

Pacuius (104) :

promerenda gratia
simul cum videam Graios nihil mediocriter
redamptruare opibusque summis persequi.

Redivivum est ex vetusto renovatum. Cicero lib. I in Verrem (147) : Utrum existimatis minus operis esse unam columnam efficere ab integro novam nullo lapide redivivo ?

(Paul.) Redivivum est ex vetusto renovatum.

Redarguisse per E litteram Scipio Africanus Pauli filius dicitur enuntiasse, ut idem etiam *pertisum*. Cuius meminit Lucilius cum ait (963) :

quo facetior videare et scire plus quam caeteri,

REDIVIAM. luere **scripsi** (cf. infra, 352,1 Reluere resolvere) : tuere **cod.** : duere (**corr.** ere) **Paul.** Hinc (et ex 352,1), ni fallor, gl. Abol. RE 5 Reluere : resolvere ; luere enim solre est (**vel** Rel. res. ab luere) ; Philox. RE 78 Reduvia : παρωνυχίς. Huc refert Mueller Abba Reduvias : reliquias (–luvias ?).

REDHOSTIRE. redhostit Maenalus **Scal.** cedo, etc.] quid (**om.** cedo) hic redostit uiam metem obtet (**vel** obbiet) facilius **codd. Nonii** 165.

HOSTIRE. hostiae **cod.** protervitatem **codd. Nonii** 490. Cf. supra, s. v. Hostimentum. .,11 beneficii pensatio), Hostire (91,9 ferire ?).

REDANTRUARE vulgus redamplavit at **cod.** : ut vulgus redandruet inde **codd. Nonii** 5. Cf. supra, s. v. Andruare (9,1 id est recurrere) ; Antroare (9,3 gratias referre). Hinc (vel inde) Gloss. AA (= Abol.) Redantruare (vix pro Redhostire) : gratiam erre.

REDIVIVUM. Hinc Gloss. Abol. RE 2 Redivivum : a vetustate renovatum.

PERTISUM. De versu Luciliano cf. Class. Quart. 7, 117. Cf. supra, s. v. Pertisum (283,) ; s. v. Distisum et Pertisum (64,4 dicebant quod nunc distaesum et pertaesum).

pertisum hominem, non pertaesum, † dicere ferum nam genus †

Redimiculum vocant mulieres catellam qua[m] maxima (–me ?) utantur ornatus causa.

Reus nunc dicitur qui causam dicit et item qui quid promisit <spo>sponditve ac debet ; at Gallus Aelius lib. II Significationum Verborum quae ad Ius Pertinent ait (2) : Reus est qui cum altero litem contestatam habet, sive is egit sive cum eo actum est ; reus stipulando est idem qui stipulator dicitur, quippe suo nomine ab altero quibuspepulatus (qui stipulatus) est, non is qui alter<i> adstipulatus est ; reus promittendo est qui suo nomine alteri quid promisit, qui pro altero quid promisit. At Capito Ateius (25) in eadem quidem opinione est, sed exemplo adiuvat interpretationem, Numa in secunda tabula secunda lege (XII, 2,2), in qua scriptum est: Quid horum fuit unum iudici arbitrove reove eo die diffensus esto. Nunc uterque actorum reiqu[a]e in iudicio † me vocatur †, itemque accusator de vi accitur more vetere et consuetudine antiqua. (?)

(Paul.) Reus dictus a re quam promisit ac debet. Reus stipulando est idem qui stipulatur. Reus promittendo, qui suo nomine alteri quid pro altero promisit.

Rivus vulgo appellatur tenuis fluor aquae non spe (opera ?) consiliove factus, verum naturali suo inpetu. Sed hi rivi dicuntur qui manu facti sunt sive super terram fossa sive sup<t>er specu ; cuius vocabuli origo ex Graeco <ῥεῖθρον> pendet.

Retanda locantur Pomptina flumin<**a, id est** purganda ; *retae* **enim vocantur arbores quae**> ap<**ud fluvios eminent aut ex ipsis alveis exstant**>.

Rit us mos vel consuetudo. **Unde** *ritu* **more, consuetudi**>ne a.. (**36 litt.**).. istic ..(**31 litt.**).. (Plaut. Men. 395) :

<can>terino <ritu astans somniat>

..(**16 litt.**).. homi..(**35 litt.**).. in at ..(**35 litt.**).. telo ..(**35 litt.**).. alioqui <rite> ..(**28 litt.**).. tionem**

(Paul.) Ritus mos vel consuetudo. Rite autem significat bene ac recte.

<?> **lorum ra..(**31 litt.**).. litum e ..(**33 litt.**).. remora **

<*Retractare* est rursus tracta>re.

(Paul.) Retractare est rursus tractare.

REDIMICULUM. Cf. supra, s. v. Ruscum (320,23).

REUS. quippe] quive **docti**. quibuspepulatus] quid stipulatus **docti**. Numa] nam **docti**. diffensus] diffissus **docti**. nunc, etc.] hic uterque. actor reusque. in iudicio reus vocatur itemque accusator reus dicitur more, etc. **docti**. Cf. infra, s. v. (366, 24).

RIVUS spe cons.] specu incilive **docti**. ῥεῖθρον]ῥεῖν **Mue**. Sed huc refero Gloss. Ansil. (=Abol.) RI 162 Ritron : rivus.

RETANDA. Hincine Gloss. AA (=Abol.) Retanda : purganda ? Cf. Gell. 11, 17,4 : Dixit.. in libro se Gavi de Origine Vocabulorum VII legisse retas vocari arbores quae aut ripis fluminum eminerent aut in alveis eorum exstarent. appellataque esse a retibus quod praetereuntes naves impedirent et quasi inretirent ; idcircoque sese arbitrari retanda flumina locari solita esse, id est purganda, nequid aut morae aut periculi navibus in ea virgulta incidentibus fieret; Priscian I p. 534, 6 K. : Retus pro retitus dicebant.

RITUS. Cf. infra, s. v. (364,34 est mos comprobatus in administrandis sacrificiis). Cf. Varr. L. L. 7, 88 : Quod est in versu « alcyonis ritu », id est eius instituto, ut cum aruspex praecipit ut suo quisque ritu sacrificium faciat, et nos dicimus XV viros Graeco ritu sacra, non Romano facere ; quod enim fit rite, id ratum ac rectum est ; ab eo Accius (690) « recte perfectis sacris » volt accipi ; Serv. auct. Aen. 12, 836 : Ritus est comprobata in administrandis sacri.. quae civitas ex alieno ascivit sibi ; cum receptum est mos appellatur, etc.

<?> Illud remora– adducit ut cogitem de vocabulo Remeligo. Cf. infra, s. v. (344, 16).

Ra<bidus a rabie dictus, qui morbus caninus est>. Catullu<s..(**18 litt.**)..(63,38):

<abit in quiete molli rabidus furor animi>.

(Paul.) Rabidus a rabie, qui morbus caninus est.

<*Ravi coloris* ii homines> appellantur q<ui sunt inter flavos et caesios> ravo sub con ..(**30 litt.**).. quod genus homin<um Plautus appellat *ravistellos*> (Epid. 620):

sed quis haec est mulier et ille ravistellus qui> venit?

(Paul.) Ravi coloris appellantur qui sunt inter flavos et caesios, quos Plautus appellat ravistellos. «Quis» inquit «haec est mulier et ille ravistellus qui venit?»

Rate<s vocantur tigna inter se conligata> quae per aquam agan<tur; **quo quidem vocabulo interdum etiam naves longae significantur. Afranius in Epistula** (131):

..(**18 litt.**).. <per>culsam ratem.

Item.. (**20 litt.**).. <signi>ficarint etiam rem.. (**10 litt.**).. Accius in Neoptolemo (trag. inc. 3):

atque ego reperc<**utio ratibus mare**>,

et alio loco (trag. inc. 4):

sed iam prop<**inquum ratibus sulcan**>tes salum.

(Paul.) Rates vocantur tigna conligata quae per aquam aguntur; quo vocabulo interdum etiam naves significantur.

Radere ge<nas vetitum est in> lege XII (10,4), id est unguibus <**lacerare malas**>.

<*Rabula*> dicitur in multis in<ten>tus neg<otiis paratusque ad ra>dendum quid auferendu<mque, vel est ita dictus> quia acrior sit in nego<tiis agendis, quasi rabiosus> <**calumniator clamosus rabidus**>**.

(Paul.) Rabula dicitur in multis intentus negotiis paratusque ad radendum quid auferendumque, vel quia est in negotiis acrior, quasi rabiosus.

<*Rauduscula porta* appellata qu>od <rudis et inpolita sit relicta, vel quia> aere..(**34 litt.**).. tatum ..(**26 litt.**).. <dici in mancipatione «*raudusculo libram ferito*»> ..(**7 litt.**).. t se li.. (**34 litt.**).. genus.. (**35 litt.**).. enim ..(**34 litt.**).. ci atque ..(**34 litt.**).. nvene ..(**36 litt.**).. s M... (**34 litt.**).. lerio **

(Paul.) Rodusculana porta appellata quod rudis et inpolita sit relicta, vel quia raudo, id est aere, fuerit vincta.

<*Rasores* fidicines appel>labant.. (**30 litt.**)..

RAVI COLORIS. Hincine Gloss. Philox. RA 14 Ravus: κιρρός (χαροπός?), an potius ex 368,2?

RAVISTELLUS. Aliter supra, s. v. Gravastellus (85,23).

RATES. Hincine Gloss. Abol. RA 5 Ratibus: navibus? Cf. Varr. L. L. 7, 23: Ratis dicta navis longa propter remos quod hi, cum per aquam sublati sunt dextra et sinistra, duas rates efficere videntur.. <hinc naviculae cum remis ratariae dicuntur>.

RABULA. Aliter infra, s. v. Ravam (354,15 unde etiam causidicum pugnaciter loquentem rabulam appellabant, ut est apud Lucilium, etc.). Hincine (an ex 354, 15) Gloss. Abol. RA 7 et 12 Rabula: clamosus rabidus, Rabiosus calumniator?

RAUDUSCULANA. Hincine (an ex 320,24) Gloss. Philox. RU 23 Rudus: ῥῶπος, χῶμα καὶ χαλκὸς ἀνέργαστος καὶ γῆς σωρός? M.] vel meminit (ut puta Lucilius meminit). Cf. supra, s. v. Rodus (320.24 vel raudus significat rem rudem et inperfectam.. non modo pro aere imperfecto, ut Lucilius cum ait «plumbi pauxillum rodus linique metaxam», sed etiam signato, quia in mancipando cum dicitur «rudusculo libram ferito» asse tangitur libra). Cf. Varr. L. L. 5, 163: (Porta) Rauduscula, quod aerata fuit: aes raudus dictum; ex eo veteribus in mancipiis scriptum «raudusculo libram ferito».

entur quia <**videntur chordas ictu radere**> ..(**10 litt.**).. artifi **

(Paul.) Rasores fidicines dicti quia videntur cordas ictu radere.

<*Ratitum quadrantem*> Tarqui ..(**32 litt.**).. et Oppius ..(**30 litt.**).. in eo et tri<ente ratis fuerit effigies>, ut navis in as<se. **Unde Lucilius quadrantem**> quoque ratitum ** (1272) :

<quadrantis> ratiti.

Antonius..(**26 litt.**).. trientes putat ..(**23 litt.**) ..<pa>rs assis sit quin ..(**26 litt.**).. nulla sic, sed se ..(**22 litt.**).. <sex>tans, nec hac re ra ..(**24 litt.**).. na ac legionum unam ..(**23 litt.**)..significat quod hi pe..(**18 litt.**).. e ratio cum his putaretur ..(**24 litt.**).. essent.

(Paul.) Ratitum quadrantem dictum putant quod in eo et triente ratis fuerint effigies, ut navis in asse.

Ravim anti<qui dicebant pro raucitate>. Plautus (Aul. 336) :

ubi si quid pos<cam, usque ad ravim pos>cam,

item (Cist. 304) :

experiuravi her<cle omnia ad raucam rav>im,

et in Artemone (8) :

et ..(**10 litt.**)..

<Caeciliu>s in Hypobolimaeo (84) :

prius ..(**18 litt.**).. citam feceris. '

(Paul.) Ravim dicebant pro raucitate ; unde et verbum *ravio*, ravias.

Ratus sum significat putavi ; sed alioqui pro firmo certo ponitur ratus et ratum. Ennius (Ann. 75) :

occiduntur ubi potitur ratus Romulus praedam,

et Accius in Melanippo (432) :

neque ratum est quod dicas neque quae agitas dicendi est locus.

(Paul.) Ratus sum significat putavi, item ratus certus ac firmus.

R duobus in conpluribus orationibus cum de actis disserti (–te ?) cuius etiam (cuiuspiam ?) perscribi solet, id est « *rationum relatarum* », quod his tabulis docentur iudices quae publice data atque accepta sint.

Raviliae (–llae ?) a ravis oculis, quemadmodum a caesiis *caesullae* (Cae– ?).

(Paul.) Raviliae a ravis oculis, quemadmodum a caesiis caesullae.

Ratumenna porta a nomine eius appellata est qui ludicro certamine quadrigis victor clarusci (clari Etrusci ?) generis iuvenis Veis consternatis equis excussus Romae perit ; qui equi feruntur non ante constitisse quam pervenirent in Capitolium conspectumque fictilium quadrigarum quae erant in fastigio Iovis templi, quas faciendas locaverant Romani Veienti cuidam artis figulinae prudenti. Quae bello sunt reciperatae ; quia in furnace adeo creverant ut eximi nequirent, idque prodigium portendere videbatur in qua civitate eae fuissent omnium eam futuram potentissimam.

RATITUM. Cf. Varr. L. L. 5. 44 : Merces.. huic vecturae qui ratibus transibant quadrans ; ab eo Lucilius scripsit « quadrantis ratiti » ; Plin. N. H. 33,45 : Nota aeris eius fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum navis, in triente vero et quadrante rates.

RAVIM. Cf. infra, s. v. Ravam (354,12 vocem.. parum liquidam. proxime canum latratum sonantem.. Plautum qui ait in Aulularia « ubi si quid poscam, usque ad ravim poscam prius », et alibi « expur<i>gabo hercle » inquit « omnia ad raucam ravim »).

RAVIO. Verbum igitur in Artemonis vel in Hypobolimaei versu vel in ambobus quaere. ravias] Immo ravis. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) RA 291 Ravit : pave (rauce ?) loquitur ?

RATUS. Hinc nimirum Gloss. Abol. RA 6 Ratum : certum, firmum ; Gloss. Philox. RA 40-41 Ratum : κύριον, βέβαιον, Ratus : οἰηθείς, λογισάμενος.

RR. Postea haec nota vel ' rerum ' vel ' responderunt ' designavit.

RAVILLAE. Cf. supra, s. v. Rutilium (320,5 antiquae mulieres unde traxerunt cognomina Rutilias, ut indicat frequenter Afranius).

(Paul.) Ratumenna porta a nomine cuiusdam aurigae sic appellata.

Reciperatio est, ut ait Gallus Aelius (13), cum inter populum et reges nationesque et civitates peregrinas lex convenit quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque, resque privatas inter se persequantur.

(Paul.) Reciperatio est cum inter civitates peregrinas lex convenit ut res privatae reddantur singulis recuperenturque.

Reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia *procare* est poscere. Pacuius in Teucro (333) :

rapido reciproco percito augusto (ang–) citare re[c]tem,
reciprocare undaeque gremiis subiectare adfigere,

Plautus in Astraba (12) :

quasi tolleno (–enno ?) aut pilum Graecum reciproceis plana via.

(Paul.) Reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia, procare est poscere ; unde aeque gremiis subiectare adfigere. (!)

Recellere reclinare ; et *excellere* in altum extollere.

(Paul.) Recellere reclinare ; excellere in altum extollere.

Recinium omne vestimentum quadratum [h]i qui XII (10,3) interpretati sunt esse dixerunt, vir (Verrius ?) toga<m qua> mulieres utebantur praetextam clavo purpureo ; unde *reciniati* mimi planipedes. Quam rem diligenter exsequitur Santra lib. II de Antiquitate Verborum.

(Paul.) Recinium omne vestimentum quadratum ; unde reciniati mimi.

Reconduit (?) refecerit, et (ut ?) *condere* urbem facere aedificare, ut Cincius testatur in libro de Verbis Priscis (18).

Ricae et *riculae* vocantur parva ricinia, ut palliola ad usum capitis facta. Gran<ius> (6) quidem ait esse muliebre cingulum capitis quo pro vitta flaminica redimiatur.

(Paul.) Ricae et riculae vocantur parva ricinia, ut palliola ad usum capitis facta.

Rectae appellantur vestimenta virilia quae patres liberis suis conficienda curant ominis causa, ita usurpata quod a stantibus et in altitudinem texuntur.

(Paul.(Rectae appellantur vestimenta virilia quae a stantibus et in altitudinem texuntur.

Remancipatam Gallus Aelius (16) esse ait quae mancipata sit ab eo cui in manum convenerit.

Rienes quos nunc vocamus antiqui *nefrundines* appellabant quia Graeci νεφρούς eos vocant. Plautus in Satyrione (113) :

male tibi evenisse video ; glaber erat tamquam rien.

(Paul. Rienes antiqui vocabant nefrundines quia Graeci eos νεφρούς dicunt. Plautus « glaber erat tamquam rien ».

RECIPROCARE. An in saloque percito rap. rec. etc. ? tollenono **cod.** Cf. infra, s. v. Tolenno (490,3). reciprocas pl. via **Mue.**

PROCARE. Cf. supra, s. v. (251, 11 poscere).

RECELLERE. Cf. supra, s. v. Procellunt <Se> (251,13 procumbunt).

RECINIUM. ric– **Varr.** L. L. 5, 132 (ab reiciendo ric. dictum) ; Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 542,4), etc. Hincine Gloss. Philox. RU 41 Ruminum (ricinium ?) : ἱμάτιον κάτω ἔχον πορφύραν (?)

RECONDUIT. Reconductae fecerit **cod.**

CONDERE. Cf. supra, s. v. (36,6 ; 49,22).

RICAE. Cf. infra, s. v. (368,3).

RECTAE. usurp.] i. e. appellata. Cf. infra, s. v. Regillis Tunicis (364,21).

NEFRUNDINES. Cf. supra, s. v. Nefrondes (156,33 testiculos.. quos Lanuvini appellant nebrundines).

Refriva faba dicitur, ut ait Cincius (29) quoque, quae ad sacrificium referri solet domum ex segete auspici causa ; quasi revocant fruges, ut domum datantes (dit–) ; tevirtico (est εὐεργόν ?) ad rem divinam faciendam. Aelius dubitat an ea sit quae prolata in segete[m] domum referatur an quae *refrigatur,* quod est torreatur. Sed opinionem Cinci adiuvat quod in sacrificis publicis cum puls fabata dis datur, nominatur refriva.

(Paul.) Refriva dicebant quae ex segete causa auspicii domum ad sacrificium referebant.

Remeare redire, ut *commeare* ultro citro ire ; unde *commeatus dari* dicitur, id est tempus quo ire redire qui<s> possit. Ut Afranius in Emancipato (94) :

vetuit me sine mercede (–di ?) prosum pauci[u]s remeare in ludum.

(Paul.) Remeare redire, ut commeare ultro citroque ire ; unde commeatus dari dicitur, id est tempus quo ire 'et redire' qui possit.

Remeligen e s (miligin– ?) et *remorae* memorando (a mor–) dictae sunt in Plauto in Casina (804) :

nam quid illae nunc tam divinitus (diu intus) remorantur remeligines ?,

ab Afranio in Prodito (277) :

remeligo a Laribus missa sum hanc (hunc ?) quae cursum cohib<eam>. .. (**30 litt.**).. non man.. (**32 litt.**).. in no.. (**28 litt.**).. Plaut. Trin. 37) :

<**odioss**>aeque su<nt remoramque faciunt rei privatae et> publi<cae>,

<Lucilius> (965) :

<quaenam vox ex te resonans> meo gr<adu remoram facit ?>

(Paul.) Remeligenes et remorae a morando dictae. Plautus « quid illae nunc tam divinitus remorantur remiligines ? », et Lucilius « quaenam vox ex te resonans meo gradu remoram facit ? »

<*Remurinus ager* > dictus <**quia possessus est a Remo. et habitatio Remi**> Remu<**ria** fuit. Sed etiam locus in Aventino ad sum>mum cu<lmen montis *Remoria* dicitur, quam inde **voci**>tatam a<iunt quod Remus cum Romulo disceptans> de urb<e **condenda fuerit auspicatus**>.. (**10 litt.**).. rum qu.. (**32 litt.**).. testis est ..(**30 litt.**).. iter in uc**

(Paul.) Remurinus ager dictus quia possessus est a Remo, et habitatio Remi Remona. Sed et locus in summo Aventino Remoria dicitur ubi Remus de urbe condenda fuerat auspicatus.

<*Remores*> ** remore ..(**28 litt.**)..

(Paul.) Remores aves in auspicio dicuntur quae acturum aliquid remorari conpellunt.

<*Rima*>*ri* quaere<re **valde, ut in rimis quoque**>.. (**10 litt.**).. :

qui te riman ..(**27 litt.**)...

Ennius lib. XI (?) (366) :

..(**26 litt.**).. utrique.

REFRIGATUR. Cf. supra, s. v. Frigere (80,24 a Graeco venit φρύγειν).

REMEARE. paucius] Paccius **Scal.** : Pausias **Ribb.** Cf. supra. s. v. Me[a]tus (112,9 a meando dictus).

REMELIGINES. Hincine Gloss. Abol. RE 33 Remiligines : remoratrices ? Cf. supra, ad 338,2.

REMURINUS. Remuria] Rem ona **Paul.** Remoria] Cf. Plutarch Rom. 9 : Ῥῶμος δὲ χωρίον τι τοῦ Ἀβεντίνου καρτερὸν, ὃ δι' ἐκεῖνον μὲν ὠνομάσθη Ῥεμώνιον, νῦν δὲ Ῥεμώριον καλεῖται. Cf. Mommsen (Herm. 16, 17) : Herbig (Berl. Phil. Woch. 36,1473) ; Kretschmer (Glotta, 1, 293).

RIMARI. Hincine Gloss. Abol. RI 5-6 Rimari : diligenter exquirere, Rimis : fissuris ? XI] vel XII, XIII, XIIII.

(Paul.) Rimari est valde quaerere, ut in rimis quoque.

Re<millum dicitur quasi repandum>. Lucilius (1303) :

suda.. (**25 litt.**).. remillum,

et Afra<nius> (424) :

<co>xendice pergam ..(21 litt.**).

(Paul.) Remillum dicitur quasi repandum.

<Re>morbescat En<nius> (inc. 37) .. (**18 litt.**).. <in mor>bum reccidat.

(Paul). Remorbescat in morbum reccidat.

R<efutare significat redargue>re. Pacuius in He<r>mi<ona> (190) :

..(**20 litt.**).. quas glorin (?) et **

rietas humanum ..(**10 litt.**) <a fando, versa A> littera in U, <tamquam AU in U mutatum est in> *recludere*.

(Paul.) Refutare redarguere ; compositum a fando, versa A littera in U.

Rena<ncitor>.. (**15 litt.**) <sig>nificare ait rep<rehenderit. Unde adhuc nos> dicimus nanciscitur et <*nactus*, id est adeptus>.

(Paul.) Renancitur significat reprehenderit. Unde adhuc nos dicimus nanciscitur et nactus, id est adeptus.

<Reor> existimo et quaecum<que ab eo declinantur, quorum passiva aucto<**ritas quoque est**>.

(Paul.) Reor existimo et quaecumque ab eo declinantur.

Remulco dicitur cum scaphae remis navis magn>a tra<hitur>.

(Paul.) Remulco est cum scaphae remis navis magna trahitur.

<Rigidum> (**15 litt.**).. <si>gnificat ..(**32 litt.**).. ugido.. (**30 litt.**).. rigido.. (**31 litt.**).. o ferro.

(Paul.) Rigidum et praeter modum. frigidum significat et durum.

<Regifugium dies notatur in fastis a. d.> VI Kal. <Mart.> ..(**23 litt.**)..<dict>us quia <eo die rex Tarquinius fugerit e **Roma**>, quod fal<sum>.. (**29 litt.**).. et Tul.. (**30 litt.**).. t Salios ..(**24 litt.**).. <sacri>ficium in.. (**30 litt.**).. ..noverit .. (**26 litt.**).. <dies ta>les no<tari *Q. R. C. F.*> ..(**16 litt.**).. quando rex <comitiavit fas>.. (**18 litt.**).. cit his.. (**32 litt.**).. nec in ..(**30 litt.**).. <E>truria ..(**28 litt.**).. Kal. Iun. is .. (**25 litt.**).. legi debet cum ..(**23 litt.**).. e nefasto fastus.

(Paul.) Regifugium sacrum dicebant quo die rex Tarquinius fugerit e Roma.

REMILLUM. Apuleiana glossa potius quam Festina videtur gl. Abol. RE 30 Remillo : repando et pronulo.

REFUTARE. Cf. supra, s. v. Futare (79,5 arguere est ; unde et confutare).

RENANCITOR. Cf. supra, s. v. Nancitor (166,29 in XII nactus erit, prenderit ; item in foedere Latino « pecuniam quis nancitor, habeto »).

REOR. passiva] cf. supra, s. v. Ratus Sum (340,23 significat putavi, sed alioqui pro firmo certo ponitur ratus et ratum).

REMULCO. Huncine (an ex 251,3) Gloss. Abba (= Abol.) Remulcant : cum scapha navem ducunt ? Aliter supra, s. v. Promulco (251,3 agi dicitur navis cum scaphae ducitur fune).

RIGIDUM. Cf. infra, s. v. Rigido (362, 19). **Vix** Rigidum id quod addita F frigidum significat, sed Ennius « rigidoque Calore » ait ; quod quasi ' frigido ' ad Graecum φρυγειν, non ῥῖγος referunt. De rigido tamen amne dicit, ut alibi « rigido », id est duro, « ferro ».

REGIFUGIUM. Cf. Merrill (Class. Phil. 19, 33).

Q. R. C. F. Cf. supra, s. v. (310,12 Quandoc rex comitiavit fas in fastis notari solet et hoc videtur significare, quando rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit). legi debet] uterque dies le. de. cum <NP., non N., quod post regis fugam fit> e nef. fa**stus**.

(Fast. Praenest. ad Mart. 24). <Q. R.> C. F. Hunc diem plerique perperam interpretantes putant appellari quod eo die ex comitio fugerit <rex> ; nam neque Tarquinius abiit ex comitio <urbis> et alio quoque mense eadem sacra fiunt.

<*Regia*>.. (**17 litt.**).. quod in fanum a pon<tifice>.. (**17 litt.**).. tant quod in ea sa<c>ra fiunt quaedam a rege sol ita usurpari.

(Paul.) Regia domus ubi rex habitat.

<*Regiae feriae* **dictae videntur** q>uae fiunt fori co<**mitiique lustrandi causa**>.... civitate aliquem ..(**22 litt.**).. <po>testate, sed non ..(**21 litt.**).. um qui homini talis ..(**20 litt.**).. eptus fulguris fit ..(**23 litt.**).. uli quo regiae fe<riae> ..(**16 litt.**)..

<*R*>*eglescit* (–glis– ?) cum dixit <Plautus significat crescit h>oc versu (frag. inc. 40) :

vix super ..(**22 litt.**).. <va>e misero
mihi ac ..(**22 litt.**)..

<U>nde etiam *glires* dicti videntur, quibus corpus pinguitudine adcrescit.

(Paul.) Regiescit apud Plautum significat crescit.

Reapse est re ipsa. Pacuius in Armorum Iudicio (26) :

si no<n> est ingratum reapse quod
feci bene.

(Paul.) Reapse est re ipsa. Pacuvius « si non est ingratum reapse quod feci ».

Regimen pro regimento usurpant poetae. Ennius lib. XVI (423) :

primus senex bradyn (–ys ?) in regimen bellique peritus.

Relegati dicuntur proprie quibus ignominiae aut poenae causa necesse est ab urbe Roma aliove quo loco abesse lege senat[u]ive consulto aut edicto magistratuus, ut etiam Aelius Gallus (14) indicat.

Religiosus est non mod[ic]o deorum sanctitatem magni aestimans sed etiam officiosus adversus homines. Dies autem religiosi quibus nisi quod necesse est nefas habetur facere ; quales sunt sex et triginta *atri* qui appellantur et *Alliensis* atque [h]i quibus *mundus patet.* <Religiosum ait> esse Gallus Aelius (15) quod homini ita facere non liceat ut, si id faciat, contra deorum voluntatem videatur facere. Quo in genere sunt haec : in aedem Bonae Deae virum introire ; adversus mystic[i]a[e] (auspicia ?) legem ad populum ferre ; die nefasto apud praetorem lege agere. Inter *sacrum* autem et *sanctum* et religiosum differentias bellissime refert : sacrum aedificium consecratum deo ; sanctum murum qui sit circum oppidum ; religiosum sepulcrum ubi mortuus sepultus aut humatus sit satis constare ait, sed ita portione (?) quadam et temporibus eadem videri posse. Siquidem quod sacrum est, idem lege aut instituto maiorum sanctum esse puta[n]t <ut> violari id sine poena non possit. Idem religiosum

---

REGIA. Cf. infra, s. v. Regium (362,6). Cf. Serv. auct. Aen. 8, 363 : Domus enim in qua pontifex habitat regia dicitur quod in ea rex sacrificulus habitare consuesset.

REGLISCIT. –gies –**cod.** Cf. supra, s. v. Gliscere (87, 22 crescere est).

REAPSE. Cf. infra, s. v. Requeapse (362,28).

RELEGATI. Senatusve **Reitzenstein** (Verrianische Forschungen 84). magistratuus] . Cf. supra, s. v. Quartarios (312, 24 quaestuus).

RELIGIOSUS. Cf. infra, s. v. (366,19). ita port.] item ratione **Momms.**

ATRI DIES. Cf. supra, s. v. Nonarum (186,26).

ALLIENSIS. alii senes **cod.**

MUNDUS PATET. Cf. supra, s. v. Mundus (126,4 ; 144,14).

SACRUM. Cf. infra, s. v. Sacer (424,14).

SANCTUM. Cf. infra, s. v. (420,7).

quoque esse qui non iam (quoniam ?) sit aliquid quod ibi homini facere non liceat ; quod si faciat, adversus deorum voluntatem videatur facere. Similiter de muro et sepulcro debere observari ut eadem et sacra et sancta et religiosa fiant, sed quomodo [quod] supra expositum est cum de sacro diximus.

Repotia postridie nuptias apud novum maritum cenatur quia quasi reficitur potatio. Pacu[v]ius in Iliona (191) :

ab eo depulsum mamma paedagogandum accipit
repotialis Liber.

(Paul.) Reputia postridie nuptias apud novum maritum cenatur quia quasi reficitur potatio.

Repagula sunt, ut Verrius ait, quae patefaciundi gratia [qua] ita figuntur, ut ex contrario <*oppagula*> quae oppanguntur. Cicero in Verrem lib. IV (94) : « Postea convolsis repagulis effractisque valvis demoliri signum ac vectibus labefactari (-re ?) conantur ». Quae poetae interdum *repages* appellant.

(Paul.) Repagula sunt quae patefaciendi gratia ita fi[n]guntur ut e contrario oppangantur. Haec et repages dicuntur.

Repudium Verrius ait dictum quod fit ob rem pudendam. Accius (682) :

repudio eiecta ab Argis iam dudum exsulo.

(Paul.) Repudium quod fit ob rem pudendam appellatum.

Repedare recedere. Pacuius (400) :

paulum repeda, gnate, a vestibulo gradum.

(Paul.) Repedare recedere.

Repastinari ager is dicitur, ut Verrius existimat, cuius natum (-ura) mutatur fodiendo, cum aut silvester excodicatur aut lapis mollitur frangendo ut fiat pascui (-uus ?) vel pecoribus herba vel hominibus satione. Cato in ea quam scribsit de suis virtutibus contra Thermum (1) : Ego iam a principio in parsimonia atque in duritia atque industria omnem adulescentiam meam abstinui (obstinavi ?) agro colendo saxis Sabinis silicibus repastinandis atque conserendis. Afranius in Repudiato (288) :

repastina serati (sere ut ?) senex
f r ugis · feras .

(Paul.) Repasti<n>ari ager is dicitur cuius natum fodiendo mutatur.

Reluere resolvere repignerare. Caecilius in Carine (105) :

ut aurum et vestem quod matris fuit
reluat, quod viva ipsi oppos<i>uit
pignori.

(Paul). Reluere solvere repignerare.

Resignare antiqui pro rescribere ponebant, ut adhuc *subsignare* dicimus pro subscribere. Cato de spoliis ne figerentur nisi quae de ho<ste capta essent> (1) : <Sed tum ubi i **dimissi** sunt> rev<ertantur resignatis vectigalibus>**

(Paul.) Resignare antiqui dicebant pro rescribere, ut adhuc subsignare dicimus pro subscribere.

<?> ** nar..(**32 litt.**).. requi ..(**30 litt.**).. alia u ..(**30 litt.**).. quod n ..(**30 litt.**).. rebu<s>.. (**30 litt.**) ..indic ..(**30 litt.**).. tertium ..(**30 litt.**).. ranorum ..(**30 litt.**).. positi ..(**30 litt.**).. nisi a.. (**30 litt.**).. vocaba ..(**30 litt.**).. cretum **

<*Resultare* saepe resilire> **sulta ; r .. (**15 litt.**)..

(Paul.) Resultare saepe resilire.

REPOTIA. Hincine Gloss. Philox. RE 169 **Repotia** : ἡ τρίτη τῶν γάμων, ποδοστρόφια (ποτ–?) ?

REPUDIUM. Cf. supra, s. v. Diffarreatio (65, 17).

RELUERE. Cf. supra, s. v. Redivivam (334,4). repign.] Cf. Fraenkel (Herm. 60. 423).

RESIGNARE. Cf. infra, s. v. Resignatum Aes (358,20 [re]signare enim antiqui pro scribere interdum ponebant) ; s. v. Signare (456,35 antiqui eo pro scribere utebantur, unde et subsignare et consignare, etc.).

<*Restibilis ager*> dicitur qui bien<nio continuo seritur *farreo spi*>*co*, id est arist<ato ; quod ne fiat solent qui praedia lo>cant excipere.

(Paul.) Restibilis ager fit qui biennio continuo seritur farreo spico, id est aristato ; quod ne fiat solent qui praedia locant excipere.

<*Reses* **dicitur** ignavus quia> residet. Acciu<s> (696) :

** residuos summ.. (**15 litt.**)..

<Afranius> in Rosa (284) :

praeterea ..(**20 litt.**)..

Pacuius in Arm<or>orum Iudicio (27) :

..(**12 litt.**).. tuque te desider ..(**21 litt.**)..
nos hic esse ma ..(**23 litt.**).

(Paul.) Reses ignavus quia residet.

Resecrare resol<vere religione> ..(**10 litt.**).. reus populum co<mitis oraverat per deos <ut eo periculo li>beraretur, iubebat magi>stratus eum resecr<are>.. ..(**16 litt.**).. se liberarent inst.. (**20 litt.**).. innocensque esset, cau ..(**20 litt.**).. est ne eidem iterum ..(**20 litt.**).. animadvertisti ..(**22 litt.**).. cumque comitia esse.. (**54 litt.**).. t.. (**32 litt.**).. aut ..(**32 litt.**).. iure ..(**33 litt.**).. ut ..(**32 litt.**).. dica ..(**10 litt.**).. <Plautus> (Aul. 684) :

<resecroque, mater, quod du>dum ob-
<secraveram>.

..(**22 litt.**).. ror ..(**30 litt.**)..

(Paul.) Resecrare solvere religione, utique cum reus populum comitiis oraverat per deos ut eo periculo liberaretur, iubebat magistratus eum resecrare. Plautus « resecroque, mater, quod dudum obsecraveram ».

<*R*>*es con*<*perendinata*>.. (**15 litt.**).. <iu>dicium <in diem tertium constitutum>.

(Paul.) Res conperendinata significat iudicium in diem tertium constitutum.

<*Rava*>*m vocem* ..(**12 litt.**).. <raucam vel clausam et> parum <liquidam, proxime canum latratum son>antem ; <unde etiam causidicum pugnacite>r loquen<tem *rabulam* appellabant, ut est apud> Lucilium (1289) :

..(**30 litt.**).. it

ravi ..(**27 litt.**).. elli nisi ..(**25 litt.**).. Plautum, qui <ait in Aulularia> (336) :

<ubi si qui>d poscam, usque <ad
ravim poscam prius>,

<et ali>bi (Cist. 304) : « expur<i>ga <bo hercle » **inquit** « omnia ad rauc<>am ravim ».

(Paul.) Rava vox rauca et parum liquida, proxime canum latratum sonans ; unde etiam causidicus pugnaciter loquens ravilla (–vula).

<*Rosea* in agro Reatino cam>pus appellatur <quod in eo arva rore hu>mida semper ser<v>ent<ur>.

(Paul.) Rosea in agro Reatino campus appellatur quod in eo arva rore humida semper seruntur.

<*Rediculi fanum* extra portam> Capenam Cornifi<cius>.. (**18 litt.**).. <p>ropterea appel<latum esse quia accedens ad

---

RESTIBILIS. Si hinc hausit, male hausit Gloss. Philox. RE 254 Restibulis : ἀγρὸς δὶς τοῦ ἔτους ἀροτριώμενος.

RESECRARE. Cf. supra, s. v. Obsecrare (206,8 est opem a sacris petere).

RAVAM. elli] <ravist>elli **docti**. Cf. supra, s. v. Ravi Coloris (338, 10 quod genus hominum Plautus appellat ravistellos). Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Rava : rauca vel clausa (cf. Isid. Etym. 4, 7, 14 Raucedo.. vocem raucam et clausam reddit) ? Cf. supra, s. v. Ravim (340,18 Plautus « ubi si quid poscam, usque ad ravim poscam », item « experiuravi hercle omnia ad raucam ravim »).

RABULAM. Cf. supra, s. v. (338,21). Hincine an inde gl. corrupta AA (=Abol.) Rabulam : rabiorem (**vel** rabidiorem), multum loquacem ?

ROSEA. serv.] ferunt **Dac.**

REDICULI. Cf. E. Meyer (Herm. 50, 151).

Urbem Hannibal ex eo loco redierit quibus·dam visis perterritus.

(Paul.) Rediculi fanum extra portam Capenam fuit, quia accedens ad Urbem Hannibal ex eo loco redierit quibusdam perterritus visis.

<*Reserari*> ..(**13 litt.**).. t dici ab eo quae de ..(**23 litt.**).. ine patefiant ..(**20 litt.**).. et declusa sint re serata dici : *serae* neque (namque ?) dicantur (–cun– ?) fustes **qui clausis inserun** tur foribus. Pacuius in ** (360) :

** pandite valvas
<removete seras, u>t complectar.

(Paul.) Reserari a sera dictum est.

Remanant reptent (repetunt) Ennius lib. I (69) :

desunt, rivos camposque rem<an>ant.

(Paul.) Remant repetant Ennius « rivos camposque remant ».

Refert cum dicimus errare nos ait Verrius : esse enim rectum ‘ rei fert ’, dativo scilicet non ablativo casu ; sed esse iam usu possessum.

Ridiculus proprie dicitur qui in rebus turpibus ridetur.

(Paul.) Ridiculus qui in rebus turpibus ridetur.

LIBER XVII SEXTI POMPEI FESTI LIBER XVIII.

Rideo, inquit Galba canterio » proverbium est quod Sinnius Capito ita interpretatur, [ni]si qui principio rei alicuius inchoatae deficiunt animo. Sulpicius Galba, cum in provinciam exiens ad portam ipsam canterium suum animadvertisset cecidisse, « rideo » inquit », canteri, te iam lassum esse cum tam longum iter iturus vix id sis ingressus ».

Retricibus (?) cum ait Cato in ea quam scribsit cum edissertavit Fulvi Nobilioris censuram (1), significat aquam eo nomine quae est supra viam Ardeatinam inter lapidem secundum et tertium, qua inrigantur horti infra viam Ardeatinam et Asinariam usque ad Latinam.

(Paul.) Retricibus cum ait Cato, aquam eo nomine significat qua horti inrigantur.

Recepticium servum Cato in suasione legis Voconiae cum ait, significat qui ob vitium redhibitus sit (1) : Ubi irata facta est, servum recepticium sectari atque flagitare virum iubet.

(Paul.) Recepticius servus est qui ob vitium redhibitus est.

Rogat est consulit populum vel petit ab eo ut id sciscat quod ferat ; unde nos quoque in consuetudine habemus pro petere et orare. Cato in dissuasione ne lex Baebia derogaretur ait (1) : Hoc potius agam quod hic rogat.

(Paul). Rogat est consulit populum vel petit ab eo ut id sciscat quod ferat.

Restat pro distat ait Ennius (–um) ponere cum is dicat (Ann. 481) :

impetus (?) haut longe mediis regionibus restat.

RESERARI. Hincine Gloss. Philox. RE 231-232 Reserat : ἀνοίγει. κυρίως μόχλον ἀποίγε(-ωθεῖ ?) ?» Haec supplent docti : ai·t dici ab eo quod de motа sera a ianuae cardine pat. <fores ; inde quae patefacta> et, etc.

SERAE. opponun tur docti. Cf. supra. s. v. Adserere Manum (23.27 unde etiam serae appellantur qui foribus admotae opponuntur defixae postibus, quemadmodum ea quae serrae inserunt).

RECEPTICIUM. Cf. Gell. 17,6, unde discimus ea in lib. II de Obscuris Catonis a Verrio disputata esse.

ROGAT. Cf. supra, s. v. Rogatio (326,17). Nimirum Verrius in libris de Obscuris Catonis hoc loco (ubi sane ‘ rogat ’ nihil nisi ‘ petit et orat ’ significat) Catonis voluerat uti pro occasione de origine verbi ‘ rogare ’ disputandi.

RESTAT. ait] scil. Verrius ?

(Paul.) Restat Ennius posuit pro distat.

Ruri esse, non rure dicendum testis est Terentius in Phormione cum ait (363) :

ruri <fere>
se continebat, ibi agrum de nostro patre.

(Paul.) Ruri esse, non rure dicendum testis est Terentius cum ait « ruri se continebat ».

Religioni est quibusdam *porta Carmentali* egredi et in aede Iani , quae est extra eam, senatum haberi, quod ea egressi sex et trecenti Fabii apud Cremeram omnes interfecti sunt, cum in aede Iani senatus consultum factum esset uti proficiscerentur.

Retiario pugnanti adversus murmillonem cantatur :

non te peto, piscem peto ; quid me fugis, Galle ?

quia murmilionicum (–illo–) genus armaturae Gallicum est ipsique *murmillones* ante *Galli* appellabantur ; in quorum galeis *piscis effigies* inerat. Hoc autem genus pugnae institutum videtur a *Pittaco*, uno ex septem sapientibus, qui adversus Phrynonem dimicaturus propter controversias finium quae erant inter Atticos et Mitylenaeos rete occulte lato inpedivit Phrynonem.

(Paul.) Retiario pugnanti adversus murmillonem cantatur « non te peto, piscem peto ; quid me fugis, Galle ? », quia murmilionicum genus armaturae Gallicum est ipsique murmillones ante Galli appellabantur ; in quorum galeis piscis effigies inerat. Quod genus pugnae institutum est a Pittaco, uno ex septem sapientibus, qui adversus Phrynonem dimicaturus propter controversias finium quae erant inter Atticos et Mytilenaeos rete occulte lato inpedivit Phrynonem.

Resignatum aes dicitur militi cum ob delictum aliquod iussu tribuni militum <ne stipendium ei detur> in tabulas refertur. [Re]*signare* enim antiqui pro scribere interdum ponebant.

(Paul.) Resignatum aes dicitur militi cum ob delictum aliquod iussu tribuni militum ne stipendium ei detur in tabulas refertur. Signare enim dicebant pro scribere.

Rituales nominantur Etruscorum libri in quibus perscribtum est quo ritu condantur urbes, arae aedes sacrentur, qua sanctitate muri, quo iure portae, quomodo tribus curiae centuriae distribuantur exercitus constituant<ur> ordinentur ceteraque eiusmodi ad bellum ac pacem pertinentia.

(Paul.) Rituales nominantur Etruscorum libri in quibus scriptum est quo ritu urbes condantur, arae aedesque sacrentur, curiae tribus et centuriae distribuantur.

Rutilae canes, id est non procul a rubro colore, immolantur, ut ait Ateius Capito (17), *Canario sacrificio* pro frugibus deprecandae saevitiae causa sideris Caniculae.

Religionis praecipuae habetur *censor* <*maiestas*, cuius in libris de Vita P. R.

CARMENTALI PORTA. Cf. infra, s. v. Scelerata Porta (450,8).

RETIARIUS. murmill.] aliter supra, s. v. Murmillonica Scuta (131,5 dicebant cum quibus de muro pugnabant ; erant siquidem ad hoc ipsum apta).

RESIGNATUM AES. Cf. supra, s. v. Dirutum Aere (61,8 militem dicebant antiqui c stipendium ignominiae causa non erat datum).

SIGNARE. Cf. supra, s. v. Resignare (352,4) ; infra, s. v. Signare (456,35).

RUTILAE CANES. Cf. supra, s. v. Catularia Porta (39,13). Can. sacr.] Cf. Serv. auc Geo. 4, 424.

CENSORIS MAIESTAS. M. Fulvius]. Cf. Valer. Max. 4, 2, 1. Q. Fulvius] cf. Liv. 42, 28, 1.

Varro exempla haec profert. M. Fulvius Nobili>or, cum na.. (**31 litt.**).. admodum iam b..(**28 litt.**).. dicta cum iam..(**27 litt.**).. quae inprob ..(**28 litt.**).. re hominis ..(**29 litt.**).. iudicium fieri ..(**19 litt.**)..<A. Postu>mius Q. Ful<vius censores facti, postquam Fulvius duos filios amiserat in Illyrico militantes et propter gravem morbum ocularem .. (**28 litt.**).. libri Sibyllini adirentur>.. (**11 litt.**).. <ut pu>blic[a]e suppli<caretur> ..(**19 litt.**).. Ti. Semproniu<s, cum a Rutilio tr. pl. censoria> fides labefac<taretur> ..(**20 litt.**).. cum esset aedili<s>.. (**23 litt.**).. condempnato ..(**27 litt.**).. co erant concre..(**25 litt.**).. L. Aemili Pauli ae.. (**24 litt.**).. fuit, laboravit ..(**25 litt.**).. amissione capit<is>.. (**22 litt.**).. et P. Corneli Sc<ipionis Nasicae, cui collega P>opilius, post cons<u**lem qui fratrem vidit**>.. (**7 litt.**).. fuit vadatus ..(**27 litt.**).. constat. M. Vale<rius Messalla C. Cassius Lon>ginus censores, q<uod in eorum magistratu subversa pudicitia fuerat, famosi i(?) ..(**15 litt.**).. <palmam quae>in Capitolio in ara <ipsa Iovis Optimi Maximi bello Per>sico nata fuerat iu ..(**22 litt.**).. tam ficum, infamesque <fecisse illos qui sine> ullo pudicitiae respe<ctu fuerant censores>. L. Corneli Lentuli C. <Censorini sequitur censura>. Lentulus iudicio pub<lico repetundarum dampnatus>fuerat ; plurimi itaq<ue>.. (**44 litt.**).. <P. Africani> L. Mummi <censura>.. (**16 litt.**).. <segniti>ae in agen<do>.. (**16 litt.**).. <Asellum nul>la soluta poe<na ex aeraris exemit>.. (**11 litt.**).. severitate.. (**28 litt.**).. et Q. Fulvi No<bilioris et eius collegae Ap. Claudi Pulc>ri fuit no<bilissima censura>.. (**10 litt.**).. viribus notis.. (**14 litt.**).. <Q. Pompei et Q. C>aecili Metelli <Macedonici censura lectus> senatus ad sum<mum senatores amoti sunt> tres et eo lu<**mine qui aliorum offunderent**> claritatem.

<*Redinunt* significat redeunt>. Ennius (Ann. 475) :

** <re>dinunt.

In <**aliis scriptoribus** *inunt*, id es>t eunt, *ferinunt*, id est feriunt, *nequinunt*, id est nequeun>t.

(Paul.) Redinunt redeunt.

Regium est <quod aut est aut fuit regis>, ut servus <**regius et domus regia, quae fuit olim**> Numae Pompili ..(**16 litt.**).. <*Regale* **est** di>gnum rege.

(Paul.) Regium est quod aut est aut fuit regis. Regale est dignum rege.

<*Re*– ?)> ..(**22 litt.**).. s appellat Enni<us> (Ann. 356) :

Rutilio] Cf. Valer. Max. 6. 5. 3. Popilius] P. Opilius **cod.** (ut videtur). palmam] cf. Plin. N. H. 17. 244 : Romae in Capitolio in ara Iovis bello Persei enata palma.. tempestatibus prostrata eodem loco ficus enata est M. Messalae C. Cassii censorum lustro, a quo tempore pudicitiam subversam Piso gravis auctor prodidit.

Censorini]. Cf. Valer. Max. 6. 9. 10 : L. Lentulus consularis lege Caecilia repetundarum crimine oppressus censor cum L. Censorino creatus est.

Asellum]. Cf. Cic. Orat. 2, 268.

REDINUNT. Cf. supra, s. v. Nequinont (160,3 pro nequeunt, ut solinunt ferinunt pro solent et feriunt, dicebant antiqui) ; s. v. Explenunt (70,3).

INUNT. Hincine Gloss. Philox. IN2 In<un>t : πορεύονται ?

REGIUM. Hucine redit gl. obscura Abol. RE 68 Redius verna : praeco ? Cf. supra, s. v. Regia (346,37). Hausit ex Festo Isidorus (Diff. 1, 491) : Regium est ipsius regis, regale dignum rege : sic et regia domus in qua est, regalis rege digna. Cf. Gloss. AA (= Abol. ?) Regalem : summum, quasi rege dignum, Regius : qui de rege nascitur vel a rege derivativus.

RE– Cf. infra, s. v. Sos (388,2 pro eos antiqui dicebant, ut Ennius.. lib. XI « contendunt Graecos, Graios memorare solent sos », An .. Remum et Romulum Graeco..s ? Cf. Krets-

<contendunt Grae>cos, Grai<os> memo<rare solent sos>
<**una usos** li>ngua longos per <**temporis tractus**>,

<**et postea**> (Ann. 503) :

Hispane, non Ro<mane memoretis loqui me>.

<Gra>ecum Romulus ur<bi nomen dedit, quippe qui non Lat>in[a]e locutus sit ..(**25 litt.**).. gentis fuerit ..(**25 litt.**) .. nione mutata ..(**21 litt.**).. <ind>icat origo eius ..(**22 litt.**).. <u>surpatio.

« *Rigido* <**que Calore** » **idem**>*Ennius iocatus* videtur <**dixisse in VIII Anna**>li (523). Est enim am[a]nis no<**men, quo satis obscu**>re usus est. Et lib. II (143) <**cum ait « per Cael**> i caerula prata », Cae<**lium montem dicit**.>

Et alibi (524) :

inde Parum ..(**18 litt.**).. ulabant ;

Parum insulam refert. Item (525) :

unum (–us) [u]surum Surus ferre, tamen defendere possunt ;

suri autem sunt fustes, et hypocoristicos *surculi*.

Requeapse. Scipio Africanus, Paulli filius, cum pro aede Castoris dixit, hac conpositione usus est, « quibus de hominibus ego saepe atque in multis locis opera factis consiliis reque eapse [saepe] bene meritus siem », id est et re ipsa.

(Paul.) Reque eapse re ipsa.

Respublicas multarum civitatum pluraliter dixit C. Gracchus in ea quam conscripsit de lege Penni et peregrinis, cum ait : Eae nationes cum aliis rebus per avaritiam atque stultitiam res publicas suas amiserunt.

« *Recto fronte* ceteros sequi si norit » Cato in dissertatione consulatus (25). Antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque (Ann. 178) « a stirpe supremo » et (Ann. 55) « Ilia dia nepos » et (Ann. 68) « lupus feta » et (trag. 387) « nulli metus ». Etiam in commentariis sacrorum pontificalium frequenter est hic ovis et haec agnus ac porcus ; quae non ut vitia sed ut antiquam consuetudinem testantia debemus accipere.

Recipie apud Catonem (inc. 56) pro recipiam ut alia eiusmodi complura.

(Paul.) Recipie recipiam.

Redemptitavere item ut clamitavere Cato idem in ea qua egit de signis et tabulis (1 « honorem [temptavere] » ait, « liber facta benefactis non redemptitavere »

(Paul.) Redemptitavere ut clamitavere

Repulsior secunda conlatione dixit Cato i ea quae est contra Cornelium apud popu

---

clmer (Glotta 1, 303). **An** <Romanos priscos Graeco>s ? Cf. Class. Quart. 21,81. cont. Puta praecessisse ' Historici Romanos fuisse '. Cf. etiam, s. v. Stirpem (412, 21). postea Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 110).

RIGIDO. Cf. supra, s. v., 346, 18. Rig.que Cal. cum ait Enn. ioc. vid. ; male id accipiunt vehementi **Heraeus** (Rh. Mus. 79, 271). In. Par. caute procedere se simulabat **Heraeus**. viabant **Bergk**., **puta** In. Par. nimium lassati errore viabant.

SURI. Cf. infra, s. v. Surum (382,25 dicebant, ex quo surculus.. Ennius « unus s>urum surus <ferre, tamen defende>re possent).

REQUEAPSE. Cf. supra, s. v. Reapse (348,14 est reipsa).

RESPUBLICAS. Resp. (per compendium) **cod**.

RECTO FRONTE. Cf. supra, s. v. Corius (53,1). stirpe] Cf. infra, s. v. Stirpem (412,13 ovis] Cf. supra, s. v. Ovem (213,4). agnus] Cf. supra, s. v. (6,8 apud maiores commun erat generis, sicut et lupus).

RECIPIE. alia] Cf. supra, s. v. Attinge (24,20) ; s. v. Dice (63,18) ; s. v. Ostende (220,

RECTIS. ut etiam] Cf. supra, s. v. Rectae (342,30).

REPULSIOR. Vide supra, ad Falsius et Falsior (81,28).

lum (1) : Ecquis incultior religiosior desertior, publicis negotis repulsior ?

(Paul.) Repulsior Cato dixit conparative a repulso.

Ratissima quoque ab {h}is quae rata dicimus, unde etiam *rationes* dictae. Cato in Q. Thermum (1) : Erga rempublicam multa beneficii ratissima atque gratissima.

(Paul.) Ratissima quoque ab his quae dicimus rata ; unde etiam rationes dictae.

Regillis tunicis albis et reticulis luteis utrisque <re>*ctis* textis susum versum a stantibus pridie nuptiarum diem virgines indutae cubitum ibant ominis causa, ut etiam in togis virilibus dandis observari solet.

Rapi simulatur virgo ex gremio matris aut, si ea non est, ex proxima necessitudine cum ad virum traditur, quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit.

(Paul.) Rapi simulatur virgo ex gremio matris aut, si ea non est, ex proxima necessitudine cum ad virum traditur, quod videlicet ea res feliciter Romulo cessit.

Rapi solet fax qua praelucente nova nupta deducta est ab utri<u>sque amicis, ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte ponat aut vir in sepulcro conburendam curet ; quo utroque mors propinqua alterius utrius captari putatur.

(Paul.) Rapi solet fax qua praelucente nova nupta deducta est ab utrisque amicis, ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte ponat aut vir in sepulchro conburendam curet ; quo utroque mors propinqua alterutrius captari putatur.

Ritus est mos conprobatus in administrandis sacrificiis. *Receptus mos* est quem sua sponte civitas alienum adscivit.

(Paul.) Receptus mos est quem sua sponte civitas alienum adscivit.

Religiosi dicuntur qui faciendarum praetermittendarumque rerum divinarum secundum morem civitatis dilectum habent nec se superstitionibus inplicant.

Renovativum fulgur vocatur cum ex aliquo fulgure functio fieri coepit, si factum est simile fulgur quod idem significet.

Referri diem prodictam, id est anteferri, religiosum est, ut ait Veranius in eo qui est Auspiciorum de Comitiis (1) idque exemplo conprobat L. Iuli et P. Licini censorum, qui id fecerint sine ullo decreto augurum, et ob id lustrum parum felix fuerit.

Regalia exta appellantur quae potentibus insperatum honorem pollicentur, privatis et humilioribus hereditates, filio familiae dominationem.

(Paul.) Regalia exta appellabant quae potentibus insperatum pollicebantur honorem, humilioribus hereditates, filio familiae dominationem.

Respicere avem est in auspicando, unde quis avem prospexit, cum eodem revertitur.

Religiosum ac sacrum est ut templa omnia atque aedes, quae etiam *sacratae* dicuntur ; ad (at) quod per se religiosum est non

---

RITUS (et Religiosi). Coniunge cum 146,3 Mos. Cf. supra, s. v. (336,28).

RELIGIOSI. Cf. supra, s. v. (348,22) ; infra, s. v. (366,19). Cf. Macrob. 3, 3, 10 : Secundum Pompeium Festum religiosi sunt qui facienda et vitanda discernunt.

RENOVATIVUM FULGUR. Cf. supra, s. v. Adtestata Fulgora (11,10). Vide etiam ad Fulguritum (82,8).

REFERRI. cens.] a. 90 a. Chr.

REGALIA EXTA. Cf. supra, s. v. Muta Exta (146,35). Aliena sunt ea quae commemorat Seneca (Nat. 2, 49,2) regalia fulgura.

RESPICERE AVEM. Cf. infra, s. v. Respici Avis (368,11). Et vide supra ad Caelestia Auguria (56,16).

RELIGIOSUM AC SACRUM. Cf. supra, s. v. Religiosus (348,33).

utile (–ique) <sacrum est, ut sepulcra>, quod ea non <sacra sed religiosa sunt>.

Reus cum pro u<troque ponatur> ..(**8 litt.**).. nius in eo qu<em>..(**9 litt.**)..<scribsit, qui aut di>cit pro se a<ut contra te agit, uterque iuramen>to tuo uti p<otest>.

<*Rosci* homines appella>ri solent in <omnibus perfecti artibus quod Roscius> comoedus in <sua arte unus tam perfectus fuit ut ei>nihil deesset ..(**15 litt.**).. <ut lib. I> (130) de Oratore ai<t M. Tullius>.

(Paul.) Rosci appellabantur in omnibus perfecti artibus quod Roscus (!) quidam perfectus unus in arte sua, id est comoedia, iudicatus sit.

<*Rustica Vinalia*> mense Augu<sto> ..(**21 litt.**).. quod eodem ille ..(**22 litt.**).. est iumenta ..(**19 litt.**).. <quia> omnes horti in <tutela Veneris esse putantur>.

Raucos appella<tos> ..(**10 litt.**).. <a *ravi*, id est> ab ariditate fa<ucium, sive a similitudine quadam spi>carum aristae ; in sp<icis enim flava fru>menta *rava* appel<lari> ..(**16 litt.**).. docet.

Rica est v<estimentum quadratum> fimbriatum purp<ureum quo flaminicae pro> palliolo mitra i.. (**20 litt.**).. existimat. Titi<us autem ait quod ex lana fiat> sucida alba vest<imentum dici ricam, idque esse> triplex, quod conf<iciant virgines inge>nuae patrimae m<atrimae cives ; quod confec>tum lavetur aqua pe<renni et tingendo fiat caeru>leum.

(Paul.) Rica est vestimentum quadratum fimbriatum purpureum quo flaminicae pro palliolo utebantur. Alii dicunt quod ex lana fiat sucida alba, quod conficiunt virgines ingenuae patrimae matrimae cives et inficiatur caeruleo colore.

Respici avis ..(**20 litt.**).. ficio, quasi finis imp.. (**16 litt.**).. comitia perfecta sum ..(**13 litt.**).. sacer dotes suo more alisque ..(**10 litt.**).. <religio>nem luci in quo sacra fa<c> ..(**13 litt.**).. <ca>latoribus ingeniculato (in gen. ?) ..(**14 litt.**).. vinum in caput infun<debatur sollemni cum pre>catione.

REUS. Cf. supra, s. v. (336,4). <ut ait Sin>nius **vel** <ut Vera>nius (13) **docti.** Cf. Reitzenstein (Verrianische Forschungen 49).

RUSTICA VINALIA. Cf. supra, s. v. (322, 14 appellantur mense Augusto XIV Kal. Sept. <quo die primum in Urbem vinum deferunt>, Iovis dies festus.. eodem autem die Veneri templa sunt consecrata.. quia in eius deae tutela sunt horti). Haec supplent docti : iumenta<que et olitores ab opere cessant, quia>, etc. Cf. Varr. L. L. 6, 16 : Vinalia a vino ; hic dies Iovis, non Veneris.. in Tusculanis hortis est scriptum « vinum novum ne vehatur in urbem ante quam Vinalia kalentur » ; 6, 20 : Vinalia Rustica dicuntur ante diem XIV Kalendas Septembres, quod tum Veneri dedicata aedes et horti ei deae dicantur ac tum sunt feriati olitores ; R. R. 1, 1, 6 : Venerem .. cuius procuratio hortorum, quo nomine Rustica Vinalia instituta ; ap. Plin. N. H. 14, 88 : M. Varro auctor est Mezentium Etruriae regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede quod tum in Latino agro fuisset.

RAUCOS. Cf. supra, s. v. Ravam Vocem (354,12) ; Ravim (340,17 antiqui dicebant pro raucitate). Hincine gl. corrupta Affatim (= Abol.) Raves (= is ?) : fauces aperens (arentes ?) ?

RAVA. Cf. supra, s. v. Ravi Coloris (338,7). Hincine Gloss. Philox. RA 44 Ravus : καρπός ?

RICA. Cf. supra, s. v. (342,27). Cf. Varr. L. L. 5, 130 : Rica ab ritu, quod Romano ritu sacrificium feminae cum faciunt capita velant ; mitra et reliqua fere in capite postea addita cum vocabulis Graecis. Hincine Gl. Abba (= Abol. ?) Rica : mitrae genus ?

RESPICI AVIS. Cf. supra, s. v. Respicere Avem (366,17 est in auspicando, unde quis avem prospexit, cum eodem revertitur). Haec supplent docti : Resp. av. tum dicitur cum peracto sacri<>ficio qu. fi. imp<etratus est>. Et initio sequentis loci ponunt vel <REPETERE AUSPICIUM> vel <ROMANUS AGER>. Cf. supra, s. v. Romanus Ager (326,16).

Remisso <*exercitu*>.. (**36 litt.**).. <m>issus est in ..(**23 litt.**).. iubetur quod ..(**23 litt.**).. stum est exer c .. **21** litt.).. ut cum opus sit ..(**23 litt.**).. re possit, nam .. (**23 litt.**).. in perpetuum .. **24** litt.).. untur. ut ait ..(**25 litt.**).. cio quas po ..(**20 litt.**).. se cures habitae ..(**22** litt.).. esse ait Antis<tius Labeo> (18).. (**14 litt.**).. oque lege signi<fic>**

<?> ** <auspi>cando dicitur, ut <ait idem Labeo in libro de> Officio Augu<rum>.. (**18 litt.**).. o in consilio fa<ci> ..(**14 litt.**).. <quo>libet loco pullis ..(**21 litt.**).. ium facit auspi<cium> ..(**18 litt.**).. lit intra pome<rium>.. (**13 litt.**).. <tem>plo consistit.

Re<*pertum*> ..(**11 litt.**).. <qu>od amissum recipe<re contigit, quasi 'repartum' et> reparatum.

(Paul.) Repertum dicitur quasi repartum et reparatum.

Rictus, <*rixae, rixosi, ringitur* d>ici videntur quia <in diversum rumpantur> contrariaque sint <*recto* ; quod vocabulum a> regendo, ut commo<d> ..(**20 litt.**).. <d>ictum videri po<test>.

(Paul.) Rictus, rixae, rixiosi, ringitur dici videntur quia in diversum rumpantur contrariaque sint recto; quod vocabulum dictum videtur a regendo.

II

EX GLOSSARIIS ET SCHOLIIS.

22 (Gloss. Amplon. II) *Ramusculários* : qui ramulum unum tenent, id est qui conducunt a fisco et tenent quasi portiunculam quandam ipsius teloni.

S

I. EX CODICE FESTI

<?> ..(**18 litt.**).. <in Salia>ri carmine ap ..(**13 litt.**).. e sopia (*sodia* ?) pro sedilibus di ..(**13 litt.**).. <solia ad>huc in consuetudi<ne>.

<*Susque deque* frequ>ens est pro plus minusve ..(**19 litt.**).. <qu>od antiqui susque dice<bant pro et sursum>.

(Paul.) Susque deque significat plus minusve.

<*So*>*nivio* significat in car<min> ..(**17 litt.**).. <a>ugurali sonanti.

(Paul.) Sonivio sonanti.

<*Sine sacris hereditas*> in proverbio dici solet <**cum aliquid obvenerit**> sine ulla incommodi appendice, quod olim sacra non solum publica curiosissime administrabant sed etiam privata, relictusque

---

REMISSO EXERCITU. Haec fere supplent docti : Remisso exercitu simul etiam augur, quo consul in bello u sus est in auspicando, una discedere iubetur, quod tunc llo discedente in stum est exer citum etiam esse remissum ; ita tamen ut, cum opus sit, augurem consul denuo ad se posce re possit. Nam consules et censores non in perpeuum auguribus praesentibus ut untur, ut ait... sed in re gerenda sunt iis in auspi cio quos po poscerint augures. A quo prius se cures habitae sint, eum et in augure legendo priorem> esse.

RAMUSCULARIOS. Ultima vox ('teloni') suspicionem movet. Ex libro de Officio Proconsulis hausit Gloss. Philox. AR 4 A ramulariis : ἀπὸ τῶν ἀντεπιτρόπων.

SODIA (?). Cf. infra. s. v. Solia (386, 1 appellantur sedilia..a solo).Cf. Serv. Aen. 7, 169 : Solium .. secundum Asprum per antistoichon.. quasi 'sodium', a sedendo. Supple si libet : li vorum. Sunt regum solia ad huc. SUSQUE DEQUE. Haec supplent docti : Proprie est sursum deorsum qu>od.

SONIVIO. Hunc adiectivum (sed quem adiectivi casum non constat) repperit in scriptore antiquo ps.-Plac. Cf. infra. s. v. Sonivium Tripudium (382,10).

SINE SACRIS HEREDITAS. A Verrio citatum esse Plautum crede (Capt. 775 : Trin. 484).

heres sic<ut> pecuniae etiam sacrorum erat, ut ea diligentissime administrare esset necessarium.

Suppum antiqui dicebant quem nunc supinum dicimus ex Graeco, videlicet pro adspiratione ponentes *<S>litteram*; ut cum idem ὕλας dicunt et nos *silvas*, item ἕξ *sex* et ἑπτά *septem*. Eius vocabuli meminit etiam Luci<li>us (1297):

si vero das quod rogat et si suggeri<s> suppus.

(Paul.) Suppum antiqui dicebant quem nunc supinum dicimus.

Sempronia horrea qui locus dicitur in eo fuerunt lege Gracchi ad custodiam frumenti publici.

Statua est ludi eius qui, quondam fulmine ictus in Circo, sepultus est in Ianiculo; cuius ossa postea ex prodigis oraculorumque responsis senatus decreto intra Urbem relata in Volcanali, quod est supra Comitium, obruta sunt; superque ea columna cum ipsius effigie posita est.

Servilius lacus appellabatur <ab> eo qui eum faciendum curaverat in principio vici Iugari, continens basilicae Iuliae; in quo loco fuit effigies hydrae posita a M. Agrippa.

(Paul.) Servilius lacus Romae a conditore vocatus.

Sonticum morbum in XII (2,2) significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa. Quem nonnulli putant esse qui noceat, quod *sonte<s>* significat nocentes. Naevius ait (com. 128):

sonticam esse oportet causam quam ob rem perdas mulierem.

(Paul.) Sonticum iustum. Naevius « sonticam esse oportet causam quamobrem perdas mulierem ».

Sacram viam quidam appellatam esse existimant quod in ea foedus ictum sit inter Romulum ac Tatium. Quidam quod eo itinere utantur sacerdotes idulium sacrorum conficiendorum causa. Itaque ne eatenus quidem, ut vulgus opinatur, sacra appellanda est a Regia ad domum Regis sacrificuli, sed etiam a Regis domo ad sacellum Streniae et rusus a Regia usque in arcem. Nec <Sacramviam> appellari debere ait Verrius, sed disiuncte ut caeteras vias, Flaminiam Appiam Latinam, ut ne Novamviam quidem sed *Novam viam*.

(Paul.) Sacra via in urbe Roma appellatur quod in ea foedus ictum sit inter Romulum ac Tatium.

Scita plebei appellantur ea quae pleps suo suffragio sine patribus iussit plebeio magistratu rogante.

SUPPUS. Immo suppes scripsit Lucilius (cf. Aristoph. Lysistr. 229), id quod Festus in alio loco dixisse videtur, siquidem Festina est gl. Abol. SU 69 Suppes : supinipes, id est supinis pedibus (quacum iunge SU 10 Suggerit : ministrat). Inter gl. Festinas in Vat. 1469 est Suppes est qui sola concava non habet (quam aut pro altera eius vocabuli interpretatione a Festo data habeo aut pro Festina interpretatione male intellecta).

S LITTERAM. Cf. infra, s. v. Semis (374, 19 ἑπτά septem, ὕλαι silvae); Serpsit (474,2).

SONTICUM. Cf. supra, s. v. Insons (99,15) : infra, s. v. Sontica Causa (464,28 dicitur a morbo sontico, etc.). Hinc (vel inde) Gloss. Philox. SO 54-55 Sontes : αἴτιοι, ὑπεύθυνοι, βλαβεροί, Sonticus : ἀληθής (unde Gloss. Abav. SO 27 et 29); Gloss. Abol. SO 14 Sontes : rei nocentes.

SACRAM VIAM. Cf. Varr. L. L. 6, 47 : Hinc oritur caput Sacrae viae ab Streniae sacello quae pertinet in arcem, qua sacra quotquot mensibus feruntur in arcem et per quam augures ex arce profecti solent inaugurare ; huius Sacrae viae pars haec sola volgo nota quae est a foro eunti primore clivo.

SCITA PLEBEI. Cf. supra, s. v. Populi Commune Suffragium (264,17) ; s. v. Scitum Populi (442,28).

Solitaurilia hostiarum trium diversi generis immolationem significant, tauri arietis verris, quod omnes eae solidi integrique sint corporis ; contra aci ** (contrari boves ?) verbices maialesque ; quia *sollum* Osce totum et solidum significat. Unde tela quaedam *solliferria* vocantur tota ferrea, et homo bonarum artium *sollers*, et quae nulla parte laxata cavaque sunt *solida* nominantur. Atque harum hostiarum omnium inviolati sunt *tauri*, quae pars scilicet caeditur in castratione. Sunt quidem qui putent ex tribus hostiis praecipue nomen inclusum cum solido tauri, quae amplissima sit earum. Quidam dixerunt omnium trium vocabula confixa (–fusa ?), suis ovis tauri, adeffecisse id quod uno modo appellarentur universae <*suovetaurilia*>. Quod si a sollo et tauris earum hostiarum ductum est nomen antiquae consuetudinis, per unum L enuntiari non est mirum, quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo ; quam consuetudinem Ennius mutavisse fertur, utpote Graecus Graeco more usus, quod illi aeque scribentes ac legentes duplicabant mutas semi<vocales et liquidas>.

(Paul.) Solitaurilia hostiarum trium diversi generis inmolationem significant, tauri arietis verris, quod omnes eae solidi integrique sunt corporis. Sollum enim lingua Oscorum significat totum et solidum. Unde tela quaedam solli ferrea vocantur, tota ferrea, et homo bonarum artium sollers, et quae nulla parte laxata cavaque sunt solida nominantur.

<*Socordi*>*am* quidam <**idem valere atque** ignaviam **dicunt**> ; M. Cato pro <stultitia posuit Originum lib.> VII cum ait (15) « ..(**22 litt.**).. <ob in>mensam ti<miditatem et socordiam causa erat> ne quid neg<oti publici> ..(**12 litt.**).. <gere>retur. Conposi<tum autem videtur ex *se*,> quod est sine, <et corde> **

(Paul.) Socordiam quidam pro ignavia posuerunt ; Cato pro stultitia posuit. Conpositum autem videtur ex si, quod est sine, et corde.

Semis, *semodi*<*us*, *semuncia* qua ra>tione ex Grae<co trahuntur etiam alia quae S> litteram pro <adspiratione eorum>.. (**7 litt.**).. habent, ut <ἑπτά septem, ὗλαι> *silvae*, sic <ista ab eo quod **illi** ἥμι>συ dicunt qui ..(**13 litt.**).. <declinata sunt>.

(Paul.) Semis, semodius, semuncia ex Graeco trahuntur, sicut et alia nonnulla quae S litteram pro adspiratione eorum habent, ut ἑπτά septem, ὗλαι silvae. Sic ista ab eo quod illi dicunt ἥμισυ declinata sunt.

Sublicium pon<*tem*> .. (**20 litt.**) .. appellatum esse <a *sublicis*>.. (**10 litt.**).. <vo>cabulo Volsco<rum, quo appellant tigna> in latitudinem <extensa ; unde

---

SOLITAURILIA. Huc, ni fallor, redit Gloss. Corp. (=Abol.) S 681 Suovetaurilia : sacra sunt de tribus animalibus, sue ove tauro (unde ausus sum suov. addere) ; Charis. 108,27 K. (139, 5 B.) Suovetaurilia quidam putant dicenda a victimis, sue ove tauro ; sed Valgius de Rebus per Epistulam Quaesitis solitaurilia dicta ait esse a solis maribus ; tauri autem nomen pro omnibus maribus sumptum esse. Cf. infra, s. v. Sollo (384, 29).

Solliferria] Cf. Schulten (Rhein. Mus. 66, 579). ||adeff.] Mira forma. ||geminab. litt.] Vid. ad Anus (5, 35 quoniam antiqui non geminabant consonantes) ; s. v. Mutas et Semivocales (148,24 antiqui non duplicabant in scribendo).

SOCORDIAM. Hincine Gloss. Abol. SO 7 ; 19 Socordia : stultitia, neglegentia ?

SE. Cf. infra, s. v. Sed (453,9 pro sine inveniuntur posuisse antiqui).

SEMIS. Cf. supra, s. v. Suppum (370,22) ; Serpsit (474,2).

SUBLICIUM. Hinc Gloss. Abol. SU 55 Sublicius fons : quia inter eius materiem aqua subliquitur.

pontem non a<liter Formiani vocant> ..(**16 litt.**.).. librorum q<uae ab aliis auctoribus> *sublices* vocan<tur. Quidam quod sub eo> aqua liquens <**labatur sublicium dictum putant**>, in qua opini<one fuit>.. (**19 litt.**).. Et meminit s..(**12 litt.**).. <Naevius>, qui ait in Belli Punici libro< (61) :

..(**10 litt.**).. quam liquidum ..(**23 litt.**).. amnem,

et aliub<i> :

.. (**21 litt.**).. mem retinet s..(**24 litt.**).. Sallustius libro qua<rto Historiarum **dicit**> (85) : Ne inrumiendi (–rumpe–?) p<ontis>.. (**17 litt.**).. sublicibus cavata .. ..(**19 litt.**).. sent.

Supervacaneum, ut <videtur, se>cludit Verrius ab v<**acuo**> ..(**40 litt.**).. <t> antummodo ..(**27 litt.**).. n sit fami<**liae, quod autem inutile**, super>vacaneum **

(Paul.) Supervacaneum supervacuum.

<*Strufertarios* appellabant> antiqui ..(**15 litt.**) ..<ho>mines con<ductos mercede qui ad> arbores ful<guritas noxarum com>missarum <causa sacrificia quaedam> e *strue* et <*ferto* solennibus verbis f>aciunt ..(**20 litt.**).. ret uti mihi..(**20 litt.**).. ullo etiam ..(**20 litt.**). s fertario.

(Paul.) Scrufertarios dicebant qui quaedam sacrificia ad arbores fulguritas faciebant, a ferto scilicet quodam sacrificii genere.

Suberies arboris genus< ex qua cortex <natatorius extrahitur>. Lucilius (1302) :

..(**19 litt.**).. ti hibernacu **

<*Silicernium* dicitur cena fu>nebris quam <Graeci περίδειπνον v>ocant, sed ..(**12 litt.**).. <V>errius existi<mat cibi genus q>uod nos farci<men dicimus, quo purgabatur f>letu[m] familia, <**ita** dici quia, cuius n>omine ea res <instituebatur, i>s iam silentium <cerneret. Caecilius Ob>olostate (122) :

cre<didi silicernium eiu>s me esse esurum **

(Paul) Silicernium erat genus farciminis quo fletu familia purgabatur. Dictum autem silicernium quia, cuius nomine ea res instituebatur, is iam silentium cerneret. Caecilius « credidi silicernium eius me esse esurum ».

<*Sudum* Verrius ai>t significare sub<udum ; sed auctor um omnium fere <exempla poscunt ut sud>us siccum significet. <Itaque sudum quasi ‘ se-

---

SUBLICES. Hinc nimirum Gloss. Philox-SU 48 Subliges : καταπῆγες οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες.‖ liquens]. Cf. supra, s. v. Liquitur (104,3 labitur, fluit).‖ S<ublicii pontis Naevius> **docti** ; sed cf. Cichorius (Röm. Stud. 54).

STRUFERTARIOS. Cf. Act. Arv. ferto] Cf. supra, s v. (75,17). Cave suppleas ex Gloss. Abol. SC 38, siquidem duae ibi glossae Festinae conflatae esse videntur; Scrufertarii : ... <Scrutarii :> viles atque contempti. Cf. infra, in parte ii, s. v. Scrutarii; supra, s. v. Ferctum (75,17 genus libi.. nec sine strue, altero genere libi, quae qui adferebant struferctarii appellabantur).

SUBERIES. Cf. infra, s. v. Suber (418,23 ac suberies qua natabant in thermis). Supple ex Isidoro, Etym. 17, 7, 27 (Suberies arbor ex qua viridissimus cortex natatorius extrahitur : et ideo appellata suberies, eo quod fructus eius sues edunt ; porcorum enim sunt alimenta, non hominum ; et dicta suberies quasi ‘ subedies ’), siquidem credis eum ex Festo hausisse.

SILICERNIUM. Cf. Varr. Men. 303 (ap. Non, 48,6) : Funus exequiatis laute ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus, id est περίδειπνον. Ex alione Festi loco miram etymologiam (quasi ‘ se-lucerna ’) sumpsit Gloss. Philox. SI 36 Silicernium : περίδειπνον, λύχνους γὰρ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις ?

SUDUM. Utrum Gloss. Abol. SU 64 revera sit Abol. (ex Festo) an Abstr. (ex Schol. Vergil.) vix liquet, Sudum : serenum post pluviam (- Gloss. Abstr. SU 43) dicitur a sudore

udum ', id est sine udo ; ut *securus* sine cura>.

(Paul.) Sudum siccum, quasi seudum, id est sine udo. Securus sine cura.

Sublesta antiqui dicebant infirma et tenuia. Plautus in Persa (347) :

ad paupertatem si immigrant infamiae,
gravior paupertas fit, fides sublestior,

id est infirmior. Idem in Nervolaria (98) « vinum » ait « sublestissimum », quia infirmos faciat vel corpore vel animo.

(Paul.) Sublesta infirma et tenuia. Plautus « gravior paupertas fit, fides sublestior », id est infirmior. Idem « vinum » ait « sublestissimum », quia infirmos faciat vel corpore vel animo.

Satur et *vir* et † caro non habent †. *Supellectilis* recto casu et *senis* ratione dicebantur ; quae nunc contraria videntur esse finitioni <pro>portionis, qua omnia vocabula X littera finita per declinationes obliquorum casuum syllabam accipiunt. Haec autem duo desciverunt ab ea, ut alta compium (alia complura ?) quae non ideo infirmare debent praeceptum.

Scurrae vocabulum Verrius ineptissime aut ex Graeco tractum ait quod est σκυρθάζειν (?) aut a sequendo, cui magis adsentitur, quod et tenuioris fortunae homines et ceteri alioqui qui honoris gratia prosequerentur quempiam non antecedere sed sequi sint soliti ; quia videlicet dicat Lucilius (1138) :

Cornelius Publius noster
Scipiadas † dicto tempus quae intorquet in ipsum
otii et deliciis luci effictae † atque cinaedo et
sectatori adeo ipsi (–se) suo, quo rectius dicas.
ibat forte domum : sequimur multi atque frequentes,

cum secutos videri velit ob eorum iurgia, non ob adsuetum officium.

Secus Valgius putat ex Graeco quod est ἑκάς dictum. Absurde scilicet ; significat enim aperte aliter, <*hau secus* non aliter>, exemplis omnium fere qui eam vocem usurpant.

(Paul.) Secus aliter ; hau secus non aliter.

Stipem esse nummum signatum testimonio est et de eo quae (quod) datur *stipendium* militi et cum spondetur pecunia, quod *stipulari* dicitur.

(Paul.) Stipem esse nummum signatum testimonio est et de eo quod datur in stipendium militi et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur.

Sobrinus est, ut ait Gallus Aelius (21), patris mei consobrini filius et matris meae consobrinae filius. Femina isdem de causis appellat fratrem et fratrem patruelem et consobrinum et propius [con]sobrino et sobrina (-num ?). Idem gradus in sobrina quoque sunt.

(Paul.) Sobrinus est patris mei consobrini filius et matris meae consobrinae filius.

---

humoris, vel quasi semiudum vel siccum, id est sine dubio (uvido ?). Cf. Serv. auct. Geo. 4, 77 ; Serv. et Serv. auct. Aen. 8, 529 (sudum est quasi subudum.. alii sudum semiudum volunt dici).

SATUR. non hab. ‹ἀναλογίαν› **Mue.** Cf. Priscian. I p. 378, 11 ; Prob. 11, 2 ; Consent. 364,2 ; Charis. 183, 8.

SUPELLECTILIS. finitionis proportioni **Mue.**

SCURRAE. σκυρθ.] i. e. σκυθράζειν ?

STIPEM. Cf. infra, s. v. (412,9).

SOBRINUS. Cf. supra, s. v. Propius Sobrino (260,25 mihi est consobrini mei filius et consobrinae meae filius et patris mei consobrinus et matris meae consobrinus).

Sororium tigillum appellatur hac de causa : ex conventione Tulli Hostili regis et Metti Fufitii(–fet–) ducis Albanorum trigemini Horati et Cur<i>ati cum dimicassent ut victores sequeretur imperium, et Horatius noster exsuperasset victo<r>que domum reverteretur, obvia soror cognita morte sponsi sui fratris manu occisi aversata est eius osculum. Quo nomine Horatius interfecit eam, et quamquam a patre absolutus sceleri (–ris ?) erat, accusatus tamen parricidi apud duumviros dampnatusque provocavit ad populum. Cuius iudicio victor duo tigilla tertio superiecto, quae pater eius constituerat, velut sub iugum missus subit consecratisque ibi aris Iunoni Sororiae et Iano Curiatio liberatus omni noxia sceleris est auguriis adprobantibus. Ex quo sororium id tigillum est appellatum.

(Paul.) Sororium tigillum appellabatur locus sacer in honore Iunonis quem Horatius quidam statuerat causa sororis a se interfectae ob suam expiationem.

Sororia<r>e mammae dicuntur puellarum cum primum tumescunt, ut *fraterculare* puerorum. Plautus in Frivolaria d.. (**10 litt.**).. (85).

<tunc>papillae pri<mulum.
fraterculabant, illud>volui dicere,
so<roriabant. quid> opus est verbi<s> ?**

(Paul.) Sororiare mammae dicuntur puellarum cum primum tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plautus « tunc papillae primum sororiabant ». Illud voluit dicere, fraterculabant. (!)

<*Suregit*> et *sortus* (?) ant<iqui ponebant pro surrexit> et eius parti<cipio, quasi sit ' surrectus ', qui>bus L. Liviu<s frequenter usus> est.

(Paul.) Suregit et sortus pro surrexit et, quasi possit fieri, ' surrectus ' frequenter posuit Livius.

Sors et <patrimonium signifi>cat, unde *con<sortes* **dicimus**> et dei[s] resp<onsum et quod cuique> accidit in so<rtiendo>.

(Paul.) Sors et patrimonium significat, unde consortes dicimus, et dei responsum et quod cuique accidit in sortiendo.

<*Soracum*> quo ornamen<ta portantur scaeni>corum Plau<tus in Persa> (392) :

<libro>rum eccillum <habeo **plenum** soracum>.

(Paul.) Soracum est quo ornamenta portantur scenicorum.

Sobrium vicum <dictum putant> ..(**6 litt.**).. et Aelius quod i<n eo nullus tabernae> locus neque caup<onae fuerit,> ali quod in eo M<ercurio lacte, non> vino solitum <sit supplicari>.

(Paul.) Sobrium vicum Romae dictum putatur vel quod in eo nulla taberna fuerit vel quod in eo Mercurio lacte, non vino supplicabatur.

<*Soni*>*vium tripu*<*dium*>.. (**10 litt.**)..

SORORIUM TIGILLUM. Haec suo loco (propter homoeon ?) praetermissa (et, ni fallor, in margine suppleta) infra, post Subsilles, exhibet Paul. Iterum recurrit infra, s. v. Tigillum Sororium (502,10). Cf. Otto (Rhein. Mus. 64, 466). subit] i. e. subiit.

SORORIARE. Cf. supra, s. v. Fratrare (80,21 puerorum mammae dicuntur cum primum tumescunt quod velut fratres pares oriuntur, quod etiam in frumento spica facere dicitur). Vide igitur ne illud sor. ioci causa a Plauto fictum sit.

SUREGIT. An praes. histor. ? Cf. infra, s. v. Suremit (382,34 sumpsit).

SORS. Cf. supra, s. v. Disertiones (63,20 divisiones patrimoniorum inter consortes).

SORACUS, masc. gen. (cf. Class. Quart. 7,118) voluisse Festum, Paulum male intellexisse crede. Cf. Pollux 10,20 : Σώρακος τὸ ἀγγεῖον ἐν ᾧ τὰ σκεύη τῶν ὑποκριτῶν.

SONIVIUM. Cf. supra, s. v. Puls (284,23 potissimum datur pullis in auspiciis quia ex ea

<Appius> Pulcher quod sonet cum pullo exci dit plus (puls ?) quadr **upedive** >.

<*Sons* > nocens, ut ex e odem verbo insons in>nocens.

(Paul.) Sons nocens, insons innocens.

Sodalis <quidam dictos esse pu>tant quod una s<ederent et essent>, alii quod ex suo d<atis vesci soliti essent>, alii quod inter se <invicem suade>rent quod utile ess<et. |**Idem solent**> crebro *cong<er r a e* vocar<i, a Graeco> vocabulo quod est g<erra **ita dicti**>.

(Paul). Sodales dicti quod una sederent et essent, vel quod ex suo datis vesci soliti sint, vel quod inter se invicem suaderent quod utile esset.

Sodes si audes, uti *sis* <pro si vis et *ilico*> pro in loco. Terentius <in Andria> (85) :

<dic> sodes, quis heri Chry<sidem habuit ?>

(Paul.) Sodes si audes, uti sis pro si vis et ilico pro in loco. Terentius in Andria « dic sodes, quis heri Chrysidem habuit ? ».

Surum dicebant ex quo <*surculus* per deminutionem factus in>usu est. Plau<tus>** (frag. inc. 41) :

non est tibi ..(**13 litt.**).. um,

item :

nam qui.. (**14 litt.**).. |icus surculis.. (**15 litt.**).. rum, tum poli.. (**16 litt.**).. aut as s ulae.

<**Item** Ennius> (Ann. 525) :

<unus s>urum Surus <ferre, tamen defende>re possent.

(Paul.) Surum dicebant ex quo per deminutionem fit surculus. Ennius « unus surus surum ferret, tamen defendere possent.

<*Suremit* sumpsit>. (Liv. Odys. 34) :

<inque> manum su<remit hastam>,

<**et alib**>i :

surempsit <**puerum**>

<pro> pue<rum> sustule<rit>.

(Paul.) Suremit sumpsit. « Inque manu suremit hastam ». Surempsit sustulerit.

< « *Scyrium, non Syr*>*ium* » dixit ..(**17 litt.**).. s est quod cum ..(**12 litt.**).. <**Alb**> ucio nobilissi.. (**17 litt.**).. atque ob eam ..(**15 litt.**).. issimus semper ..(**16 litt.**).. instituit cum ..(**17 litt.**).. imus sumere ..(**17 litt.**).. ipso dignior ..(**10 litt.**).. <Σκύριον> καὶ οὐκέτι Σύ<ριον> ..(**14 litt.**).. t. Quod simon ..(**18 litt.**).. item nonnum<**quam**> ..(**11 litt.**).. a Socratem quae ..(**17 litt.**).. rat in librum ..(**13 litt.**).. inscripserat Scy<rium>.. (**11 litt.**).. gratia id appel<la>.. (**8 litt.**)..

---

necesse est aliquid decidere quod tripudium faciat); s. v. Sonivio (370,12 significat in carmine ... augurali sonanti).

SONS. Cf. supra, s. v. Sonticum Morbum (372,5 quod sontes significat nocentes).

INSONS. Cf. supra, s. v. (99, 15).

SODALIS. Hincine Gloss. Abol. SO 1 Sodales : <una> sedentes ?

CONGERRAE. Cf. supra. s. v. <Con>gerrones (35, 15 leves et inepti a cratibus dicti... quas Graeci γέρρας appellant).

SODES. Cf. supra, s. v. Cumulter (44,1 significat cum altero, dictum ab antiquis ita brevitatis causa, ut sodes pro si audes, scilicet pro scire licet, sis pro si vis) ; infra. s. v. Sultis (462,5).

SURUM. Cf. supra, s. v. Crebrisuro (51,21 apud Ennium significat vallum crebris suris, id est palis, munitum) ; s. v. Rigido (362,26 Ennius iocatus... item « unus surum Surus ferre, tamen defendere possunt » ; suri autem sunt frustes et hypocoristicos surculi). Vel hinc vel illinc Gloss. AA (=Abol.) Surus : surculus.

SCYRIUM NON SYRIUM. An <Alb>ucio nobilissi<mo viro Graecis dedito> atque ob eam <causam ei infest>issimus ? | Simon<ides> vel si mon <usset> **docti**.

.<*Summ*>*ussi* dicebantur <murmuratores>. Naevius (trag. 63) « odi » inquit « summussos, pro>inde aperte dice<quid sit quod> times ». Ennius in sexto <Annalium> (182) :

<i>ntus in occulto mussa<bat>,

<item rursu>s in Andromacha (94) « di ..(**8 litt.**).. on est, nam *mussare* si ** s in A<na>gnorizomene (Iuvent. 1) :

qúod potes sile cela oc<culta> tege tace mussa mane.

(Paul.) Summussi murmuratores. Naevius « odi » inquit « summussos, proinde aperte dice quid sit ». Terentius mussare pro tacere posuit cum ait : sile cela occulta tege tace mussa ».

Sum pro eum usus est Ennius lib. I (Ann. 98) :

at tu (?) non ut sum summa<m> servare decet rem,

et lib. II (131) :

at sese sum quae dederat in luminis oras.

(Paul.) Sum pro eum usus est Ennius.

Sollo Osce dicitur id quod nos totum vocamus. Lucilius (1318) :

[s]uasa quoque omnino dirimit non sollo dupundi,

id est non tota. Item Livius *sollicuria* in omni re curiosa, et *solliferreum* (34, 14, 11) genus teli totum ferreum. *Sollers* etiam in omni re prudens, et *sollemne* quod omnibus annis praestari debet.

(Paul.) Sollo Osce dicitur id quod nos totum vocamus. Livius solliferreùm genus teli, id est totum ferreum. Sollers etiam in omni re prudens, et sollemne quod omnibus annis praestari debet.

Solia appellantur sedilia in quibus non plures singulis possint sedere, ideoque *soliar sternere* dicuntur qui sellisternium habent, et *sol*<*i*>*aria* vocantur Babylonica quibus eadem sternuntur. Quae, ut ait Verrius, omnia ducta sunt <a> solo. Alvei quoque lavandi gratia instituti quo singuli descendunt solia dicuntur, quae a s[c]e[n]dendo potius dicta videntur quam a solo.

(Paul.) Solla sedilia in quibus singuli tantum possunt sedere ; ideoque soliar sternere dicuntur qui sellisternium habent, et solaria vocantur Babylonica quibus eadem sternuntur.

Sollistimum Ap. Pulcher in Auguralis Disciplinae lib. I ait esse tripudium quod aut (avi) excidit ex eo quod illa fert, saxumve solidum aut arbos viviradix ruit quae nec prae vitio hum[an]i caedanturve iacianturve pellanturve.

Solum terram Ennius lib. III (Ann. 150) :

Tarquinio dedit imperium simul et sola regni,

et aliubi (Ann. 455) :

SUMMUSSI. Annalium] potius quam Annali. Cf. Vahlen. in ed. Enn. praef. p. LXVI. Androm.] vide ne versus exciderit. Hinc Gloss. Abol. SU 60 Submussi [m] : murmurantes timide. Fortasse etiam Gloss. AA (=Abol.) Summussim : clam, occulte. Cf. supra, s. v. Mussare (131.9 murmurare Ennius « in occulto mussabat » ; vulgo vero pro tacere dicitur, ut idem Ennius « non decet mussare bonos »).

SUM. Cf. infra, s. v. Sos (386.32 pro eos antiqui dicebant, ut Ennius). Hinc, ni fallor, gl. corrupta AA (=Abol.) Sum : panem (pro eum).

SOLLO. Cf. supra, s. v. Solitaurilia (372,27 sollum Osce totum et solidum significat ; unde tela quaedam solliferria vocantur tota ferrea et homo bonarum artium sollers).

SOLIA. Solla **cod.** alvei] Hincine Gloss. Philox. SO 26 Solium : ἐμβάτης ? quae] **vel** Quae. Cf. infra, s. v. Seliquastra (460,1 sedilia antiqui generis appellantur, D littera in L conversa, ut etiam in sella factum est et subsellio et solio quae non minus a sedendo dicta sunt) ; supra, s. v. Sodia (?) (370,7).

SOLLISTIMUM. humani] humanave vi **Aug.**

sed sola terrarum postquam permensa parumper.

(Paul.) Solum terram.

Solea, ut ait Verrius, est non solum ea quae solo pedis subicitur sed etiam genus piscis, etiam> per (pro ?) materia robustea super quam paries craticius extruitur.

(Paul.) Solea vel ea dicitur quae solo pedis subicitur vel genus piscis vel materia robustea super quam paries craticius extruitur.

Solox lana crassa et pecus quod passim pascitur non tectum. Titinius in Barbato (3) :

ego ab lana soloci ad purpuram data,

et Lucilius (1246) :

pastali pecore ac montano hirto atque soloce.

(Paul.) Solox lana crassa vel pecus lana contextum. Titinnius « lana soloci ad purpuram data » et Lucilius « pastali pecore ac montano hirto atque soloce ».

Sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius lib. I (22) :

constitit inde loci propter sos dea (dia) diarum (dea-),

et lib. III (151) :

circum sos quae sunt magnae gentes opulentae,

lib. VII (256) :

dum censent terrere minis, hortantur <i>be sos,

lib. XI (356) :

contendunt Graecos, Graios memorare solent sos.

Interdum pro suos ponebant, ut cum per dativum casum idem Ennius effert (Ann. 149) :

postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquid.

(Paul.) Sos pro eos antiqui dicebant, ut Ennius « constitit inde loci propter sos dea diarum ». Sos interdum pro suos ponebant ; per dativum casum idem Ennius effert « postquam lumina sis oculis », pro suis.

Sultis si voltis Plautus in Frivolaria (80) :

sequimini me hac sultis, legiones omnes Lavernae,

et in Rudente (820) :

curate haec sultis magna diligentia,

Cato pro L. Caesetio (1) : Audite sultis, milites, si quis vestrum in bello superfuerit, si quis non invenerit pecuniam, egebit.

(Paul.) Sultis si vultis Plautus « sequimini me hac sultis », et Cato « audite sultis, milites ».

Solari sine praepositione dixisse antiquos testis est Pacuvius cum ait (365) :

solatur auxiliatur hortaturque me.

Solatum genus morbi maxime a rusticantibus dicitur, cuius meminit etiam Afrani<u>s (425) :

** arquato me dem.. (**13 litt.**).. <ver>-tigine.

(Paul.) Solatum morbi genus.

Solipu<ga (?) genus bestiolae> maleficae quo<d acrius concitatiusque> fit fervore so<lis ; unde etiam nomen> traxit.

(Paul.) Solipugna genus bestiolae maleficae quod acrius concitatiusque

---

SOLOX. Hinc Gloss. Philox. SO 43 Solox : ἔριον παχύ. Si gl. Abol. SA 17 (Solocoribus velleribus : crassis et asperis) revera glossarii Abol. est (nam testimonium idoneum deest), vel Apuleiana potest esse (non Festina) vel ex alio Festi capitulo provenire. pastali] Cf. supra, s. v. Pastales (280, 13).

SOS. Cf. supra, s. v. Sum (384,25 pro eum usus est Ennius). Enn. Ann. 356] Cf. supra, s. v. Romanos (362,10). pro suos] Cf. supra, s. v. Callim (41,6 antiqui dicebant pro clam, ut nis pro nobis, sam pro suam, im pro eum).

SULTIS. Cf. infra, s. v. (462,5 si voltis significat).

SOLIPUGA. i. q. salpuga Cf. Holder (Altcelt. Sprachsch. 2. 1330), s. v. Salpuga. Hinc Gloss. Philox. SO 37 Solipuga : ἡλιοκεντρὶς μυίας εἶδος.

fit fervore solis ; unde etiam nomen traxit.

Sosp<es>.. (**14 litt.**).. omnes fe[r]re auc<tores> ..(**10 litt.**).. Afranius in Ep<istola> (132) :

<te sospitem> servent tuis,

<Vergilius lib. VIII Aeneid.> (470) :

maxime Teu<crorum ductor, quo sospite> numquam,

Enn<ius> ..(**15 litt.**).. (trag. 386) :

parentem et pa<**triam, di, servate**> sospitem,

Acc<ius>.. (**14 litt.**).. (695) :

rite ad patri ..(**17 litt.**).. set.

Ennius vid<etur servatorem signi>ficare cum dix<it> (Ann. 590) :

..(**14 litt.**).. liber.

Ceterum *s<ospitare>* ..(**7 litt.**).. ait esse bona spe <adficere aut bonam> spem non falle<re>.

(Paul.) Sospes salvus. Ennius tamen sospitem pro servatore posuit. Sospitare est bona spe adficere aut bonam spem non fallere.

<Succrotilla> tenuis diceba<tur et alta vox>. Titinnius in ..(**9 litt.**).. (171) :

<feminina> fabulare succro<tilla vocula>.

<Afra>nius in Epistol<a> (126) :

..(**8 litt.**).. <succro>tilla voce serio.

<Plautus in de>scribendis mulie<rum cruribus> gracilibus in Sym.. (Cist. 408) :

<cum extertis> talis, cum todellis cr<usculis>,
<bel>le, quae non pedibus <valerent>.

(Paul.). Succrotilla vox tenuis et alta. Titinnius « feminina fabula succrotilla vocula ».

<Su>cula est machinae <genus> .. (**8 litt.**).. materiae et foratae ..(**8 litt.**).. quam ut uber scrofae <porculi circum>stant sic versant.. (**11 litt.**).. fune vol<v>unt. Eodem nom<ine **etiam**> stellas quinque d<icunt, **proprie Vergilias**, quas a plu>via Hyadas Grae<ci. **Forsitan** exi>stimantes a subus <**dici saeculo parum** el>oquenti dixerint <eas Suculas>.

<Su>ccingulum ap<pellabant antiqui b>alteum. Plautus (Men. 200) :

<ab Hippolyta succingu>lum Herculis (–les) <aeque magno ne> utiquam abstu<lit periculo>.

(Paul.) Succingulum balteum.

<Sucerda>e stercus su<illum>.. (**14 litt.**).. us « simus (fi- ?) <sucerdae ». Titinnius (178) :

<q>uid habes nisi <unam arcam sine cla>vi ? eo condis <sucerdas>.

<**Sicut a su**>e suc[c]erda <**ita ab ove ovicerda**> « homo opicer<da> (ovi–).. (**17 litt.**).. inem, quem sol.. (**17 litt.**).. it.

(Paul.) Sucerda stercus suillum. Titinnius « quid habes nisi unam arcam sine clavi ? eo condis sucerdas ».

SOSPES. liber] **An** <erit te sospite> li. ? Cf. infra, s. v. Sispitem Iunonem (462, 3). Hincine Gloss. Abol. SO3 Sospes : salvus ? Haec supplent docti : Sos<pes significat apud> om. fere auc. <salvum. Sic> Afr., etc.

SUCCROTILLA. Plaut.] Cf. infra, s. v. Todi (480,22 sunt aviculae crure gracili, quarum meminit Plautus in Sy<ra> « cum extortis talis, cum todillis crusculis) ; supra, s. v. Crocotillum (46,6 valde exile Plautus « extortis talis cum crocotillis crusculis). **Fort.** <crotillis crusculis », quamquam alii dicunt « cum> todellis cr. ».

SUCULA. Hincine Gloss. Abol. SU 73 Sucula : Hyadas Graece, Virgilias ? Haec fere supplent docti : Suc. est ma. <genus teretis> mat. et for. <ac crassae>.. versant<esque ductario> fu. Cf. infra, s. v. Ὕαδες (516,13).

SUCERDA. Hinc Gloss. SU 109, SO 10 Sucerda : χοιρεία κόπρος. ἀφόδευμα ὑός. Gloss. AA (=Abol.) Sucerdae : stercus suillum. Etiam gl. corrupta Abba (=Abol.) Sucerda : stercus <suillum, ut ovicerda stercus> ovile. Cf. supra, s. v. Muscerdas (132,7 stercus murum). Apud Nonium est (175,15) : Lucilius.. « tabulisque fimo atque sucerdis ».

(Paul.) *Sciscito* sententiam dico.]

Suburanam .. (**16 litt**..).. am Succisanam (–cus– ?) ..(**16 litt**..).. unt ex nomine ..(**16 litt**.).. mimam illam quoque ..(**13 litt**.).. Suc>cusanam dictam.. (**18 litt**.).. uratum esse ..(**18 litt**.).. pagi Succusa<ni>.. (**14 litt**..).. exercerentur.

Succidanea hostia a ppellatur quae secundo loco caedit>ur quod quasi <sub priore caedatur ; quidam a suc cedendo, non a succi>dendo dictam <putant>.

(Paul.) Succidanea hostia dicebatur quae secundo loco caedebatur, scilicet sic appellata a succedendo.

<*Suggillatum*> dici existimant <ex Graeco> ..(**7 litt**.).. quod ea pars quae <est sub oculo κ>ύλον ab iis dicitur.

(Paul.) Suggillatum dicitur ex Graeco quod ea pars quae est sub collo (!) κύλον ab eis dicitur.

<*Sycophantas* q>uidam ex hac causa <appellatos dicunt>. Atticos quondam <iuvenes solito>s aiunt in hortos..(**11 litt**..).. inrumpere ficosque <deligere. Quam o>b causam lege factum, qui id fecisset, capite (–tal ?) esset ei. Quam poenam qui persequerentur ob parvola detrimenta sycophantas appellatos.

(Paul.) Sycophantas appellatos hac de causa dicunt. Atticos quondam iuvenes solitos aiunt in hortos inrumpere ficosque deligere. Quam ob causam lege est constitutum ut, qui id fecisset, capite truncaretur, Quam poenam qui persequerentur ob parvola detrimenta sycophantas appellatos.

Sulci appellantur qua aratrum ducitur vel sationis faciendae causa vel urbis condendae, vel fossura rectis lateribus ubi arbores serantur. Fulmen quoque, qua eius vestigium, similiter appellatur. Quod vocabulum quidam ex Graeco fictum, quia illi dicant ὁλκόν.

(Paul.) Solcus dictus a Graeco, qui ab illis ὁλκός appellatur.

Suasum colos appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus (Truc. 271) :

quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulam.

Quidam autem legunt *insuaso* ; nec desunt qui dicant omnem colorem qui fiat inficiendo suasum vocari, quod quasi persuadetur in alium ex albo transire.

(Paul.) Suasum color appellatur qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo. Plautus « suaso infe-

---

SCISCITO. vix huc pertinet. Cf. supra, s. v. Niquis Scivit (184,12 sciscito significat sententiam dicito).

SUBURANAM. Cf. infra, s. v. Suburam (402,5 Verrius alio libro a pago Succusano dictam ait). Cf. Varro L. L. 5, 48 : Subura Iunius scribit ab eo quod fuerit sub antiqua urbe ; cui testimonium potest esse quod subest ei loco qui terreus murus vocatur ; sed ego a pago potius Succusano dictam puto Succusam. <nam etiam> nunc scribitur <SUC.> tertia littera C, non B ; pagus Succusanus quod succurrit Carinis. Haec supplent docti in fine : Succusa<ni in quo milites> exerc.

SUCCIDANEA. Hincine Gloss. Abol. SU 62 Succedaneum : successorem ? Cf. supra, s. v. Praecidanea Agna (250,11 vocabatur quae ante alias caedebatur). Cf. Gell. 4, 6 5-7 : Succidaneae autem hostiae dicuntur.. quia prioribus iam caesis luendi piaculi gratia subdebantur et succidebantur.. eadem autem ratione verbi praecidaneae quoque hostiae dicuntur quae ante sacrificia sollemnia pridie caedebantur.

SULCI. fulm.] Cf. infra, s. v. Trisulcum Fulgur (480, 10). Cf. Thulin (Arch. lat. Lex. 14, 386).

SUASUM. insuaso] Vera lectio ; nam allitteratio placet, prosodia 'tibi' displicet. Cf. supra, s. v. (99,6 appellabant colorem similem luteo qui fiebat ex fumoso stillicidio).

cisti propudiosa pallulam ». Sunt qui omnem colorem suasum velint appellare quod quasi persuadetur in alium ex albo transire.

Saltum Gallus Aelius lib. II Significationum quae ad Ius Pertinent ita definit (3) : Saltus est ubi silvae et pastiones sunt, quarum causa casae quoque ; si qua particula in eo saltu pastorum aut custodum causa aratur, ea res non peremit nomen saltui<s> ; non magis quam fundi qui est in agro culto et eius causa habet aedificium, si qua particula in eo habet silvam.

Superescit significat supererit. Ennius (Ann. 494) :

dum quidem unus homo Romanus toga superescit,

et Accius in Chrysippo (266) :

quin hinc superescit Spartam atque Amyclas trado ?

Sed per se *super* significat quidem supra, ut cum dicimus : Super illum cedit. Verum ponitur etiam pro de Graeca consuetudine, ut illi dicunt ὑπέρ. Plautus in Milite Glorioso (1212):

mea opera super hac vicina qua<m> ego nunc concilio tibi,

in Phasmate (Most. 727) :

ehe<m vix> tandem percipio super rebus nostris loqui te,

Pacuius in Medo (237) :

qua super re interfectum esse Hippotem dixisti ?

Cato contra Annium (1) « nemo antea fecit super tali re cum hoc magistratu utique rem ».

Afranius in Virgine (343) :

alis de rebus in qua coepisti super.

(Paul.) Superescit supererit. Ennius « dum quidem unus homo Romae superescit ».

Supercilium dicitur quod supra *cilium* sit, id est integimentum oculi superius.

Sub iugum mitti dicunt<ur> hostes victi ereptis omnibus armis telisque, cum hastis defixis duabus in terra tertiaque ad summum earum deligata specie Iani iubentur subeuntes transire.

(Paul.) Sub iugum mitti dicuntur hostes cum duabus hastis in terra defixis tertiaque super ligata inermes sub eas coguntur transire.

Subices Ennius in Achille pro subiectis posuit cum dixit nubes (2) :

per ego deum <sublimas> subices umidas ; inde (un– ?) oritur imber sonitu saevo, spiritu.

(Paul.) Subices Ennius pro subiectis posuit.

Superstites testes praesentes significat ; cuius rei testimonium est quod « superstitibus praesentibus » i inter quos controversia est vindicias sumere iubentur. Plautus in Artemone (6) :

nunc mihi licet quidvis loqui : nemo hic adest superstes.

Volgari quidem consuetudine<[m] ponit<ur pro is qui restent> superque sint c<um dicuntur superstites> liberi parentibu<s> ..(**11 litt.**).. « quamobrem p.. (**16 litt.**).. do, quamquam od ..(**15 litt.**).. velim ».

(Paul.) Superstites antiquitus appellati sunt testes.

SUPERESCIT. Hincine gl. corrupta Philox. SU 24 Superstit (–rescit) : περίεστιν ? Cf. supra, s. v. Escit (68,1 erit).

SUPERCILIUM. Cf. supra, s. v. Cilium (37,24 est folliculum quo oculus tegitur ; unde fit supercilium).

SUB IUGUM MITTI. Cf. supra, s. v. Iugum (92,18).

SUPERSTITES. Cf. Isid. Etym. 18,15,8 : Testes antiquitus superstites dicebantur eo quod super statum causae proferebantur ; nunc parte ablata nominis testes vocari ; Serv. Aen. 3, 339 : Superstes praesentem significat, ut Cicero in Mureniana (26) « suis utrisque superstitibus », id est praesentibus.

Su perraganea aris vo catur ab au gu- ribus quae ex sum`mo cacumin e vocem emisit, quia> quasi in altiss<imis superque omnia vagatur ap pellata .

(Paul.) Supervaganea dicebatur ab auguribus avis quae ex summo cacumine vocem emisisset, dicta ita quia supra omnia vagatur aut canit.

<*Supercilia* *Iunonis tut elae* **attribuisse putan** tur muliere s quod his prote- gan>tur oculi, per q<uos luce fruimur> quam tribuat I<uno ; **unde**>.. (**10 litt.**).. *Lucina* quoque <**appellata est**>.

(Paul.) Supercilia in Iunonis tutela esse putabant quod his protegantur oculi, per quos luce fruimur quam tribuere putabant Iunonem ; unde et Lucina dicta est.

Sup>pernati dicu<ntur quibus femi>na sunt succisa <in modum suilla>rum pernarum. <Ennius> ..(**10 litt.**).. (Ann. 286):

is pernas succ<idit iniqua superbia> Poeni,

et Catu<llus> ..(**10 litt.**).. (17, 19) :

<in> fossa Liguri ia<cet suppernata se>curi.

(Paul.) Suppernati dicuntur quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum. Ennius « his pernas succidit iniqua superbia Poeni ».

Sup[p]<remum modo significat> summum, ut.. (**20 litt.**).. (trag. inc. 39) :

sup[p]reme bel ..(**16 litt.**).. potens,

Plautus (Pseud. 16) :

<me antidhac supre>mum habuisti sem<**per**> (comitem ?) <consiliis> tuis.

Alias extrem<um significat, ut> in legibus XII (1,9) « solis < occasus diei supre>- ma tempestas esto ».. (**12 litt.**).. « crimine necte tuo ».. (**14 litt.**).. « ab illo sepeliri die l.. (**10 litt.**).. « et quasi supremo lo ..(**13 litt.**).. tempora voltu ». Cato (inc. 36) d.. (**11 litt.**).. « lentis numquam cui- q<uam> ..(**15 litt.**).. <sup>remam advoca<tionem ». Alias pr>o maximo cum duas <oves et triginta bo>ves sup[p]remam mul<tam> ..(**12 litt.**)..

Subsidium dice<batur cum post proeli>entes (–ant–) subside<bant ut cedenti lab>entique aciei <auxilio essent, quod> genus militum <erat *triariorum*> qui emeruerant <iusta stipendia et> tamen retine<bantur in castris>. Quae erat ter<tia **acies militantiu**>m, ut Plautus <in Frivolaria> (82) :

agite nunc, sub<s>i<dite omnes, quasi sol>et triarius.

Si<mili modo dicti *prae>sidiari* ante eos <qui in secundo loco e>rant aut in ali<**o loco praesidio stat**>uti.

SUPERVAGANEA AVIS. Cf. supra, s. v. Circanea Avis (37,22 dicitur quae volans cir- ımitum facit).

SUPERCILIA. Cf. supra, s. v. Supercilium (394,25). Cf. Varr. L. L. 5. 69 : Mulieres po- ssimum supercilia attribuerunt ei deae ; hic enim debuit maxime collocari Iuno Lucina bi ab diis lux datur oculis.

SUPREMUM. necte] **vel** nec te. Cf. Varr. L. L. 6,5 : Suprema summum diei, id ab su- errimo ; hoc tempus XII tabulae dicunt occasum esse solis ; sed postea lege Plaetoria id uoque tempus esse iubet supremum quo praetor in comitio supremam pronuntiavit po ılo ; 7,51 : Naevius « patrem suum supremum optumum appellat », supremum ab superrumo ctum ; itaque duodecim tabulis dicunt « solis occasu diei suprema tempestas esto » : ap. ensorin. D. N. 24,3.

supr. multam] Cf. supra, s. v. Peculatus (232,32).

SUBSIDIUM. Hincine Gloss. AA (= Abol.) Triarii : qui tertio loco constituuntur in exer- :u ? Cf. Varr. L. L. 5, 89 : Pilani triarii quoque dicti quod in acie tertio ordine extremi bsidio deponebantur, quod hi subsidebant ab eo subsidium dictum ; a quo Plautus « agite ınc, subsidite omnes, quasi solent triarii ».

(Schol. Isid.). Subsidium dicebatur cum post proeliantes subsidebant ut cedenti acie ei auxilio essent ; quod genus militum erat triariorum, qui |iam emeruerant iusta stipendia et tamen retinebantur in castris. Et dicti triarii quod in tertio ordine militarent ; ante hos qui in secundo loco erant praesidiarii vocabantur

Subsolaneae ..(**15 litt.**).. sas appellantur ..(**12 litt.**).. rei solum conferunt ..(**20 litt.**).. ui infimum ..(**15 litt.**).. i in terram super.. (**21 litt.**).. e dum imum ..(**18 litt.**).. is innititur.

<*Subsilles* sunt quas> ali *ipsilles* vo<cant, lamellae in sacri>s quae ad rem <divinam omnium quae adhibent>ur maxime <creduntur necessa>rium.

(Paul.) Subsilles dicebantur quaedam lamellae sacrificiis necessariae.

Substillum <antiqui appellaba>nt tempus ante <pluviam iam> paene uvidum [dum] <et post pluvia>m non persiccum, quod <iam stillaret> aut nondum desisset.

(Paul.) Substillum tempus ante pluviam iam paene uvidum et post pluviam non persiccum, quod iam stillaret aut nondum desisset.

<*Subscudes* ap>pellantur cune<a>tae ta<bellae quibus> tabulae inter se con<figuntur qui>a, quo eae immittantur, <succuditur. Pa>cuius in Niptris (250) :

nec ulla subscus cohibet compagem alvei,

Plautus in Astraba (13) :

terebratus multum sit et (siet ?) subscudes addite.

(Paul.) Subscudes appellantur tabellae quibus tabulae inter se configuntur quia, quo immittuntur, succiditur. Pacuvius « nec ulla subscus cohibet compagem ».

Sub corona venire dicuntur quia captivi coronati solent venire, ut ait Cato in eo qui est de Re Militari (2) « ut populus [suus] sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat quam re male gesta coronatus veneat ». Id autem signum est nihil praestari a populo ; quod etiam Plautus significat in Hortulo (91) :

praeco ibi adsit, cum corona cuique (qui–) liceat veneat.

(Paul.) Sub corona venundari dicuntur captivi quia venundabantur coronati. Cato « ut populus potius ob rem bene gestam supplicatum eat quam re male gesta coronatus veneat ».

Sublime[*m*] est in altitudinem elatum, ut Ennius in Thyeste (302) :

aspice hoc sublime candens quem vocant omnes Iovem,

Vergilius in Georgicis lib. I (242) :

hic vertex nobis semper sublimis.

Sublimavit dixit <Cato>, id est in altum extulit, Originum lib. II (33) « in maximum decus atque in excelsissimam claritudinem sublimavit ». Id autem dicitur a limine superiore, quia supra nos est.

(Paul.) Sublimem est in altitudinem elatum. Id autem dicitur a limine superiore, quia supra nos est.

Succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere. Plautus in Saturione (114) :

IPSILLES. Cf. supra, s. v. Ipsullices (93,21).

SUBSCUDES. Pac. Nipt.] Cf. infra, s. v. Serilia (460,28).

SUB CORONA. Cf. Gell. 6,4. veneat] Melius ad illud ' supplicatum eat ' quadret plena forma ' venum eat '.

SUBLIMAVIT. claritud.] Cf. supra, s. v. (51,4).

SUCCENTURIARE. Hincine Don. Phorm. 230 : Succenturiari dicitur qui explendae centuriae gratia subicit se ad supplementum ordinum ? Etiam gl. (incertae formae) Abol. SU 58 Subcenturiatus dicitur qui numero priori suppletur ; et succenturia est quasi per centuriae vicem succedas ad munus.

subcenturia[cen]tum require qui te delectet domi.

et Caecilius in Triumpho (229) :

nunc meae militiae astutia opus est ; subcenturia.

(Paul.) Succenturiare est explendae centuriae gratia supplere. Caecilius « nunc meae malitiae astutia opus est ; succenturia ».

Subrumari dicuntur haedi cum ad mammam admoventur quia ea *rum is* voca-ba[n]tur vel quia rumine trahunt lacte sugentes.

(Paul.) Subrumari dicuntur haedi cum ad mammam admoventur quia ea rumis vocatur vel quia rumine trahunt lacte sugentes.

Subulo Tusce tibicen dicitur ; itaque Ennius (Sat. 65) :

subulo quondam marinas propter ad-st[r]abat plagas.

(Paul.) Subulo Tusce tibicen dicitur.

Suburam Verrius alio libro (p. 390) a pago Succusano dictam ait ; hoc vero maxime probat eorum auctoritatem qui[a] aiunt ita appellatam et regionem Urbis et tribum a stativo praesidio quod solitum sit succurrere Esquilis, infestantibus eam partem Urbis Gabinis ; indicioque esse quod adhuc ea tribus per C litteram, non B scribatur.

(Paul.) Subura regio Romae a pago Succusano vocabulum traxit, quod ei vicinum fuit.

Subverbustam ver<ber>ibus ustam significat Plautus cum ait (inc. frg. 42) :

ulcerosam conpe[n]ditam subverbustam sordidam.

(Paul.) Subverbustam veribus ustam significat.

Suboles ab *olescendo*, id est crescendo, ut *adolescentes* quoque et *adultae* et *indoles* dicitur. Lucretius lib. V (4, 1232) :

sive virum soboles sive est muliebris origo,

Vergilius (Ecl. 4, 49) :

cara deum suboles, magnum Iovis incrementum.

(Paul.) Suboles ab olescendo, id est crescendo, dictae, ut adolescentes et adultae et indoles. Lucretius « sive virum soboles sive est muliebris origo. »

Subuculam Aelius Stilo et Cloatius isdem fere verbis demonstrant vocari quod dis detur ex alica et oleo et melle ; nam de tunicae genere notum est omnibus.

(Paul.) Subucula et genus libi dicitur ex alica et oleo et melle et genus vestimenti.

« *Sub vos placo* » in precibus fere cum dicitur significat id quod supplico, ut in legibus (XII, inc. 3) « *transque dato* » et (XII 8, 12) « *endoque plorato* ».

SUBRUMARI. Potius inf. pass. quam nom. plur. Hincine (Gloss. Cyrill. (-Philox.) Subrumo : τιτθίζω ? rumis] cf. supra, s. v. Ruminalem Ficum (332, 11 mamma... autem rumis dicitur, unde et rustici haedos subrimios vocant quasi adhuc sub mamma). ||rumine] Cf. supra, s. v. Rumen (332,15 est pars colli qua esca devoratur ; unde rumare dicebatur quod nunc ruminare).

SUBULO. Hinc Gloss. Philox. SU 92 Subulo ; αὐλητής . Cf. Varr. L. L. 7, 35 : Apud Ennium « subulo quondam marinas propter astabat plagas » : subulo dictus quod ita dicunt tibicines Tusci ; quocirca radices eius in Etruria, non Latio quaerundae.

SUBOLES. Vide supra ad Adolescit (5, 10 a Graeco ἀλδήσκω id est adcresco, etc.).

SUBUCULAM. Inter res secundae mensae exhibent Hermeneumata ps. -Dositheana 'Εντυρίτης : simitillus (vel sibit-),

qua de glossa cf. Heraeus (Sprache d. Petron., p. 29). Quod idcirco commemoro nequis eam credat Philoxeni esse et ex Festo haustam. || tun. gen.] Cf. infra, s. v. Supparus (406, 9).

SUB VOS PLACO. Cf. supra, s. v. « Ob Vos Sacro » (206,17 in quibusdam precationibus est pro vos obsecro, ut « sub vos placo » pro supplico).

(Paul.) Sub vos placo supplico.

Suffiscus dicebatur folliculus testium arietinorum, qui celebris us<us erat pro marsup>pio, forsitan d<ictus suffiscus a> fisci similitud<ine>.

(Paul.) Suffiscus folliculus testium arietinorum quo utebantur pro marsuppio, a fisci similitudine dictus.

<*Subacti*> molliti ; alias <victi ; alias compulsi>, ut cum dicim<us pecus sub arborem> subactum ; <alias coacti>.

(Paul). Subactus modo significat mollitus ; modo victus ; modo conpulsus. ut cum dicimus pecus sub arborem subactum ; modo coactus.

<*Suppli*>*cium* a supp<**licando**>..(**10 litt.**).. <ar>guit quod ..(**19 litt.**).. haec deorum ..(**15 litt.**).. <su>matur supp<licium>.. (**13 litt.**).. id est de p<o>e<na agatur eius, ut iubeatur> caedi. Supplic<ia autem sunt quae caduceato>res portent ; <ea sumebantur ex> verbena falic<is (fel–) arboris ; **rursus**> alia supplicia ..(**12 litt.**).. <ver>bonis (–ben–) sumi. Sin<nius Capito ait cum civ>is necaretur i<nstitutum fuisse ut> 'Semoniae res s<acra fieret **verve**>ce bidente, <ut eo sacrificio **poe**>na Salutis ci<vibus>.. (**10 litt.**).. <dam>nati patrimo<ni> ..(**15 litt.**).. id fieret sacru<m>.. (**14 litt.**).. solitum, ut a ..(**12 litt.**).. <supplicandi causa iu .. (**16 litt.**) .. rum, ut id voc<aretur supplicium ; id ve>ro semper elat<um (saepe relatum ?) a multis. Quo exem>plo docet suppli ..(**14 litt.**).. nunc fere suppl<icia pro poenis dicun>tur.

(Paul.) Supplicia veteres quaedam sacrificia a supplicando vocabant.

Sufes dict<us Poenorum ma>gistratus, ut Oscor<um *meddix tuticus*>. Calidius in oration<e in Q. Gal>lium « Nonne vobis i ..(**13 litt.**).. et fumus (–nus ?) prosequ<i>.. (**13 litt.**).. videtur ? Senatus cens<uit referentibus> sufetis ».

(Paul.) Sufes consul lingua Poenorum. Calidius « senatus » inquit « censuit referentibus sufetis ».

Sub vitem ha<*stas iacere* dicitur veles cum eas sub vine>a manu ..(**7 litt.**).. <sursum mitti>t. Lucilius (1349) :

ut <veles bonus sub vite>m qui subicit has<tas> ;

<nam *sub vite proelia*>*ri* dicuntur <milites cum sub vinea> militari pug<nant. Lucilius> (960) :

<ne>que prodire <in altum, proeliari pro>cul sub vite ;

<et *sub vineam iacere* dicun>tur milites <cum astantibus centur>ionibus ia<cere coguntur sudes>.

(Paul.) Sub vitem hastas iacere dicitur veles cum eas sub manu sursum mittit. Lucilius « ut veles bonus sub vitem quî submisit hastas ». Veles autem velitis facit. Sub vitem proeliari dicuntur milites cum sub vinea militari pugnant. Lucilius « neque prodire in altum, proeliari procul sub vite ».
Sub vineam iacere dicuntur milites cum astantibus centurionibus iacere coguntur sudes.

Supparus <puellare dicebatu>r vestimen<tum lineum, quod et s>ubucula ap<pellari solet. Titinius i>n Fullonia (35) :

SUPPLICIUM. vervece] improbat Krause, de Romanorum Hostiis, p. 15. Salutis] solutis **docti**. Sed cf. Heinze (Arch. lat. Lexikogr. 15, 89).

SUFES. meddix] Cf. supra, s. v. (110,19 apud Oscos nomen magistratus est).

SUB VINEAM IACERE. centur.] qui vites gestare solent, castigandi causa. iac.] Cf. ' iacere ' fundamenta ?

SUPPARUS. Hinc nimirum Gloss. Abol. SU 63 Suppara : paulo minus quam parum vel tunicae quae et subuculae dicuntur. Suspicor Titinium scripsisse « supparum ; ita vocatur omne quod paullo est minus quam parum » (cf. Plaut. Epid. 232). id est cam.] Addiditne Paulus ?

..(**20 litt.**).. omne quod ..(**20 litt.**).. parum.

Puni<ceum vestimentum ita vo>cat Naevius de <Bello Puni>co (9). Et in Nautis (64) .. (**15 litt.**).. estem conseo ..(**15 litt.**).. nunc supparos ..(**15 litt.**).. na iam crucem ..(**13 litt.**).. <vi>detur puella<rum fuisse ; nam Afra>nius ait (123) :

puella <non sum, supparo si in>duta sum.

(Paul.) Supparus vestimentum puellare lineum quod et subucula, id est camisia, dicitur. Afranius « puella non sum, supparo si induta sum ».

Supa <iace> ..(**10 litt.**).. <*dissip*>*at* disicit <et *obsipat* obicit et> « *insipit* <*far in olam* pr>o inicit far in ollam.

Paul.) Supat iacit ; unde dissipat disicit et obsipat obicit et insipat, hoc est inicit.

<*Sutelae* dolosae> astutiae a simili<tudine suentium di>ctae sunt.

(Paul.) Sutelae dolosae astutiae a similitudine suentium dictae.

Sus<*pectus* est diversa>e significationis, <**cum in eo suspicor**> et suspicio parti<**cipent**> ..(**10 litt.**).. non mirum si <**non una significati**>o dari potest.

(Paul). Suspectus et a suspicor venit et a suspicio.

« *Su*<*trium quasi eant* » ut>ique in proverbium <abiit ex hac> causa. Gallico tu<multu quon>dam edictum est legiones Sutrii ut praesto essent cum cibo suo ; quod usurpari coeptum est in is qui suis rebus opibusque offici id praestarent quibus deberent. Plautus (Cas. 523) :

sed facito dum, merula per versus quod cantat, colas :
cum suo cuique (?) facito veniant, quasi eant Sutrium.

Suopte <suo> ipsius, ut *meopte* meo ipsius *tuopte* tuo ipsius.

(Paul.) Suopte suo ipsius, ut meopte meo ipsius, tuopte tuo ipsius.

Suillum genus invisum Veneri prodiderunt poetae ob interfectum ab apro Adonim, quem diligebat dea. Quidam autem quod inmundissimi sint sues ex omni mansueto pecore et ardentissimae libidinis ; ita ut opprobrium mulieribus inde tractum sit, cum *subare* et *subire* (surire ?) dicuntur.

« *Sus Minervam* » in proverbio est ubi quis id docet alterum cuius ipse inscius est. Quam rem in medio, quod aiunt, positam Varro et Euhemerus ineptis mythis involvere maluerunt quam simpliciter referre.

Strues generis liborum sunt, digitorum coniunctorum non dissimilia, qui superiecta panicula in transversum continentur.

SUPA. **vel** Supa<re iacere>. Cf. supra, s. v. Insipere Far In Olam (93,17 iacere pultis ; unde dissipare, obsipare, ut cum rustici dicunt « obsipa pullis escam ») ; s. v. Prosapia (252, 10 supare significat iacere et disicere) ; s. v. Insupare (99,14 inicere ; unde fit dissipare).

SUTELAE. Ad alium Festi locum, sive in hoc capitulo sive alibi, revoco gl. (ut videtur) Festinam Abol. SU 67 Sutelis : subreptionibus et fraudibus. Quo in loco credo citatum fuisse Plauti versum (Cas. 95) :

possisne necne clam me sutelis tuis
praeripere Casinam uxorem.

SUTRIUM. cum suo cuique] cum cibo cum quiqui **Plaut**. Vide ne ad hanc glossam pertineat glossa quae sequitur, Suopte.

SUOPTE. Hinc Gloss. Abol. SU 5 : ME 14 Suopte : suo ipsius. Meapte : mea ipsius. Cf. infra, s. v. Vopte (519,30 pro vos ipsi Cato posuit).

SUBARE. Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. SU 68 Subantes : libidinantes ; a suibus ; Gloss. Philox. SU 13, 234 Subat : ὀργιᾷ, Surit : καπρᾷ (fortasse revera Subat, surit : ὀργιᾷ, καπρᾷ)

STRUES. Cf. supra, s. v. Strufertarios (376,12)..

(Paul.) Strues genera liborum erant, digitorum coniunctorum similia, qui continebantur in tranversum superiecta panicula.

Struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum. Plautus (Men. 101) :

Cerialis cenas dat, ita mensas extruit, tantas struices concinnat patinarias,

et Livius (trag. 37) :

quo Castalia per struices saxeas lapsu accidit.

(Paul.) Struices dicebant omnium rerum instructiones.

Struere antiqui dicebant pro adicere, augere : unde *industrios* quoque. M. Cato (or. inc. 19) « iure, lege, libertate, republica communiter uti oportet ; gloria atque honore, quomodo sibi quisque struxit ». A[u]t in XII (1,2) quod est « si calvitur *pedemve struit*, manum endo iacito », alii putant significare retrorsus ire, ali in aliam partem, ali fu<ge>re, ali gradum augere, ali minuere ac <si> vix pedem pedi praefert, otiose it, remoratur.

(Paul.) Struere antiqui dicebant pro augere ; unde industrii.

Stroppus est, ut Ateius Philologus existimat, quod Graece στρόφιον vocatur et quod sacerdotes pro insigni habent in capite. Quidam coronam esse dicunt aut quod pro corona insigne in caput inponatur, quale sit strophium ; itaque apud Faliscos idem (diem) festum esse qui vocetur *Struppearia* quia coronati ambulent, et a Tusculanis quod in pulvinari inponatur Castoris *struppum* vocari.

(Paul.) Stroppus quod Graece συροφιον dicitur, pro insigni habebatur in capitibus sacerdotum ; alii id coronam esse dixerunt.

Strutheum in mimis praecipue vocant obscenam partem virilem, <a> salacitate videlicet passeris qui Graece στρουθός dicitur.

(Paul.) Strutheum membrum virile a salacitate passeris, qui Graece στρουθός dicitur, a mimis praecipue appellatur.

Strenam vocamus quae datur die religioso ominis boni gratia a numero quo significatur alterum tertiumque venturum similis commodi, veluti ' trenam ' praeposita S littera, [a]ut in loco et lite solebant antiqui.

(Paul.) Strenam appellabant quae dabatur die religioso ominis boni gratia a numero quo significatur alterum tertiumque venturum similis commodi, velut ' trenam ' praeposita S littera, ut antiquis frequens usus erat.

Strebula Umbrico nomine Plautus appellat coxendices hostiarum quas G<raeci μηρία dicunt, quae> in altaria in<poni solebant, ut Plau>tus ait in Fri<volaria> (88) :

(.. **8 litt.**).. agnina tenen ..(**11 litt.**).. <stre>bulis.

(Paul.) Strebula lingua Umbrorum appellabant partes carnium sacrificatarum.

Stlat<*ta* genus erat navigi> latum mag<is quam altum, sic> appellatum <a latitudine, sed ea> consuetudin<e qua *stlo*-

---

STRUICES. Quo revocanda sit gl. Abba non liquet. Struices : constructi (-iones ?) conpaginati (-iones ?).

INDUSTRII. Cf. supra, s. v. Industrium (94,15) ; Impetum (228,25).

PEDEM STRUIT. Cf. supra, s. v. (232,3 fugit, ut ait Ser. Sulpicius).

STROPPUS. συφοφιον **cod.** struppum] Cf. infra, s. v. Struppi (472,15).

STRENAM. loco et lite] Cf. infra, s. v. Stlatta (410,37 stlocum pro locum, stlitem antiqui pro litem dicebant).

STREBULA (i. e. strēb-). Cf. Varr. L. L. 7, 67 : In Cesistione (Plaut. fr. 52) « di<s> stribula <a>ut de lumbo obscena viscera », stribula, ut Opillus scribit, circum coxendices sunt bovis ; id Graecum est ab eius loci versura.

cum pro locum, *stli-tem* antiqui <pro litem dicebant>.

(Paul.) Stlatta genus navigii latum magis quam altum et a latitudine sic appellatum, sed ea consuetudine qua stlocum pro locum et stlitem pro litem dicebant.

<*Stlembus*> gravis tar<dus, sicut Lucilius (1109)> :

Apulidae ped<ibus stlembi>.. (**6 litt.**).. cum refert <equum pigrum et tardum>.

(Paul.) Stlembus gravis tardus, sicut Lucilius pedibus stlembum dixit equum pigrum et tardum.

Stelionem g<**enus animalis hoc loco**> Verrius dic<tum ait quia virus in>stillet cibo, p<**er I, non per E. Idem** ali>bi a stellarum <**maculis quibus tergus**> varium est.

<*Stipem*>.. (**10 litt.**).. <pe>cuniam si. gnat<am quod stiparetur ; > ideo *stipular*<*i* dicitur is qui in>terrogat a<lterum spondeatne stipem, id est>aes.

Stir pem **hominum in** masculino gene<re antiqui, <**ut alia quoque plantarum** no>mina meta<phoricos ad homines tracta>, quae nunc in <feminino dicimus gene>re. Livius tr<**ahens de Graeco** quo>rundam Rom<**anorum nomina et ipsam**> conditam Romam <**testis est. Nam sic ait Li vius** :

O Strymon <**unde nomen Romani trahunt.**

ex> Graio stirpe exo<rti>.

<Ennius> .. (**7 litt.**).. (Ann. 178)

nomine Pyrrh<us, uti memorant, a stirpe supremo.

..(**11 litt.**)..(com. inc. 105) : « <**Satis**> est ; revoca fratre<**m eodem stirpe gnatum**>. Plaudite ».

Quam Gallu<s **Aelius** (22) sic de>finit : Stirp<s> est geni..(**11 litt.**)..<ut> qui a quoque est progna<tus> ..(**32 litt.**).. dicuntur <**a stirpibus illis quae**> ab imis arbori<bus **nascuntur**>.

<*Sti*>*patores* appel<lantur corporis c>us-

STLITEM. Hincine (an ex 414,17) Gloss. Philox. ST 67 Stlites : δίκαι ἀρχαίως ?

STELIONEM. Lemma Verrianum a STI–, non STE –inceperat. Hincine gl Ansil. (= Abol.) ST 101 Stellione<m> : genus animalis ? Ad Schol. Vergil. (quod tamen in doctrina Festina vel Verriana niti potest) referre malim Ansil. ST 165 Stilio : ab stellis macularum quas habet appellatus ; qui et stello dicitur. Cf. Caper 107, 2: Stellonem dicito sine I littera a similitudine stellarum.

STIPEM. Cf. supra, s. v. (379,3 esse nummum signatum testimonio est et de eo quod datur stipendium militi et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur) ; infra, s. v. Stipatores (478,3 ait dictos a stipe quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusque corporis). Cf. Varr. L. L. 5, 182 : Hoc ipsum stipendium a stipe dictum quod aes quoque stipem dicebant ; nam quod asses libras pondo erant, qui acceperant maiorem numerum non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, id est componebant quo minus loci occuparet ; ab stipando stipem dicere coeperunt.

STIPULARI. Cf. Schlossmann (Rhein. Mus. 59,346).

STIRPEM. De Vergilio antiquitatis amante dicit Servius (ad Aen. 12, 208 imo de stirpe) : Ideo genere masculino usus est quia de arboribus loquitur ; nam de hominibus genere feminino dicimus (cf. ad Aen. 1, 626 ; 3,94 ; 7,99). Unde conici potest tale supplementum : Stir pem hunc non hanc de arbo>re antiqui. Sed hoc discrimen (cf. Charis. 109,17) neque Festus supra agnoscit, s. v. Recto Fronte (364,1 antiquae id consuetudinis fuit, ut cum ait Ennius quoque « a stirpe supremo »), neque Nonius (226,29). com. inc.] An Caecilius (in Hypobolimaeo) ?

STIPATORES. Aliter infra, s. v. (478,3 ait Verrius dictos a stipe quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusque corporis). Cf. Varr. L. L. 7, 52 : Latrones .. quos postea a stipatione stipatores appellarunt, etc.

todes, quos <antiqui *latrones* voca>bant. I mer<cede **servientes** cu>m ferro ve<lut stipati circumda>nt regum cor<pora>.

(Paum.) Stipatores corporis custodes, quos antiqui latrones vocabant. Stipati enim ferro circumdant corpora regum.

<*Stipes* fustis terra>e defixus. Afra<nius> (inc. xix) :

** porro honeste ..(**13 litt.**).. <stip>ite hostium
..(**16 litt.**).. oro fidem qui ..(**16 litt.**).. eam
silvam et ..(**14 litt.**).. <ho>stili in me la..
(**15 litt.**).. tus ut revolso ..(**15 litt.**)..
qui iactu vali<do>.. (**13 litt.**)..parmam,
nisi si ..(**18 litt.**).. voluit pro ..(**10 litt.**)..

<Accius> in Bacchis (261) :

ec.. (**18 litt.**).. egum aut al ..(**18 litt.**.).. nus.

Ennius (inc. 40) ..(**12 litt.**).. <stip>ites abiegno..
(**18 litt.**).. ae stipitem.. (**18 litt.**).. mit eum qua ..(**15 litt.**).. arripit.

(Paul.) Stipes fustis terrae defixus.

Strit<*tavum* antiqui diceb>ant pro trita<vo, qui est pater at>avi et ataviae, <**ut stlites pro lite**>s.

(Paul.) Strittavum antiqui dicebant pro tritavo.

Strigores in Ne<**lei carmine** (5) pro st>rigosis positum <invenitur, id est dens>arum virium ho<minibus, « strig>ores exerciti ».

(Paul.) Strigores, id est densarum virium homines.

Stri<*gae* appellantu>r ordines rerum <inter se contin>uate conlocata<rum, a stringe>ndo dictae.

(Paul.) Strigae appellantur ordines rerum inter se continuate conlocatarum, a stringendo dictae.

Stri<*gem* ?> ..(**5 litt.**).. ius, Graeci στρίγγα ap<pellant, und>e maleficis mulieribus nomen inditum est, quas *volaticas* etiam vocant. Itaque solent his verbis eas veluti avertere Graeci :

συρριντ (στρίγγ') ἀπο<πέ>μπει[ε]ν νυκτικόμαν
στριντ (στρίγγ') ατο(ἀπὸ) λαον(-ῶν) ὄρνιν ἀνωνύμιον
ὠκυπόρους ἐπὶ νῆας.

Statu liber est qui testamento certa condicione proposita iubetur esse liber : Et si per heredem est (stet ?) quo minus statu liber praestare possit quod praestare debet, nihilominus liber esse videtur.

Status dies <*cum hoste*> vocatur qui iudici causa est constitutus cum peregrino ; eius enim generis ab antiquis *hostes* appellabantur, quod erant pari iure cum

---

LATRONES. Cf. supra, s. v. (105,27).

STIPES. hostium] ostium **Scal.** valido] Supplent docti : <percussit stipite> parmam.

STRITTAVUM. non Strit<avum> ; nam non sic dividitur inter duos versus vocabulum. || ut stlites] Cf. supra, s. v. Strenam (410,21 veluti trenam, praeposita S littera, ut in loco et lite solebant antiqui).

STRIGORES. Nelei] de Naevio etiam cogitari potest. Qua via ab hoc lemmate ad lemmata Strigae et Strigem progredi potuerit Verrius, disce a Charisio (109,14 K.) : Strigem hanc in significatione avis dicas ; striga autem castrense est vocabulum intervallum turmarum significans, in quo equi stringuntur ; unde et strigosi dicuntur corpore macilento.

STRIGEM (**vel** -gam). **vel** ἀποπομπεῖν (cf. Hesych. Ἀποπομπεῖν : ἀποπέμψασθαι). Hinc Gloss. Philox. ST 87 Striga : λωστρυγων (?) καὶ γυνὴ φαρμακίς. Supple aut Stri<gem genus a>vis, aut Stri<gem, ait Verr>ius.

STATU LIBER. Hincine Gloss. Philox. ST 22 Statu liber : ἐλεύθερος χρόνῳ κατὰ διαθήκην ἀφεθείς ?

HOSTES. Cf. supra, s. v. Hostis (91,7).

populo Romano ; atque *hostire* ponebatur pro aequare. Plautus in Curculione (5) :

si status condictus cum hoste intercedit dies,
tamen est eundum quo imperant ingrati i s.

(Paul.) Status dies vocatur iudicii causa constitutus.

Stagnum quidam dici putant quod in eo aqua perpetuo stet. Ali quod is locus a Graecis στεγνός dicitur, quia bene contineat aquam.

Satura et cibi genus ex variis rebus conditum est, et lex <mul>tis alis legibus conferta. Itaque in sanctione legum adscribitur : Neve per saturam abrogato aut derogato. T. Annius Luscus in ea quam dixit adversus Ti. Gracchum : Imperium quod plebes per saturam dederat id abrogatum est. Et C. Laelius in ea quam pro se dixit ** (Sall. Iug. 29,5): Dein postero die quasi per saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur.

(Paul.) Satura et cibi genus dicitur ex variis rebus conditum, et lex multis aliis conferta legibus, et genus carminis ubi de multis rebus disputatur.

Statae Matris simulacrum in Foro colebatur ; postquam id colla (Cotta ?) stravit ne lapides igne corrumperentur qui plurimis (–mus) ibi fiebat nocturno tempore, magna pars populi in suos quique v<i>cos rettulerunt ei<u>s deae cultum.

(Paul.) Statae Matris simulacrum in Foro colebatur.

Stalagmium genus inaurium videtur significare Caecilius in Karine cum ait (106) : ium (tum ? iam ?) ex aure eius stalagmium domi habeo.

(Paul.) Stalagmium genus inaurium. Caecilius « ex aure eius stalagmium domi habeo ».

Stolidus stultus. Ennius lib. I (Ann. 105) :

nam vi depugnare sues stolidi soliti sunt,

et in Alexandro (36) :

hominem appellat : Quid lascivis, stolide ? Non intellegit,

et Caecilius in Hypobolimaeo (77) :

abi hinc tu, stolide : illi<c> ut tibi sit pater ?

et in Androgyno (9) :

sed ego stolidus ; gratulatum me<d> oporte<b>at prius.

(Paul.) Stolidus stultus.

Stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet in Nelei carmine (2) :

foede stupreque castigor cotidie,

et in Appi sententis (1) : Qui animi conpo tem esse, ne quid fraudis stuprique ferocia pariat. Naevius (Bell. Pun. 42) :

seseque i perire mavolunt ibidem
quam cum stupro redire ad suos popularis,

item (43) :

sin illos deserant fortissimos viros,
magnum stuprum populo fieri per gentis.

(Paul.) Stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt ; unde est in carmine « foede stupreque castigor cotidie ».

Stuppam linum inpolitum appellant Graeci Dorii[s].

Stura flumen in agro Laurenti est quod quidam Asturam vo<cant>. **

HOSTIRE. Cf. supra, s. v. Hostimentum (91,8).

SATURA. dixit] Intercidisse aliquae videntur. || et gen.. disp.] Haec Pauli unde sunt ? **An** et lex mult. al. leg. conf. <et carmen similiter multis rebus confertum> ? Hincine Gloss. Philox. SA 152 Satura : νόμος πολλὰ περιέχων ?

STATAE MATRIS. Cotta **Huschke** : Sulla **Jordan**.

STUPRUM. <ae> qui an. conp. esse **vel** qui an. conp. sese (**vel** se) **docti**.

STURA. Cf. Serv. Aen. 7, 801 : Haud longe a Terracina oppidum est Astura et cognominis fluvius.

(Paul.) Stura flumen in agro Laurenti est.

<*Suber*> ac *suberies* q<**ua natabant in** > thermi<s>.

Ste<*rilam* mulierem appella>bant quam Graeci στεῖραν dicunt, · quae non cipi (cepit) <semen genitale>.

(Paul.) Sterilam sterilem.

<*Sep*>*lasi*<*a*> aut Se<**plasium vicum Campanum**> memoraba<nt **ubi sunt unguentari**>. In Adelph<is> (com. inc. Ad. 1) :

** feri Anti<pho> .. (**15 litt.**).. tum sit q.. (**20 litt.**)..

Unde ungu<**entaris** *Seplasiari* **nomen**> est.

Stulto<*rum feriae* appellaban>tur *Quirina*<*lia*, qui erat dies festus > Quirini, qu<od eo die omnes sa>crificant i q<ui sollemni die aut> non potuer<unt rem divinam face>re aut ign<oraverunt sollemnem> Fornacaliu<m suorum diem> commissumque<**piaculum expiabant** ex> more at.. (**20 litt.**).. quibus p.. (**20 litt.**).

(Paul.) Stultorum feriae appellabantur Quirinalia quod eo die sacrificant hi qui sollemni die aut non potuerunt rem divinam facere aut ignoraverunt.

Sanctum <**ait dici Opillus Aure**>lius quod n<**ec sacrum sit nec religiosum.**> At. Aelius s.. (**19 litt.**).. videatur ca ..(**17 litt.**).. Plerique autem q<**uod qui violaverit, ei**> poena sit multa<ve sancita>.. (**5 litt.**).. se ponetur pro ..(**15 litt.**).. et *sanctio* dicta ..(**13 litt.**).. et rogatio : qui con.. (**12 litt.**)..

Sanqualis avis ap<pellatur in com>mentaris augura<libus quae ossifra>ga dicitur, quia in <Sancus dei> tutela est.

(Paul.) Sanqualis avis quae ossifraga dicitur.

Sacco m (n?) .. (**29 litt.**).. m Pomponius (inc. xiii) ..(**13 litt.**).. tor quod ficus ea ..(**18 litt.**).. nomen per M ..(**16 litt.**).. ductum est « io ..(**18 litt.**).. dem modo so.. ..(**17 litt.**).. « tu es Apollo **

SUBER. Cf. supra, s. v. Suberies (376,21 arboris genus ex qua cortex natatorius extrahitur ; Lucilius etc.).

SEPLASIA. Cf. infra, s. v. Seplasia (458,22 in quo plurimi unguentari erant, cuius meminit Cicero « Seplasia.. te.. Campanum consulem repudiavit »). Hinc nimirum Gloss. Corp. (= Abol.) S 218 Seplasium : vicus in Campania, ubi sunt unguentari ; < Seplasiari : qui ibi sunt>. Haec fere supplent docti :

<di te perdant in>feri, Anti<pho.
unde allatum unguen>tum sit q<uid quaeris ? ex Seplasia>.

STULTORUM FERIAE. Cf. supra, s. v. Quirinalia (304,6 idem Stultorum feriae appellantur quod qui diem suorum Fornacalium sacrorum ignorant eo potissimum rem divinam faciunt). Haec supplent docti : quibus p<ermittebantur post ferias feriari>.

SANCTUM. Cf. supra, s. v. Religiosus (348,33 Inter sacrum autem et sanctum et religiosum differentias bellissime refert Gallus Aelius... siquidem quod sacrum est, idem lege aut instituto maiorum sanctum esse putat, ut violari id sine poena non possit, etc.) ; infra, s. v. Sacer (424,14 Gallus Aelius ait sacrum esse, etc.). Isidorus etymon ' sanguis ' (Etym. 10, 241) ex Servio hausit (ad Aen. 12,200 Sancire autem proprie est sanctum aliquid, id est consecratum, facere fuso sanguine hostiae ; et dictum ' sanctum ' quasi sanguine consecratum). ||Aelius S<tilo> **Reitzenstein** (Verr. Forsch. 89).

SANQUALIS. Vide ea quae scripsi ad Alites (3,10). Cf. infra, s. v. Sanqualis Porta (464, 20 proxima aedi Sancus, ideoque eodem est nomine <avis>).

SACCO. **An** Sanco n<on Sancu> etc. (cf. fico et ficu) ? Supplent haec docti : Saccom<orum genus est arboris quam dicta>m Pomp. <ait>, etc. Adducor magis ut de Carmine Saliari cogitem.

Sacrem **porcum dici ait Verri** -us ubi iam ..(**18 litt**..).. ure appel<la> ..(**15 litt**.).. t ita id a di ..(**16 litt**.).. <s>umsit vocabulum Plautus (Men. 289) :

<adu>lescens, qui<bus hic pretiis porci> veneunt
sa<cres sinceri ? Nummi>s. Nummum a me accipe.
iube t>e piari de mea <pecunia>,

<et in Rudent>e (1208) :

sunt domi <agni et porci sacres>.

<C>ato adver<sus Q. Minucium The>rmum post <censuram> (2) : <**Porcum** sa>crem in sin ..(**17 litt**.).. quando pro ..(**17 litt**.).. me sacrem.. (**17 litt**.).. primis fiet **

<*S*>*acrima* est, <ut> ..(**7 litt**.).. <et Clo>-atius dicunt, <mustum indi>tum in amphoram <Meditrinalibus sacr>ifici causa pro <vineis, vasis et vino>, quae quasi sacra <ea re fiunt quod Li>bero fit, ut *prae*<*metium*, quod Cereri>.

(Paul.) Sacrima appellabant mustum quod Libero sacrificabant pro vineis et vasis et ipso vino conservandis ; sicut praemetium de spicis quas primum messuissent sacrificabant Cereri.

Sacrificulus <*rex* appellatur> qui ea sacra quae <reges facere a>ssueverant facit. <Quem creasse dicit>ur post reges ex<pulsos Iunius Br>utus.

(Paul.) Sacrificulus rex appellatus est qui ea sacra quae reges facere adsueverant fecisset.

Sacella di<cuntur loc>a dis sacrata sine tecto.

(Paul.) Sacella dicuntur loca dis sacrata sine tecto.

Sacrosanctum dicitur quod iure iurando interposito est institutum si quis id violasset, ut morte poenas penderet. Cuius generis sunt tribuni plebis aedilesque eiusdem ordinis ; quod adfirmat M. Cato in ea quam scripsit aedilis plebis sacrosanctos esse (1).

(Paul.) Sacrosanctum dicebatur quod iureiurando interposito erat institutum ut, siquis id violasset, morte poenas penderet.

Sacratae leges sunt quibus sanctum est qui quid adversus eas fecerit, sacer alicui deorum sicut (sit cum ?) familia pecuniaque. Sunt qui esse dicant sacratas quas plebes iurata in monte Sacro sciverit.

(Paul.) Sacratae leges dicebantur quibus sanctum erat ut, siquis adversum eas fecisset, sacer alicui deorum esset cum familia pecuniaque.

Seclusa sacra dicebantur quae Graeci mysteria appellant.

(Paul.) Seclusa sacra dicebant quae Graeci mysteria appellant.

Scena ab alis, a quibusdam *sacena* appellatur dolabra pontificalis.

SACREM. **An** ita id a di vinarum rerum sermone s umsit voc. Pl.? Cf. Varr. R. R. 2, 4, 16 : Cum porci depulsi sunt a mamma, a quibusdam delici appellantur neque iam lactantes dicuntur, qui a partu decimo die habentur puri et ab eo appellantur ab antiquis sacres quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum ; itaque apud Plautum in Menaechmis, etc. ; R. R. 2, 1, 20 : Fere ad duo menses a mamma non diiunguntur porci, e quis, quoniam puri sunt ad sacrificium ut immolentur, olim appellati sacres ; quos appellat Plautus cum ait « quanti sunt porci sacres ? ». Cf. supra, in parte II D -capituli s. v. Delicus.

SACRIMA. Meditr.] Cf. supra, s. v. Meditrinalia (110,21). Hinc Gloss. Philox. SA 19 Sacrima : ἀπαρχὴ γλεύκους.

PRAEMETIUM. De suo addidisse Paulus videtur, neque enim e priore loco (s. v. 266,8) hausit.

SACROSANCTUM, SACRATAE LEGES. Cf. Rosenberg (Herm. 48,359).

SCENA. Cf. infra, s. v. (444, 7).

(Paul.) Scena sive sacena dolabra pontificalis.

Sarisa est hastae Macedonicae genus.

(Paul.) Sarisa hasta Macedonica.

Sacer mons appellatur trans Anienem paullo ultra tertium miliarium quod eum plebes, cum secessisset a patribus, creatis tribunis plebis qui sibi essent auxilio, discedentes Iovi consecraverunt. At homo *sacer* is est quem populus iudicavit ob maleficium ; neque fas est eum immolari, sed qui occidit parricidi non damnatur ; nam lege tribunicia prima cavetur : Si quis eum qui eo plebei scito sacer sit occiderit, parricida ne sit. Ex quo quivis homo malus atque inprobus sacer appellari solet. Gallus Aelius (18) ait sacrum esse quocumque (quodc. ?) modo atque instituto civitatis consecratum sit, sive aedis sive ara sive signum sive locus sive pecunia, sive quid aliud quod dis dedicatum atque consecratum sit ; quod autem privati suae religionis causa aliquid earum rerum deo dedicent, id pontifices Romanos non existimare sacrum. At si qua sacra privata succepta sunt quae ex instituto pontificum stato die aut certo loco facienda sint, ea sacra appellari tamquam sacrificium ; ille locus ubi ea sacra privata facienda sunt vix videtur sacer esse.

(Paul.) Sacer mons trans Anienem fluvium ultra tertium miliarium appellatur quia Iovi fuerat consecratus.

Sacrani appellati sunt Reate orti qui ex Septimontio Ligures Siculosque exegerunt ; nam vere sacro nati erant.

(Paul.) Sacrani appellati sunt Reate orti qui ex Septimontio Ligures Siculosque exegerunt, dicti Sacrani quod vere sacro sint nati.

Sagmina vocantur *verbenae*, id est herbae purae, quia ex loco sancto arcebantur (?) a consule praetoreve legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum ; vel a sanciendo, id est confirmando. Naevius (Bell. Pun. 31) :

<scopas atque verbenas sagmina sumpserunt>.

** (trag. inc. 219)

ius sacratum Iovis iurandum sagmine.

(Paul.) Sagmina dicebant herbas verbenas quia ex loco sancto arcebantur legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum ; vel a sanciendo, id est confirmando. Naevius « scopas atque verbenas sagmina sumpserunt ».

Sagaces appellantur multi ac sollertis acuminis. Afranius in Brundisina (15) :

quis tam sagaci corde atque ingenio unico ?

Lucretius lib. II (840)

nec minus haec animum cognoscere <posse sagacem>.

<Sagacem> etiam canem <indagatorem **Ennius**> (Ann. 533) :

invictus ca<nis **nare sagax et vi**>ribus fretus.

(Paul.) Sagaces appellantur sollertis acuminis ; unde etiam canes indagatores sagaces sunt appellati.

<*Saga* quoque dicitur> mulier peri<ta sacrorum, et *sagus*> sapiens, pro<ducta

---

SARISA. Hincine Gloss. Cyrill. (=Philox.) Sarisa : ἀκόντιον Μακεδονικον ; Gloss. Abba (=Abol.) Sarissa : genus teli Macedonici ?

SACER. quoc. modo] quodcumque more **Lachmann**. Cf. supra, s. v. Religiosus (348,33 Inter sacrum autem et sanctum et religiosum differentias bellissime refert Gallus Aelius, etc.).

SACRANI. Aliter Servius Aen. 7, 796 (Sacranae acies) : ... alii Sacranas acies Ardeatum volunt, qui etc.

SAGMINA. arceb.] arcessebantur **Mesk** : carpebantur **Mercklin**. Hincine Gloss. Philox. SA 4 Sagmina : θάλλος σπονδαῖα ἀρχαίως ?

SAGACES, SAGA. Unum lemma ? Cf. supra, s. v. Praesagitio (302,10).

prima syllaba forsitan prop<ter am-biguitatem> evitandam.

(Paul.) Saga quoque dicitur mulier perita sacrorum, et vir sapiens, producta prima syllaba propter ambiguitatem evitandam.

<*Sanales*, **id est sana**>ti, appellat<i quasi sanatae mentis. Ser. <Sulpicius Rufus> (8) .. (**12 litt.**).. et Opillus <Aurelius ita existimant> dici inferio<ris superiorisque loci>, ut Tiburtes <supra Romam aliosque qui cum> populo Tibur<ti>.. (**8 litt.**).. <in agro> Tiburti idem.. (**11 litt.**).. <infe>riorisque loci ..(**15 litt.**).. in XII (1,5) : « Nex<i>.. (**17 litt.**).. Forti Sanatique ..(**14 litt.**).. », id est bonor<um et qui defecerant sociorum. Sunt>qui et inf. ..(**18 litt.**).. que sunt ; ..(**14 litt.**).. <pris>cos Latinos ..(**16 litt.**).. egerit secundum ..(**11 litt.**).. <in>fra Romam in e.. (**16 litt.**).. eosqu[a]e sanati.. (**14 litt.**).. praeter opinion<em **eos debellavis**>set sanavisse<t> q<ue ac cum is pa>cisci potuisset, no ..(**11 litt.**).. Cincius lib. II de <Officio Iuriscon>sulti (9). Ne Valerius <quidem Messalla> in XII Explanatio<ne rem expedivit. Hic ta>men in eo libro quem <de Dictis In>volute inscribi<t> forc<tos sanatisque> duas gentis finitimas <**fuisse censet de quibus** l>egem hanc scrip<tam **esse qua cautu**>m ut id ius man<cipi nexique quod populu>s Romanus haberent, <neque alios quam fo>rctos et sana<tes eam legem sig>nificare existimat hoc signific>atu. Multi sunt <quibus id quod his pl>acuit displi<ceat> ..(**10 litt.**).. ut sant (sani ?) forcti ..(**14 litt.**).. <s>anati insani.

<*Sarpta vinea* putata, i>d est pura <facta ; virgulae enim re>lictae inpe<dimenta vitibus so>lent esse, quae <ideo abscinduntu>r ; inde etiam <*sarmenta* script>ores dici pu<tant. *Sarpere* enim a>ntiqui pro pur<gare ponebant>.

(Paul.) Sarpta vinea putata, id est pura facta ; unde et virgulae abscisae sarmenta. Sarpere enim antiqui pro purgare ponebant.

<*Sa*>*rte* in augu<ralibus pro inte>gro ponitur : <Sane sarctequ>e audire vi<dereque>. <Ob quam causa>m opera pu blica quae locantur ut i<ntegra praes<tentur *sarcta tecta* v>ocantur ; et<enim *sarcire* est integr>a facere.

(Paul.) Sarte ponebant pro integre. Ob quam causam opera publica quae locantur ut integra praestentur sarcta tecta vocantur. Etenim sarcire est integrum facere.

(Charis. 220, 18 K., s. v. Sarcte) ut Porphyrio ex Verrio et Festo « in auguralibus » inquit « libris ita est : Sane sarcteque...

SANATES. Forti] **vel** Forcti. Cf. supra, s. v. Forctes (74,14) ; Horctum et Forctum (91,14). (Cf. infra, s. v. (474, 22 dicti sunt qui supra infraque Romam habitaverunt. Quod nomen is fuit quia cum defecissent a Romanis, brevi post redierunt in amicitiam, quasi sanata mente. Itaque in XII cautum est ut idem iuris esset Sanatibus quod Forctibus, id est bonis et qui numquam defecerant a populo Romano). Messalla] Cf. supra, s. v. Marspedis (154, 1 in precatione solitaurilium quid significet ne Messalla quidem augur in Explanatione Auguriorum reperire se potuisse ait). Haec supplent docti : Hinc< in XII nex<i mancipique cum P. R. idem> fo. sa. <supra infra ius esto>.. eosque Sanati<s quod Priscus <praet... no<minatos esse, ut ait> Cinc... <quasi dictum esset 's<anati insani'. Cf. Rosenberg (Herm. 54, 128).

SARPTA. Alterum XII Tabularum vocabulum. Cf. infra, s. v. Sarpuntur Vineae (474, 15 id est putantur, ut in XII : Quandoque sarpta, donec dempta erunt). Aut hinc aut inde nimirum Gloss. Cyrill. (=Philox.) Sarpo : κλαδεύω ἀμπέλους.

SARMENTA. Huncine Gloss. Philox. SA 134 Sarmenta : κλήματα ἢ φρύγανα ?

<*Sarra* insula erat q>uae nunc Epiros (Tyros ?) <facta est>.

(Paul.) Sarra Epiros insula.

<*Sardare*> intellegere <**significavit** Nae>-vius Belli Pu<nici libro> (55) :

..<quo>d bruti nec satis <sardare queunt>.

(Paul.) Sardare intellegere. Naevius « quod bruti nec satis sardare queunt ».

« *Sardi venales,* <alius alio neq>uior »ex hoc natum <proverbium vi>detur quod ludis <Capitolinis qui> fiunt a vicinis (–canis) <praetextatis a>uctio Veientium <fieri solet>, in qua novissimus <idemque dete>rrimus producitur <a praecon>e senex cum toga praetexta bullaque aurea ; quo cultu reges soliti sunt esse E<trus>corum, qui Sardi appellantur quia *Etrusca gens* orta est Sardibus ex Lydia. Tyrrhenus enim inde profectus cum magna manu eorum occupavit eam partem Italiae quae nunc vocatur Etruria. At Sinnius Capito ait Ti. Gracchum consulem, collegam P. Valeri Faltonis, Sardiniam Corsicamque subegisse nec praedae quicquam aliud quam mancipia captum, quorum vilissima multitudo fuerit

« *Sarcito* » in XII (8, 9) Ser. Sulpicius (10) ait significare damnum solvito, praestato.

(Paul.) Sarcito damnum solvito.

Sardanapallus rex Assyriorum fuit unicae luxuriae inter mulieres epulasque versatus semper atque omni tempore.

Sargus piscis genus qui in Aegypt<i>o mari fere nascitur. Lucilius (1276) :

quem praeclarus helops, quem Aegypto sargus movebit.

(Paul.) Sargus piscis genus in mari Aegyptio.

Saturnia Italia, et mons qui nunc est Capitolinus *Saturnius* appellabatur, quod in tutela Saturni esse existimantur. *Saturni*<*i*> quoque dicebantur qui castrum in imo clivo Capitolino incolebant, ubi ara dicata ei deo ante bellum Troianum videtur, quia apud eam supplicant apertis capitibus. Nam Italici auctore Aenea *velant capita* quod is, cum rem divinam faceret in litore Laurentis agri Veneri matri, ne ab Ulixe cognitus interrumperet sacrificium, caput adoperuit atque ita conspectum hostis evitavit.

Saturno dies festus celebratur mense Decembre quod eo aedis est dedicata ; et is culturae agrorum praesidere videtur, quo etiam falx est ei insigne. Versus quoque antiquissimi quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur *Saturnii*

SARRA. Epiros] Cf. Serv. Geo. 2, 506 : Quae enim nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur.

SARDARE. nec] i. e. non. Cf. Varr. L. L. 7, 108 : Apud Naevium .. in Bello Punico « nec satis sardare » ab serare dictum, id est aperire ; hinc etiam sera, qua remota fores panduntur.

SARDI VENALES. Capitol.] Cf. Plutarch. Rom. Quaest. 53 ; Romul. 25,7. Cf. Hoffmann (Rhein. Mus. 50, 486).

SARCITO. Hincine Gloss. AA (=Abol.) Sarcito : reficito, restituito, praestato ? Sed cum glossae Glossarii Abavus Maioris saepe sint fidei suspectae, nolo sequi eius glossam, Noxam sarcito : damnum solvito.

SARGUS. Aegypto sar.] scil. ex Aegypto, ut Enn. Hedyph. 1 : Clipeā mustela marina.

SATURNIA. Cf. Varr. L. L. 5, 42 : Hunc autem montem Saturnium appellatum prodiderunt et ab eo late Saturniam terram, ut etiam Ennius appellat : antiquum oppidum in hac fuisse Saturnia scribitur. etc. || apert. cap.] Cf. supra, s. v. Lucem Facere (106,19 dicuntur Saturno sacrificantes, id est capita detegere) ; infra, s. v. Saturno Sacrificium (462, 29 fit capite aperto, etc.).

SATURNO. Cf. supra, s. v. Opima Spolia (202,16).

SATURNII. Faun.] Itidem Ennius (Ann. 214) de Naevio « versibus quos olim Fauni

appellantur. Quibus et a Naevio bellum Punicum scriptum est et a multis aliis plura composita sunt. Qui deus in Saliaribus *Sat<e>urnus* (Saetu– ?) nominatur, videlicet a sationibus.

(Paul.) Sateurnus Saturnus.

Sas Verrius putat significare eas teste Ennio qui dicat in lib. I (101) :

virgines (–nis ?) ; nam sibi quisque domi Romanus habet sas.

— cum suas magis videatur significare —, sicuti eiusdem lib. VII fatendum est eam significari cum ait (218) :

nec quisquam [philo]sophiam

— quae doctrina Latina lingua non (nomen) habet —

sapientia quae perhibetur,

in somnis vidit prius quam sam discere coepit.

Idem cum ait *sapsam*, pro ipsa nec alia ponit in lib. XVI (430) :

quo res sapsa loco sese ostentatque iubetque.

Et Pacuvius in Teucro (324) : Nam Teucrum regi sapsa res restibiliet.

(Paul.) Sas suas Ennius « virgines nam sibi quisque domi Romanus habet sas. »

Sam eam idem Ennius « nequisquam philosophiam in somnis vidit prius quam sam discere coepit. »

Sapsa ipsa idem Ennius « quo res sapsa loco sese ostentat ».

Scaevam volgus quidem et in bona et in mala re vocat cum aiunt « bonam et malam <scaevam ». At scriptores> in mala pone re consueverunt, ut aput Graecos σ κ.ιόν **invenitur positum** ·. Pro sinistro sca<evum usurpavit Hos>-tius in belli Hi<strici libro> (7) :

..(**6 litt.**).. sentit scaev **

** obit penitus o ..(**8 litt.**).

(Paul.) Scaeva res dicitur mala, quasi sinistra ; σκαιόν enim Graece sinistrum dicitur.

<*Saperdam*> genus pessimi pi<scis Varro>.. (**7 litt.**).. significat **cu**<**m ait** (Men.312): **Videmur belli**>, saperdae cum <simus σαπροί>.

(Paul.) Saperda genus pessimi piscis.

Sandaracam <**dicit** coloris genus> quod Graeci σα<νδαράχην **vocant**> Naevius (com. 123) :

meru<la sandaracino ore>.

(Paul.) Sandaraca coloris genus. Naevius « merula sandaracino ore ».

« *Sabini quod* <*volunt somniant* »> proverbium e ..(**14 litt.**).. Sinnius Capit<o>.. (**8 litt.**).. <sacri>ficium propte<r **viam**>.. (**11 litt.**).. Sabinum at (ad ?) <illud adhibere solebant> ; **nam** [h]is pro< **mittebat se pro illis somniatu** rum, idemq **ue postquam evigilasset sacra** > facientibus

---

vatesque canebant » (cf. Varr. L. L. 7, 36). Aliter ps.-Placidus. Fauniorum modorum : antiquissimorum versuum quibus Faunum celebrabant. Cf. Leo (Gesch. röm. Litteratur I 14 adn.) || Saet.] Cf. Herbig (Philolog. 74, 446).

SAS. quae doct... hab.] **secl. docti**. Cf. supra s. v. Callim (41,6 antiqui dicebant pro clam ...t... sam pro suam, im pro eum).

SAPSAM. Hinc gl. corrupta AA (= Abol.) Sapsa res : ipsa [vel] inequalis (neque alia).

SCAEVAM. Cf. Varr. L. L. 7, 97 : Pueris turpicula res in collo quaedam suspenditur ne quid obsit, bonae scaevae causa scaevola appellata ; ea dicta ab scaeva, id est sinistra, quod quae sinistra sunt bona auspicia existimantur.. id a Graeco est, quod hi sinistram vocant σκαιάν.

SAPERDA. cum] Potest a Graeca littera Sigma (non a Romana C) incipere. S ulte Non. 176, 9 : Saperdae quasi sapientes vel elegantes Varro Modio « omnes videmur nobis esse belli festivi saperdae, cum simus σαπροί ».

SANDARACAM. σανδ.] **vel-άκην** : sandycem **docti**. Hinc Gloss. Abol. SA 3 Sandaraca : genus coloris.

<**narrat omne quicquid**> in quiete vi<disset>.. (**10 litt.**).. fici religione. <**Unde venisse dicitur**> in proverbium <Sabinos solitos quod vellent somn iare. **Sed quia** propter avidi>tatem bibendi q<**uaedam anus mulieres**> id somnium cap<**tabant, vulgatum est**> illud quoque « anus <quod vult som>niat ». Fere enim quo<d vigilantes> animo volvimus <idem dormientibus ap>parere solet.

Samb<*uca* est organi> genus a quo samby<cistriae> dicuntur. Per similitu<dinem ita> eam machinam appella<**ri** qua urbs expugnatur>.. (**9 litt.**).. it ; nam ut in <organo chordae, sic in m>achina funes <intenduntur>.

(Paul.) Sambuca organi genus a quo sambycistriae dicuntur. Machina quoque qua urbs expugnatur similiter vocatur. Nam ut in organo chordae, sic in machina intenduntur funes.

<*Sa*>*mnitibus* nomen <esse ait> ..(**5 litt.**).. s propter genus <hastae quas σαύνι>α appellent <Graeci. Ali dicunt e>x Sabinis vere <sacro natos circite>r hominum <septem milia duce> Com<in>io Castronio <profectos **in** c>ollem cui nomen <erat Samnio>.

(Paul.) Samnites ab hastis appellati sunt quas Graeci σαύνια appellant ; has enim ferre adsueti erant. Sive a colle Samnio, ubi ex Sabinis adventantes consederunt.

(Schol. Isid.) Samnitibus nomen est inditum propter genus hastae quas saunia appellabant, quibus uti solebant. Alii dicunt ex Sabinis vere sacro natos circiter hominum septem milia duce Cominio Castronio profectos occupasse collem cui nomen erat Samnio indeque traxisse vocabulum.

<*Salar*>*iam viam* <**incipere ait a port**>a quae nunc Col<lina a colle Quirina>li dicitur. <Salaria autem propterea a>ppellabatur ..(**14 litt.**).. ut ea liceret <a mari in Sabinos sal>em portari.

(Paul.) Salaria via Romae est appellata quia per eam Sabini sal a mari deferebant.

<*Salacia* **dicta est quod**> salum ciet Am<**phitrite** ; quo> vocabulo poe <tae pro aqua usi sunt.> Pacuvius ..(**6 litt.**)..

<hinc saeviti>am Salaciae (–ai) <fugimus>

** vescimur ..(**20 litt.**).. mo ut me .. (**18 litt.**).. um saeptam **

(Paul.) Salaciam dicebant deam aquae quam putabant salum ciere (hoc est mare movere ; unde Ovidius « Nymphaeque salaces ») ; quo vocabulo poetae pro aqua usi sunt. Pacuvius « hinc saevitiam Salaciae fugimus ».

<*Salutari*>*s porta* ap<pellata est ab aede S>alutis, quod ei <proxima est, **vel ob** sa>lutationes.

(Paul.) Salutaris porta appellata est ab aede Salutis, quae ei proxima fuit.

<*Saltationes* ?> vo<cabantur qui n>unc ludi ; scenicos <**autem ludo**>s primum fecisse C ..(**12 litt.**).. alium M. Popilium M. <f. curules a>ediles memoriae <prodiderunt> historici. Solebant <**enim saltare**> in o<rc>hestra dum <**in scae**-

---

SALARIAM. Haec fere supplent docti : app. <quod inpetratum sit>ut, etc.

SALACIA. Hinc nimirum Gloss. Philox. SA 50, 60 Salacia : Ἀμφιτρίτη Νηρεῖς. Fortasse etiam Gloss. Ansil. (Abol.) SA 166 Salacia : dea Paganorum, quasi maritima. ‖hoc est.. salaces] Pauli sunt haec, non Festi. Vide supra ad Barbari (32,16).

SALUTARIS PORTA. Si mecum agnoscis lacunam propter homoeon, supple, si placet, ad finem ex loco priore s. v. Praetor Ad Portam Nunc Salutatur (276,15).

SALTATIONES. prim.] Cf. Liv. 7, 2. De toto loco disputavit Reitzenstein (Verrianische Forschungen 100).

na actus fabulae componeren tur, **cum gestibus** obscaenis.

Salva res est; saltat senex, quod parasiti Apollinis in scaena dictitent, causam Verrius in lib. V quorum prima est P littera reddidit, quod C. Sulpicio C. Fulvio cos., M. Calpurnio Pisone praetore urb. faciente ludos subito ad arma exierint nuntiat[i]o adventu[s] hostium victoresque in theatrum redierint solliciti ne intermissi religionem adferrent instaurati qui [illegible]rendique] essent : inventum esse ibi C. Pomponium libertinum mimum magno natu qui ad tibicinem saltaret. Itaque gaudio non interruptae religionis editam vocem nunc quoque celebrari. At in hoc libro refert Sinni Capitonis verba quibus eos ludos Apollinares Claudio et Fulvio cos. factos dicit ex libris Sibyllinis et vaticinio Marci vatis institutos, nec nominatur ullus Pomponius. Ridiculeque de ip sa appellatione *parasitorum Apollinis* hic causam reddit, cum in eo praeterisset. Ait enim ita appellari quod C. Volumnius, qui ad tibicinem saltarit, secundarum partium fuerit, qui fere omnibus mimis parasitus inducatur. Quam inconstantiam Verri nostri non sine rubore rettuli.

Salios a saliendo et saltando dictos esse quamvis dubitari non debeat, tamen Polemon ait Arcada quendam fuisse nomine Salium quem Aeneas a Mantinea in Italiam deduxerit, qui iuvenes Italicos ἐνόπλιον saltationem docuerit. At Critolaus Saona ex Samothrace, cum Aenea deos Penates qui Lavinium transtulerit, Saliare genus saltandi instituisse ; a quo appellatos Salios. Quibus per omnes dies, ubicumque manent, quia amplae ponuntur cena<e>, siquae aliae magnae dum (dicuntur ?). *Saliares* appellantur.

Salmacis nomine nympha Caeli et Terrae filia fertur causa fontis Halicarnasi aquae appellandae fuisse Salmacidis ; quam qui bibisset vitio inpudicitiae mollesceret. Ob eam rem queid (quod) eius aditus angustatus parietibus occasionem largitur iuvenibus petulantibus antecedentium puerorum puellarumque violandarum, quia non pate<t re>fugium Ennius (trag. 338) :

Salmacida spolia sine sanguine et sudore (si. su. et sa.).

Salias virgines Cincius (30) ait esse conducticias quae ad Salios adhibeantur cum apicibus paludatas ; quas Aelius Stilo scribsit sacrificium facere in Regia cum pontifice paludatas cum apicibus in modum Saliorum.

Spondere Verrius putat dictum quod sponte sua, id est voluntate, promittatur. Deinde oblitus inferiore capite *sponsum* et *sponsam* ex Graeco dicta[m] ait quod i σπονδάς interpositis rebus divinis faciant.

(Paul.) Spondere putatur dictum quod sponte sua, id est voluntate, promittatur.

SALVA RES EST. SALTAT SENEX. Cf. Servii duas explanationes, ad Aen. 3, 279 (.. unde et natum proverbium est « omnia secunda : saltat senex »); ad Aen. 8, 110 (.. dictum est hoc proverbium « salva res est ; saltat senex »). || parasiti Ap.] Cf. Alb. Müller (Philol. 63, 342). || Apollonis] Haec declinatio etiam supra (438,33 Apolloni).

SALIOS. Isidorum (Etym. 18,50) ex Donato in Aen. 8, 663 (cf. Serv. auct. ad loc.) hausisse credo ; potuisse tamen Donatum ex Verrio haurire.

SALIARES CENAE. Hincine gl. Abol. (SA 16), cuius vera forma in aliquot codd. Glossarii AA apparet, Saliares cenas : sumptuosas, quae fiunt Saliis ? dum] dicuntur (**per compendium** d **script.**) **conieci:** sunt **docti.**

SALIAS. Regia] Cf. supra, s. v. (346, 37).

SPONDERE. Cf. infra, s. v. (462,22 antique ponebatur pro dicere [illegible]). Cf. Varr. L. L. 6, 69 . Spondere est dicere ' spondeo ', a sponte, nam id valet et [a] voluntate... ab eadem sponte.. et sponsa, etc.

Salicem idem virgulti genus, non arboris dicit, et ridicule interpretatur dictam quod ea celeritate crescat ut salire videatur.

Salinum in mensa pro aquali solitum esse poni ait cum patella quia nihil aliud sit sal quam aqua.

Salentinos a salo dictos, Cretas et Illyrios qui cum Locrensibus navigantes societatem fecerint eius regionis Italiae quam d<**icunt de is**>.

(Paul.) Salentini a salo sunt appellati.

<*Saeculares ludi*> Tarquini Superbi regis i<n agro quem> ..(**10 litt.**).. Marti consecravit <P. Claudius Pulcher> cos,, quod populus Romanus in l.. (**23 litt.**).. aram quoque Diti ac <Proserpinae> .. (**10 litt.**).. <in> extremo Mart<io campo **qui locus** *Tarentum* ap>pellatur, demissam <infra terram pedes circiter> viginti, in qua.. (**22 litt.**).. <populus> Romanus facere sacr<a> ..(**18 litt.**).. <nono> et nonagensi<mo anno ante M. Valerio Corvino et M.> Popilio Laenate <consulibus> ..(**17 litt.**).. <ho>stis furvis est .. (**7 litt.**).. <tribus diebus totidem>que noctibus, ac de<inde institutum est deinceps cen>tum post annos ut ..(**20 litt.**).. <sae>culares appella<ti quod centum annorum spatium> saeculi habetur.

(Paul.) Saeculares ludi apud Romanos post centum annos fiebant quia saeculum centum annos extendi existimabant.

<*Sc*>*uti*<*lum* tenue et macrum> ..(**8 litt.**).. <ex> Graeco, ut cum dicim<us **scutilum hominem esse**, exi>lem aliquem demo<nstramus, pelliculam tantum. In> pompa aliud de ..(**20 litt.**).. <scu>tilum de scrutis ..(**22 litt.**).. qui virtute po ..(**24 litt.**).. scutilo cum cor **.

(Paul.) Scutilum tenue et macrum, et in quo tantum exilis pellicula cernitur.

<*Squalidum* in>cultum et sord<idum> .. (**18 litt.**).. <dic>tum, quod proxime <squa-

---

SALICEM. Aut hinc aut ex scholio ad Geo 2, 110 Isidorus (Etym. 17,7, 47) : Salix dicta quod celeriter saliat, hoc est velociter crescat.

SALENTINOS. Cf. Varr. Rer. Hum. III (ap. Prob. Ecl. 6, 31) . Salentini dicti quod in salo amicitiam fecerint, etc.

SAECULARES LUDI Cf. ps.– Acr. Carm. Saec. 8 : Verrius Flaccus refert carmen saeculare et sacrificium inter annos centum et decem Diti et Proserpinae constitutum bello Punico primo ex responso decemvirorum, cum iussi essent libros Sibyllinos inspicere ob prodigium quod eo bello accidit — nam pars murorum Urbis fulmine icta ruit– ; atque ita responderunt, bellum adversus Carthaginenses prospere geri posse si Diti et Proserpinae triduo, id est tribus diebus et tribus noctibus, ludi fuissent celebrati et carmen cantatum inter sacrificia ; hoc accidit consulibus P. Claudio Pulchro ; L. Iunio Pulchro ; Censorin. 17,8 Varro de Scaenicis Originibus lib. I ita scriptum reliquit .. uti Diti et Proserpinae ludi Tarentini in campo Martio fierent tribus noctibus et hostiae furvae immolarentur utique ludi centesimo quoque anno fierent.

TARENTUM. Cf. infra, s. v. (478, 16 in campo Martio locus, etc.).

SCUTILUM. Graec.] i. e. σκῦτος ? i. e. σκύταλον ? de scrut.] Aliena, ni fallor, sunt ea quae infra sunt (448,10). In Gloss. Abol. duae glossae conflatae sunt ita ut maneat nonnisi lemma alterius, alterius interpretatio. (SC 38-39) Scrufertarii : .... : viles atque contempti. Verane forma fuit Strufertarii : sacrificia ad arbores fulguritas facientes (cf. infra, 376,14) Scrutili : viles atque contempti ? Si fuit, habes quod suppleas, ut puta : < In >pompa aliud de<monstramus cum dicimus scru>tilum, de scrutis, <id est vilem atque contemptum> qui virtute po<stponitur>, etc. Sed incertis incertiora haec omnia esse non est cur moneam. Sunt saltem supplemento Muelleriano non deteriora.

SQUALIDUM. Hinc Gloss. Abol. SQ 2 (cf. Aff. — Abol.) Squalidus : sordidus, incultus

mae ad similitudinem pi>scium accedit ; in **.

diti paludum squ.. (17 litt.**)..
<Ennius> in Telepho (287) :

quam ve stitus, squalida saeptus stola.

(Paul.) Squalidum incultum et sordidum, quod proxime similitudinem habeat squamae piscium sic appellatum.

Squarro.os ab eadem squamarum> ..(**7 litt.**).. similitudine ait dic<tos quorum cutis exsur>git ob adsiduam inlu<viem. Lucilius (1121) :

varo>num ac rupicum squarr<osa incondita> rostra.

(Paul.) Squarrosi ab eadem squamarum similitudine dicti quorum cutis exsurgit ob assiduam inluviem. Lucilius « varonum ac rupicum squarrosa incondita rostra ».

Schoeniculas app<ellavit mere>trices Plautus propter usum ung<uenti schoeni>, quod est pessimi generis. Itaque <dixit> (Cist. 407) :

<diobolares schoeniculae> miraculae
cum extertis <talis, cum **todillis** crusculis.>

Idem (Poen. 266) :

prosedas pistorum <amicas, **reliquias** alicarias>
miseras schoeno dili<butas servilicolas sordid>as.

(Paul.) Schoeniculae appellantur meretrices propter usum unguenti schoeni, quod est pessimi generis.

Scorta appel<lantur meretrices ex cons>uetudine rusticorum ..(**22 litt.**).. quos solebant di<cere> ..(**15 litt.**).. delicularum (pellic– ?). Omnia <namque ex pellibus facta *scorte*>*a* appellantur.<*Scortes*, id est pelles testium ari>etinorum, ab isdem <pellibus> .. (**7 litt.**)..,<dicta>s esse ait.

(Paul) Scorta appellantur meretrices quia ut pelliculae subiguntur. Omnia namque ex pellibus facta scortea appellantur.

Scortes, id est pelles testium arietinorum, ab eisdem pellibus dicti.

Scandu<laca genus herbae frugibus> inimicae quod eas <velut hedera inplicando >necat.

(Paul.) Scandulaca, genus herbae, frugibus inimica quod eas velut edera inplicando necat.

Scapten<sula locus ubi effoditur argen>tum in Macedonia <dictus a fodiendo>, quod est Graece σκάπ<τειν. Lucretius> (6, 810) :

<qu>alis exspiret Scap<tensula subter odores>.

(Paul.) Scaptensula locus ubi argentum effoditur in Macedonia, dictus a fodiendo. Σκάπτειν namque Graece fodere dicitur. Lucretius « quales expiret Scaptensula subter odores ».

<*S*>*pa*<*ra*> parvissimi <generis iacula **ab eo quod**> spargantur dicta ..(**15 litt.**)..

SCHOENICULAS. Cist.] Vide ad Diobolares Meretrices (65,8). Poen.] Vide ad Crocotillum (46,6).

SCORTA. Cf. Varr. L. L. 7, 84 : Scortari est saepius meretriculam ducere, quae dicta a pelle ; id enim non solum antiqui dicebant scortum sed etiam nunc dicimus scortea ea quae e corio ac pellibus sunt facta ... in Atellanis licet animadvertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto, ' pelliculam '. Cf. infra, s. v. Scrautum (448, 28). Haec supplent docti : rust. qui, ut est in Atellanis apud anti>quos.

SCORTEA. Hincine Gloss. Philox. SC 57 Scorteum : σκυτινόν, δερματινόν ?

SCAPTENSULA. Hincine Gloss. Abol. SC 17 Scaptensulas : argentifodinas ?

SPARA. Cf. Serv. auct. Aen. 11, 682 : Varro ait sparum telum missile a piscium ductum similitudine qui spari vocantur ; alii sparos a spargendo dici putant. Vide supra, ad Rumex 32,3 genus teli simile spari Gallici].

<Lucilius> (1315) : tum spara, tum ru-<mices portantur, tragula> porro.

(Paul.) Spara parvissimi generis iacula, a spargendo dicta. Lucilius « tum spara, tum murices portantur, tragula porro ».

Scitum populi <est quod cum magistr>atus patricius <rogavit populusque suis su>ffragis iussit ..(**22 litt.**).. us ex patribus et ..(**22 litt.**).. iam leges scrib tae<.. (**17 litt.**).. <*Plebisci*>*tum* est quod tribunus aedilisve plebis eam rogavit, id est consu<luit, plebesque scivit>. *Plebes* autem est populus Romanus **universus**> praeter patricios.

<*Scitae* alias quae sunt> bona facie, a<li>as bonis artibus mulieres a poetis usurpantur. Te<rentius in Phormion>e (110 :

satis, inquit, scita,

et <in Heautontimoro>umeno (764) :

at si scias quam scite <in mentem vene>rit.

Ennius in lib. <X>VI (438) :

lumen ..(**16 litt.**).. scitus agaso.

Scenam genus ..(**16 litt.**).. manifestum est ; sed utrum securis an dolabra sit ambigitur. Quam Cincius in libro qui est ei (II ?) de Verbis Priscis (16) dolabram ait esse pontificiam. Livius in Lydio (com. 2) :

corruit quasi ictus scena, haut multo secus.

SEX POMPEI FESTI DE VERBORUM SIGNIFICAT. LIB. XVIII. INCIPIT LIB. XVIIII.

Scirpus est id quod in palustribus locis nascitur leve et procerum, unde tegetes fiunt. Inde proverbium est in eas natum res quae nullius inpedimenti sunt « *in scirpo nodum quaerere* ». Ennius (Sat. 70) :

quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum,

et Plautus in Aulularia (595) :

quasi pueri qui nare discunt scirpo (–pea ?) induetur (–uitur) ratis,

Novius in Phoenissis 79) :

sume arma ; iam te occidam clava scirpia.

Spira dicitur et basis columnae unius tori aut duorum, et genus operis pistori, et funis nauticus in orbem convolutus, ab eadem omnes similitudine. Pacuvius (385) :

quid cessatis, socii, eicere spiras sparteas ?

Ennius quidem hominum multitudinem ita appellat cum ait (Ann. 510) :

spiras legionibus nexit.

(Paul.) Spira dicitur et basis columnae unius tori aut duorum, et genus operis pistorii, et funis nauticus in orbem convolutus, ab eadem omnes similitudine. Ennius vero hominum multitudinem spiram vocavit.

Spectu sine praepositione Pacuvius in Duloreste usus est cum ait (147) :

amplus rubicundo colore et spectu protervo ferox.

(Paul.) Specto sine praepositione Pacuvius posuit.

Spe c tile vocatur infra umbilicum suis quod est carnis proprii cuiusdam habitus, exos, qua etiam antiqui per se utebantur,

---

PLEBI SCITUM. Cf. supra, s. v. Populi Commune Suffragium (264,17.. at cum plebes sine patribus Tributis Comitiis convenit, quod plebes scivit plebiscitum, non populi suffragium appellatur) ; s. v. Scita Plebei (372,20 appellantur ea quae pleps suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante).

SCENAM. Cf. supra, s. v. (422, 33 ab alis, a quibusdam sacena appellatur dolabra pontificalis).

SCIRPUS. Plaut.] iterum citatus s. v. Nare (168,1), ubi ' scirpea induitur '.

SPIRA. Ex scholio Vergiliano (Dona i ?) ad Aen. 2, 217 vel 12, 848 (cf. Gloss. Ansil. SP 185) Isidorus (Etym. 19, 4, 2) hausit.

SPECTU, SPICIT. Cf. infra, s. v. Spiciunt (466, 14).

Plautus enumerandis suillis obsonis in Carbonaria sic meminit (49) :

ego pernam, sumen sueres (-ris ?), spectile, galum (callum ?), glandia.

(Paul.) Spetile [caro quaedam proprii cuiusdam habitus infra umbilicum suis.

Spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui. Plautus (Mil. 694) :

flagitium est si nihil mittetur quae supercilio spicit.

Et spexit. Ennius lib. XVI (Ann. 421) :

quos ubi rex <E>pulo spexit de co[n]tibus celsis.

(Paul.) Spicit quoque sine praepositione dixerunt antiqui.

Spirillum vocari ait Opill[i]us Aurelius caprae barbam.

(Paul.) Spirillum barba caprae appellatur.

Spintyrnix (–urn–) est avis genus turpis figurae (carm. inc. p. 52) :

occursatrix artificum perdita spinturnix.

Ea Graece dicitur, ut ait Santra, σπινθαρίς.

(Paul.) Spintyrnix genus avis turpis figurae. Ea Graece dicitur σπινθαρίς.

Spicum masculine antiqui dicebant, ut hunc *stirpem* et hanc *amnem*. Versus est antiquus (com. inc. 68) :

quasi messor per messim unumquemque spicum collegit.

Speres antiqui pluraliter dicebant, ut Ennius lib. II (128) :

et simul effugit speres ita funditus nostras,

et lib. XVI (429) :

spero, si speres quicquam prodesse potis sunt.

Spectio in auguralibus ponitur pro aspectione et nuntiato, quia omne ius sacrorum habent auguribus. Spectio dumtaxat quorum consilio rem gererent magistratus, non ut possent impedire nuntiando quae, cum (quaecumque ?) vidissent ; at is spectio sine nuntiatione data est ut ipsi auspicio rem gererent, non ut alios impedirent nuntiando.

Scripturarius ager publicus appellatur in quo ut pecora pascantur certum aes est, quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore.

Scribas proprio nomine antiqui et librarios et poetas vocabant ; at nunc dicuntur scribae equidem librari qui rationes publicas scribunt in tabulis. Itaque cum Livius Andronicus bello Punico secundo scribsisset carmen quod a virginibus est cantatum, quia prosperius respublica populi Romani geri coepta est, publice adtributa est et (ei ?) in Aventino aedis Minervae in qua liceret scribis histrionibusque consistere ac dona ponere ; in honorem Livi quia is et scribebat fabulas et agebat.

Scrattae dicebantur nugatoriae ac despiciendae mulieres, ut ait unus (Verrius ?), ab is quae *screa* idem appellabant, id est quae quis excreare solet quatenus id faciendo se purgaret. Titinius in Prilia (74) :

rectius mecastor Piculetae (?) Postumae lectum hodie stratum vidi scratt[i]ae muli<eris>.

SPIRILLUM. Aliam formam 'stirillum' (cf. stiria) testari videtur gl. Abstr. (ex schol. Vergiliano, fortasse ad Geo. 3, 366, hausta) (ST 12) Sterillum : barba de capra † iocai †. Cf. Mountford (Quotations in Latin Glossaries, p. 127).

SPINTURNIX. Cf. Weihrich (Wien. Stud. 31, 144).

SPICUM. Cf. supra, s. v. Restibilis Ager (352,22).

STIRPEM. Cf. supra, s. v. (412,13).

AMNEM. Cf. supra, s. v. Corius (53,4) ; s. v. Petronia Amnis (296,26).

SCRATTAE. Scraptae cod., Nonius 169,9. Hinc Gloss. Ansl. (Abol.) (SC 303) Scrattae : despectae, nugatoriae. Cf. Varro L. L. 7,65 : Ab excreando scrattae siccas significat. Vide supra ad Diobolares Meretrices (65,8).

(Paul.) Sartae nugatoriae ac despiciendae mulieres.

<*Scrutillus* (–um ?) appel>labatur venter suillus co<ndita farte expletus>. Plautus (inc. frag. 43) :

venter suillus. Di b<oni> ..(**14 litt.**).. in illum ;
ego me hodie e ..(**15 litt.**).. <com>esa farte
biberem ir<neam>.. (**20 litt.**)..

(Paul.) Scrutillus venter suillus condita farte expletus.

Spinther vocabatur <armillae genus quod mulie>res antiquae gere<re solebant brachio summo> sinistro. Plautus (Men. 527) :

iu<beasque spinther novum> reconcinnarier.

(Paul.) Spinter armillae genus quo mulieres utebantur brachio summo sinistro.

<*Scrupi* ** aspera> saxa et difficili<a attrectatu> ..(**10 litt.**).. ri insuetae aut.. (**23 litt.**).. lere. Ennius in An<dromeda> (100) :

<scrupeo inves>tita saxo atque ost<reis squamae scabrent>.

Unde *scrupulosam* <rem dicimus quae aliquid habet> in se asperi. Cornel<ius Sisenna Histor. lib.> IIII (124) : His tum iniectus <est levis scrupulus> et quaedam dubitatio **.

(Paul.) Scrupi dicuntur aspera saxa et difficilia attrectatu ; unde scrupulosam rem dicimus quae aliquid in se habet asperi.

<*Scrau*>*tum* vocabatur p<elliceum in quo sagittae> reconduntur ab ead<em causa qua *scortum*>, quia pellibus nomen a σκ<ῦτος>. (**14 litt.**).. <unde> *scuticae* et *scuta*, qui<a non sine pellibus sunt>.

(Paul.) Scrautum pelliceum in quo sagittae reconduntur, appellatum ab eadem causa qua scortum. Σκῦτος enim Graece pellis dicitur ; unde scyticae et scuta, quia non sine pellibus sunt.

Sceleratus campus app<ellatur proxime portam Col>linam, in quo virgin<es Vestales quae incestum> fecerunt defossae sunt v<ivae>.

(Paul.) Sceleratus campus appellatur proxime portam Collinam, in quo virgines Vestales quae incestum fecerunt defossae sunt.

<*Scribonianum* ap>pellatur ante atria <puteal quod fecit Scri>bonius, cui

---

SCREA. crea **ps. Plac.** (Crea : stercus. Unde nos ea quae ore abicimus excreare dicimus, id est expuere).

SCRUTILLUS. Supple, si libet : di b<oni, modo mi esset aditus> in illum ! ego me ho. e<xplerem, scrutillique omni com>esa farte. (Cf. Class. Quart. 7,119.) Et crede mecum Plautum hoc vocabulum diminutive ab eo quod est scrutum finxisse neque in ullo alio versu adhibuisse. Nam in indiciis quae hic versus praebet tota glossographorum commentatio nititur.

SCRUPI. Cf. Varro L. L. 7, 65 : In Cistellaria « scrattae scrupedae strittabillae tantulae ; ... scrupedam .. Valerius a pede ac scrupea ; ex eo Acci positum pro curiosa ; itaque est in Melanippo « reicis abs te religionem, scrupeam imponas ». Fortasse igitur sic supplend. : attr.< et *scrupedae* ama>ri ins. aut <.nimis difficiles videntur va>lere. Vide supra ad Diobolares Meretrices (65,8).

SCRAUTUM. scort.] Cf. supra, s. v. Scorta (442,23). Hinc Gloss. Philox. ST 75 Scrautum θήκη δερματίνη βελῶν.

SCELERATUS CAMPUS. Cf. supra, s. v. Probrum Virginis Vestalis (277, 10). port Coll.] Cf. Liv. 22, 57. 2 : Duae Vestales eo anno (**a. 538**), Opimia et Floronia, stupri compertae ; altera sub terra, ut mos est, ad portam Collinam necata.

SCRIBONIANUM. Cf. Schol. Pers. 4, 49 : Faeneratores ad puteal Scribonii Libonis

negotium da tum a senatu fuerat ut> conquireret sacella att<acta>.. (**10 litt.**).. <pro>curavit, quia in eo loco ..(**19 litt.**).. sacellum fuit quod igno ..(**19 litt.**).. ut quidam fulgur conditum, quod ..(**16 litt.**).. ne fas est integi : semper foramin e .. ..(**9 litt.**).. <aper>to caelum patet.

Sceleratus vi<cus appellatur> octus (quod cum ?) Tarquinius Superbus interfici<endum curas>set Servium Tullium regem soce<rum suum, corpus eius iacens filia carp>ento supervectast, pro<perans in possession>em domus paternae.

(Paul.) Sceleratus vicus Romae appellatur quod cum Tarquinius Superbus interficiendum curasset Servium regem socerum suum, corpus eius iacens filia carpento supervecta sit, properans in possessionem domus paternae.

Scele<rata porta> .. (**9 litt.**).. <app>ellatur a quibusdam ; <quae et Carmentali>s dicitur quod ei proximum Car<mentae sacellum fuit ; scele>rata autem quod per eam <sex et trecenti Fabii c>um clientium millibus <quinque egressi adversus E>truscos ad amnem <Cremeram omnes sunt inter>fecti. Qua ex cau<sa factum est ut ea porta in>trare egredive <religioni quibusdam sit>.

(Paul.) Scelerata porta, quae et Carmentalis dicitur, vocata quod per eam sex et trecenti Favii cum clientium millibus quinque egressi adversus Etruscos ad amnem Cremeram omnes sunt interfecti.

<*Schedi*>*a* genus navigii <inconditum, trabibus tantum inter> se conexis fac<tum, quo mercimonia circu>mferunt post amissam <navem> ..(**10 litt.**).. <Lucili>us quoque poemata <mala et versus non sa>tis perfecti[s] qui essent.. (**14 litt.**).. cum dixit (1279) :

qui schedium fa<ciam>.. (**20 litt.**)..

(Paul.) Schedia genus navigii inconditum, id est trabibus tantum inter se nexis factum ; unde mala poemata schedia appellantur.

Sexagenarios <*de ponte* olim deiciebant>, cuius causam mani ..(**18 litt.**).. <Roma>m qui incoluerint <primi Aborigines aliquem> hominem sexaginta <annorum qui esset immola>re Diti patri quot <annis soliti fuerint>, quod facere eos de<stitisse adventu Her>culis ; sed religio ..(**18 litt.**).. scirpeas hominum ef<figies de ponte in Tiberim antiquo>

---

quod est in porticu Iulia ad Fabianum arcum, consistere solebant. Scrib.] Fortasse L. Scribonius Libo, praetor anno 550 A. U. C. (Cf. Liv. 29, 9, 11).

SCELERATUS VICUS. Cf. supra. s. v. Orbius Clivus (196, 1). Cf. Varr. L. L. 5, 159 : Vicus Sceleratus dictus a Tullia Tarquinii Superbi uxore, quod ibi cum iaceret pater occisus, supra eum carpentum mulio ut inigeret iussit.

SCELERATA PORTA. Cf. supra. s. v. Religioni Est Quibusdam (358,1 porta Carmentali egredi.. quod ea egressi sex et trecenti Fabii apud Cremeram omnes interfecti sunt).

SCHEDIA. Lucil.] Cf. Petron. 4 : Sed ne me putes improbasse schedium Lucilianae improbitatis, quod sentio et ipse carmine effingam ; Apul. Socr. praef. : Sed ut me omnifariam noveritis, etiam in isto, ut ait Lucilius, schedio vitioso et incondito experimini.- Haec supplent docti : <navem. Eodem vocabulo Lucili>us. ||qui] nom. ? abl. ?

SEXAGENARIOS DE PONTE. Cf. supra. s. v. Argeos (14, 22 vocabant scirpeas effigies quae per virgines Vestales annis singulis iaciebantur in Tiberim). Quod lemma praecedit lemmati Arcere (14, 24 prohibere est, etc.). Cf. etiam supra. s. v. Depontani (66,5 senes appellabantur qui sexagenarii de ponte deiciebantur).

cu. cau. Mani lius (Monum. 10) hanc refert quod **Roma**>m **docti**. religi onis observatione postea> scirp. **docti**.

modo mittere <instituisse. Ali dicun>t morante in Italia <Hercule, quod quidam e>ius comitum habitave<rint> ..(**16 litt.**).. am haberi atque Arga<**ei a patria vocati**> fuerint arvi (Argis ?), quorum pro<pagatam memori>am redintegrari eo ge nere sacri. **Alii a Graeci**>a legatum quondam Arga<eum>.. (**14 litt.**)..ssi Romae moratum esse : is ut <**ex vita excesseri**>t, institutum a sacerdotibus ut .. (**14 litt.**)..<s>cirpea ex omnibus, cumque publicae (–ce ?).. (**14 litt.**) ..<nu>ntiavisset, per flumen ac mare in patriam remitteretur. Sunt qui dicant post Urbem a Gallis liberatam, ob inopiam cibatus coeptos sexaginta annorum homines iaci in Tiberim, ex quo numero unus filii pietate occultatus saepe profuerit <pa>triae consilio sub persona filii. Id ut sit cognitum, ei iuveni esse ignotum et sexsagenaris vita concessa. Latebras autem eius quibus *arcuerit* senem, id est cohibuerit et celaverit, sanctitate dignas esse visas ideoque *Arcaea* appellata. Sed exploratissimum illud est causae : quo tempore primum per pontem coeperunt comitiis suffragium ferre, iuniores conclamaverunt ut de ponte deicerentur sexagenari qui iam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi quam illi deligerent imperatorem ; cuius sententiae est etiam Sinnius Capito. Vanam autem opinionem de ponti Tiberino confirmavit Afranius in Repudiato (fr. 8).

Secus aliter significat, <et> *sexu*, natura habituque ; ex Graeco, quam illi vocant ἕξιν. Afranius in Privigno sic ait (240) :

orbus virili sexu adoptavit sibi,

Pacuvius in Atalanta (68) :

triplicem virili sexu partem procreat.

(Paul.) Sexus natura vel habitus ex Graeco exin vocatur.

Simpludiarea funera sunt quibus adhibentur dumtaxat ludi corbitoresque. Quidam ea dixerunt esse quibus neutrum genus interesset lud i-orum ; nam *indictiva* sunt quibus adhibentur non ludi modo sed etiam desultores, quae sunt amplissima.

(Paul.) Simpludiarea funera quibus ludos adhibebant.

Sex suffragia appellantur in equitum centuriis quae sunt adiectae ei numero centuriarum quas Priscus Tarquinius rex constituit.

Sertertius dicitur quarta pars denari quo tempore is decusis valebat, id est dupundius <et semis tertius> **

(Paul.) Sestertius dicitur quarta pars

ARCAEA. Cf. supra, s. v. Argea (18,5 loca Romae appellantur quod in his sepulti essent quidam Argivorum inlustres viri).

Sinn. Cap.] Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. II (ap. Non. 523. 22) : Ideo in proverbium quidam putant venisse ut diceretur sexagenarios de ponte deici oportere, id est quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebant

SECUS. et] supplevi ; sed vide ne plura interciderint. aliter] Cf. supra, s. v.379, 1 (Secus Valgius putat ex Graeco quod est ἑκάς dictum; absurde scilicet ; significat enim aperte aliter « hau secus non aliter », exemplis omnium fere qui eam vocem usurpant.) Ad vocem ' virile secus ' spectare Festum non possum non credere.

INDICTIVA. Cf. supra, s. v. Indictivum Funus (94,17 ad quod per praeconem evocabantur).

SESTERTIUS. **Post hoc lemma folium unum excidit e cod.**|| quo temp.] Cf. supra, s. v Grave Aes (87,8). Cf. infra, s. v. Trientem Tertium (498,9 duas libras pondo et trientem ; qua consuetudine hodieque utimur ..cum sestertium dicimus, id est duos asses et semissem tertium, etc.) : s. v. Sesterti Nota (470, 26 dicitur signa continere dupundi et semissis, etc.). Cf. Varr. L. L. 5, 173 : Denarii quod denos aeris valebant, quinarii quod quinos, sestertius quod semis tertius ; dupondius enim et semis antiquus sestertius est, etc.

denarii quo tempore is decussis valebat, id est dupondius et semis tertius.

(Paul.) *Sex milium et ducentorum hominum legionem* primus Gaius Marius conscripsit, cum antea quattuor milium fuisset; unde etiam *quadrata* appellabatur.

(Paul.) *Sibus* callidus sive acutus.

(Paul.) *Se[d]* pro sine inveniuntur posuisse antiqui.

(Paul.) *Sibynam* appellant Illyri telum venabuli simile. Ennius (Ann. 504):

Illyrii restant sicis sybinisque fodentes (-dant-).

(Paul.) *Sediculum* sedile. *Suduculum* genus flagelli, dictum quod vapulantes sudantes facit.

(Paul.) *Sectarius verber* qui gregem agnorum praecedens ducit.

(Paul.) *Secespitam* alii securim, alii dolabram aeneam, alii cultellum esse putant.

(Paul.) *Sicilicum* dictum quod semunciam secet.

(Paul.) *Secessiones* narrationes.

(Paul.) *Sicilices* hastarum spicula lata. Ennius (Ann. 507):

incedit veles vulgo sicilibus latis.

(Paul.) *Sectio* persecutio iuris.

(Paul.) *Secundae res* non a numero dicuntur sed quia, ut velimus, sequantur.

(Paul.) *Sincinium* cantionem solitariam.

(Paul.) *Sectores* et qui secant dicuntur et qui empta sua persequuntur.

(Paul.) *Sicyonia* genus calciamenti. Lucilius (1161):

et pedibus laeva Sicyonia demit honesta.

(Paul.) *Simultas*, id est odium, dicta ex contrario, quia minime sint odientes se simul. Potest et a simulatione dicta existimari, quia simulata loquuntur ad invicem.

SIBUS. Cf. supra, s. v. Persibus (238, 20 peracutum significare videtur).

SE. Cf. supra, s. v. Socordiam (374,17 compositum autem videtur ex se, quod est sine, et corde); s. v. Sudum (377,1 itaque sudum quasi 'seudum', id est sine udo, ut securus sine cura); infra, s. v. Segnitia (456, 31 dicitur quod sit sine nitendo quid utile aut honestum. Terentius « enimvero, Dave, nil loci est segnitiae neque socordiae »).

SYBINAM. Cf. Jacobsohn Herm. 45, 214. fod.] Cf. supra, s. v. Fodare (74,13 fodere).

SEDICULUM, SUDUCULUM. Variae lectiones, ni fallor, in Plaut. Pers. 419 (sudaculum flagri). Hinc illud extra litterarum ordinem sud-.

SECTARIUS. Alterum lemma Plautinum. Cf. Capt. 820: Qui Petroni nomen indunt verveci sectario.

SECESPITAM. Cf. infra, s. v. (472, 19 esse Antistius Labeo ait cultrum, etc.); supra, s. v. Scenam (444, 8 utrum securis an dolabra sit ambigitur).

SECESSIONES. Itidem Gellius cognatam vocem antiquam interpretatur (18,9): 'Insectiones' narrationes sermonesque.

SECTIO. Cf. infra, s. v, Sectores.

SINCINIUM. sinc- codd. Pauli: sic- codd. Isidori (Etym. 6, 19,6), sed sinc- in eo codice Isidori quo usus est Ansileubus (Gloss. Ansil. SI 383). Aliud videtur esse 'sicinnium' ap. Gell. 20, 3 (genus veteris saltationis) et ad Graecum quod est σίκιννις revocandum. Sed res obscura est.

SECTORES. Huc me Gloss. Ansil. (= Abol.) SE 65 Sectores proprie dicuntur qui bona proscribtorum dividunt et secant? Cf. supra, s. v. Sectio.

Paul.) *Sementivae feriae* fuerant institutae quasi (ut ?) ex [h]is fruges grandescere possint.

Paul.) *Simpulum* (-puium ?) vas parvulum non dissimile cyatho, quo vinum in sacrificiis libabatur ; unde et mulieres rebus divinis deditae *simpulatrices*.

(Paul.) *Senaculum* locus senatorum.

Sinistrae aves sinistrumque e[s]t *sinistimum* auspicium, id est quod sinat fieri. Varro lib. V Epistolicarum Quaestionum ait : « A deorum sede cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt parte<s> mundi exorientes, ad dexteram occidentes ; factum arbitror ut sinistra meliora auspicia quam dextra esse existimentur » Idem fere sentiunt Sinnius Capito et Cincius (31).

Sentinare satagere, dictum a sentina quam multae aquae navis cum recipit, periclitatur. Caecilius in Aethrione (4) :

cum Mercurio capit consilium postquam sentinat satis.

(Paul.) Sentinare satagere, dictum a sentina navis quam quis, ut aqua liberet, evacuare contendit ; itaque sentinare est suptiliter periculum vitare. Caecilius « capit consilium postquam sentinat satis ».

Senatores a senectute dici satis constat ; quos initio Romulus elegit centum, quorum consilio rempublicam administraret. Itaque etiam *patres* appellati sunt ; et nunc cum senatores adesse iubentur, « quibusque in senatu[m] sententiam dicere licet » ; quia [h]i qui post lustrum conditum ex iunioribus magistratum ceperunt et in senatu sententiam dicunt et non vocantur senatores ante quam in senioribus sunt censi.

Senatus decretum a consulto Aelius Gallus (19) sic distinguit ut id dicat particulam quandam esse *senatus consulti*, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum senatus consulti est.

Senis crinibus nubentes ornantur quod [h]is ornatus vetustissimus fuit. Quidam quod eo Vestales virgines ornentur, quarum castitatem viris suis sponoe (spondeant ?) a ceteris.

Sentes cum constet esse spinas et Afranius in Abducta dixerit (1) :

quam senticosa verba pertorquet turba (?) !

pro spinosis accipi debet.

(Paul.) Sentes spinae. Afranius « quam

SEMENTIVAE. Cf. supra, s. v. Conceptivae Feriae (55,1). Cf. Varro L. L. 6, 26 : Sementivae feriae dies is qui a pontificibus dictus, appellatus a semente, quod sationis causa susceptae.

SIMPULUM. Hinc Gloss. Philox. SI 53 Simpulum : κύαθος, unde simpulator. Fortasse etiam Schol. Iuv. 6, 342 (simpuvium ridere Numae) : Simpuvium vas sacrificiis aptum in quo pontifices libare solebant ..inde simpuviatrix illa dicitur quae porrigit poculum ipsum. simpulatrices] Cf. supra, s. v. Piatrix (232,32). Cf. Varro. L. L. 5, 124 : Qui vinum dabant ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt ; qui sumebant minutatim, a sumendo simpuium nominarunt

SENACULUM. Cf. infra, ad Senacula Tria (470,5). Cf. Varr. L. L. 5, 156 : Senaculum supra graecostasim, ubi aedis Concordiae et basilica Opimia ; senaculum vocatum ubi senatus aut ubi seniores consisterent, dictum ut γερουσία apud Graecos. Cf. supra, s. v. Gerusia (83, 27 curia, ab aetatis vocabulo dicta).

SENATORES. Cf. Gell. 3, 18,7 : Verba edicti haec sunt « senatores quibusque in senatu sententiam dicere licet ». Festum videtur adhibere Schol. Isid. : Senatores primum Romulus centum elegit ad consilium tribuendum, quos et a senectute senatores vocavit.

PATRES. Cf. supra, s. v. (288, 12).

senticosa verba pertorquet turba ! », hoc est spinosa.

Senium a senili acerbitate et vitiis dictum posuit Caecilius in Hymnide (73) :

sine suam senectutem ducat utique ad senium sorbitio (-bilo ?).

Senonas Gallos Verrius ait existimari appellari quia novi venerint ex Transalpina regione.. (**15 litt.**).. ξένους, postea Senon<as>.

<*Septentriones*> septem stellae appel<**antur, ut quae sint pro** bu>bus iunctis, quos *trio<nes* **a terra rustici**> appellent quod iunc<ti **terram arare soleant**>, quasi ' terriones '. <Et Plaustrum appellantur> quod id astrum Graec<i ἄμαξαν dicunt ; idque habet> partem quandam <temonis speciei>. Ennius (tr. 178) superat <stellas temo>.. (**10 litt.**).. Et physici eum summ .. **20 litt.**).. conten<**dunt**> temp<**ore**>.. (**19 litt.**).. aiunt, quod ita sunt <septem stellae sitae> ut ternae proximae <quaeque efficiant tria> trigona.

Scensas <Sabini dicebant quas> nunc cenas. Quae autem <nunc prandia cenas> habebant et pro ceni<s *vespernas* dicebant>.

(Paul.) Scensas Sabini cenas dicebant. Quae autem nunc prandiae sunt cenas habebant et pro cenis vespernas appellabant.

Signa, ut rerum, ita d<**icuntur epistolarum**> ; aut lapides aut fi<**ctiles effigies aut si**> adhuc aliqua ex <**diversa materie** scul>pantur etiam sed po<**sita in honorem alicuius**> simulacra ad effigi<em **eius** *statuae*.>

<*Sequester*> is dicitur qui inter aliquos c<ertantes medius, sicut> inter eos convenerit, <ita tenet depositum ali>quid ut ei reddat qui (cui) id <deberi iure sibi

---

SENIUM. Cf. supra, s. v. Anatem (26, 25 senium morbum senum).

SENONAS. Aliter Serv. auct. Aen. 8, 656 : Senones, qui Senones dicti sunt quod Liberum patrem hospitio recepissent.

SEPTENTRIONES. Hinc Gloss. Philox. TR 118-119 Triones : Ἄμαξα, βόες ἀρχαίως. Fortasse etiam Gloss. Abol. TR1 13 Trionibus : bubus. Cf. Varr. L. L. 7, 73-75. « Quid noctis videtur ? In altisono caeli clipeo temo superat stellas sublime agens etiam atque etiam noctis iter ».. has septem stellas Graeci, ut Homerus, vocant ἅμαξαν, ... nostri.. triones et temonem .. triones enim et boves appellantur a bubulcis etiam nunc, maxime cum arant teerram .. omnes qui teram arabant a terra ' terriones ', unde triones ut dicerentur de tritu.. possunt triones dicti. VII quod ita sitae stellae ut ternae trigona faciant aliquod ; Gell. 2, 21, 8-10 : Sed ego quidem cum L. Aelio et M. Varrone sentio qui triones rustico cetera vocabulo boves appellatos scribunt, quasi quosdam ' terriones ', hoc est arandae colendaeque terrae idoneos ; itaque hoc sidus, quod .. antiqui Graecorum ἅμαξαν dixerunt, nostri quoque veteres a bubus iunctis septentriones appellarunt, id est septem stellis, ex quibus quasi iuncti triones figurantur .. Varro addit dubitare sese an propterea magis hae septem stellae triones appellatae sint, quia ita sunt sitae ut ternae stellae proximae quaeque inter se faciant trigona, id est triquetras figuras : Gloss. Ansil. (ex Schol. Vergil.) TR 329 Triones : Aboriginum lingua aratores boves triones, quasi ' terriones ', dicebantur.

SCENSAS. A voce antiqua Romanorum ' cesna ' (cf. supra, 222, 26 ; 228, 10) aliena haec vox Sabina esse videtur. Cf. supra, s. v. Cena (47,8 apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium, vesperna quam nunc cenam appellamus) ; s. v. Prandium (249, 13 ex Graeco προένδιον est dictum ; nam meridianum cibum cenam vocabant) ; infra, s. v. Vesperna (505, 26 apud Plautum cena intellegitur). Etiam s. v. Merendam (111, 4 antiqui dicebant pro prandio quod scilicet medio die caperetur) : s. v. Prandicula (296, 21 antiqui dicebant quae nunc ientacula) ; s. v. Silatum (472,6).

SIGNA. Hincine Gloss. Philox. SI 23 Signa : ζῴδια καὶ σημεῖα καὶ σφραγῖδες ?

con>stiterit. Cato in ea ora<tione quam habuit> de Indigitibus (1) : « Sinunt ..(**18 litt.**).. ut bona rapiant, aut ..(**18 litt.**)... sequestro dent ». Et Pla<utus in Mercatore> (737) :

<immo> sic ; sequestro mihi data <est. Intellego>.

<*Sepul*>*chrum* est, ut ait Gallus Aeli<us (20), locus in quo> mortuus sepultus est, quod anti<qui *bustum* appel>labant ; [h]isque cippis aut ali<qua alia re mor>tui causa designatus est intra <quos fines se>pultura est facta.

Segnitia <dicitur quod sit sine nitendo quid utile aut> honestum. Terentius (Andr. 206) :

<enimvero, Dave, nihil loci> est segnitiae neque socor<diae>.

(Paul.) Segnitia dicitur quod sit sine nitendo quid utile aut honestum. Terentius « enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae neque socordiae ».

<*Signare*> ..(**8 litt.**).. men dicitur signis notare <pecora>.. (**11 litt.**).. sed antiqui eo pro scribe<re utebantur ; unde et subsigna>re et consignare ..(**14 litt.**).. <pro subscrib>ere et conscri<bere>.

(Paul.) Signare significat modo scribere, modo anulo signa inprimere, modo pecora signis notare.

<*Septimontium* dies ap>pellatur mense <Decembri post eum qui dicitur in> Fastis Agonalia, <quod eo die septem m>ontibus fiunt sa<crificia : Palatio, Velia, F>agutali, Subura, <Cermalo, Caelio, Oppio> et Cispio.

(Paul.) Septimontium appellabant diem festum, quod in septem locis faciebant sacrificium : Palatio, Velia, Fagutalia, Subura, Cermalo, Caelio, Oppio et Cispio.

Sifus ..(**18 litt.**).. cis ipsis, id quod Graece <σίφων> ..(**9 litt.**).. <le>ge rivalicia sic est ..(**14 litt.**).. <« rogant>[a]e populum Ser. Sulpi<cio>.. (**14 litt.**).. <mon>tani paganive si<fis aquam dividunt>o, donec eam inter se <diviserint, **praetori**>s iudicatio esto ».

Si<*parium*, quo **in scaena** mimi> utuntur, dictum ait <Verrius a puellari vesti>mento quod vocetur <*supparus*. *Siparum* ap>pellant *dolonem*, <velum minus in navi, ut> acation maius. <Siparum autem dictum ait Sinniu>s Capito velut se<paratum, scilicet a reg>ione interioris <navis>.

(Paul.) Siparium genus veli mimicum.

<« *Sepultum m*>*orte meroque* » cum ait

BUSTUM. Cf. supra, s. v. (29,10 modo busta sepulcra appellamus).

SEGNITIA. quasi se-gnitia. Cf. supra, s. v. Se (453,9 pro sine inveniuntur posuisse antiqui).

SIGNARE. Cf. supra, s. v. Resignare (352, 4 antiqui pro rescribere ponebant, ut adhuc subsignare dicimus pro subscribere) ; s v. Resignatum Aes (358, 20 signare enim antiqui pro scribere interdum ponebant). **An** <Signamus anulo ; ta>men dic. sig. not. <pecora signare illa> ; sed, etc. ?

SEPTIMONTIUM. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Septimontium : dies festus urbis Romanae quia supra septem montes sedet ? Cf. Varr. L. L. 6, 24 : Dies Septimontium nominatus ab his septem montibus in quis sita Urbs est, etc. Cf. infra, s. v. Septimontio (476 1 ut ait Antistius Labeo, hisce montibus feriae : Palatio etc.), ubi ' montibus ' dat. casu. Agonalia]. Cf. supra, s. v. Agonium (9, 15).

SIPARIUM, SUPPARUS, SIPARUM. De his vocabulis cf. Housman (Class. Quart. 13, 149).

SUPPARUS. Cf. supra, s. v. (406, 8 puellare dicebatur vestimentum, etc.).

SIPARUM. Hincine Isidorus (Etym. 19, 3, 4) Siparum .. quod a separatione existimant nominatum ?

SEPULTUM MORTE MEROQUE. Tuscivic.] Cf. Cichorius (Untersuch. z. Lucil. 355).

<Lucilius> (dub. 1374).. (10 litt..).. c L. Terentio Tuscivi<cano> ..(13 litt.).. vivum de saxo Tarpeio desiluisse, cum eo> venisset com[m]isatum, quod <vini vi tacere es set coactus.

Seplasia <vicus Campanus in q>uo plurimi unguenta<ri> ..(13 litt.).. cuius meminit Cicero (Pis. 24) : Seplasia m] <mehercule, ut dici> audiebam, te ut primum aspe<xit Campanum> consulem repudiavit.

Sati<cula oppid>um in Samnio captum est : quo postea colon iam deduxerunt triumviri M. Valerius Corvus, Iunius Scaeva, P. Fulvius Longus ex senatus consulto Kal. Ianuaris P. Papirio Cursore, C. Iunio II cos.

Segesta, quae nunc appellatur, oppidum in Sicilia est quod videtur Aeneas condidisse praeposito ibi Egesto, qui eam *Egestam* nominavit. Sed praeposita est ei S littera ne obsceno nomine appellaretur, ut factum est in *Malevento*, quod *Beneventum* dictum est, et in *Epidamno*, quod usurparunt *Dyrrachium*.

Seliquastra (sil- ?) sedilia antiqui generis appellantur D littera in L conversa, ut etiam in *sella* factum est et *subsellio* et *solio*, quae non minus a sedendo dicta sunt.

(Paul.) Seliquastra genus sedilium.

Silus appellatur naso susus versus repando. Unde galeae quoque a similitudine *silae* dicebantur.

(Paul.) Silus appellatur naso sursum versus et repandus. Unde galeae quoque a similitudine silae dictae sunt.

Silvi sunt appellati Albani reges a Laviniae filio, quem post excessum Aeneae gravida relicta, timens periculum et suae vitae et eius quem utero gerebat, in silvis latens enixa est. Qui restitutus in regnum est post mortem Ascani, praelatus Iulo fratris filio cum inter eos de regno ambigeretur.

Sertorem quidam putant dictum a prendendo, quia <cum> cuipiam adserat manum educendi eius gratia ex servitute in libertatem vocetur *adsertor* ; cum veri similius sit dictum qui sereret quid, ac potius adsertorem a serendo cepisse nomen cum aliquem *serat* petendo in libertatem eandem qua ipse sit, id est iungat ; quia fruges cum seruntur terrae iungit. Quod totum Verrius ἀπιθάνως introduxit. *Seges* dicitur ea pars agri quae arata et consita est ; a serendo videlicet.

Serilia Verrius appellari putat navigia Histrica ac Liburnica quae lino ac sparto condensantur, a conserendo et contexendo dicta, quia dicat Pacuvius in Niptris (250) :

nec ulla sub<s>cus cohibet conpagem alvei,
sed suta lino et sparteis serilibus ;

cum περιφραστικῶς et ficto vocabulo usus sit pro funiculis, qui sparto conseruntur.

(Paul.) Serilla navigia Histrica quae

SEPLASIA. Cf. supra, s. v. (418, 27 aut Seplasium, etc.).

BENEVENTUM. Cf. supra, s. v. (31, 17).

SELIQUASTRA. Cf. Varr. L. L. 5, 128 : Ab sedendo appellatae sedes, sedile, solium, sellae, siliquastrum ; deinde ab his subsellium. Hinc Gloss. Abol. SI 33 Siliquastrum : sellae genus.

SELLA. Cf. Serv. Ecl. 1, 2 : Sella pro ' sedda ' dicitur a sedendo.

SOLIO. Cf. supra, s. v. Sodia (?) (370,7).

SILVII. Cf. Serv. Aen. 6, 760.

ADSERTOR. Cf. supra, s. v. Adserere Manum (23, 26).

SEGES. Cf. Varr. L. L. 5, 37 : Seges ab satu, id est semine : R. R. 1, 29,1 : Seges dicitur quod aratum satum est.

SERILIA. Pacuv.] Cf. supra, s. v. Subscudes (400, 1).

lino ac sparto condensatur, a conserendo et contexendo dicta.

Servorum dies festus vulgo existimatur Idus Aug., quod eo die Ser. Tullius natus servus aedem Dianae dedicaverit in Aven. tino, cuius tutelae sint cervi ; a quo (–orum ?) celeritate fugitivos vocent *cervos*.

(Paul.) Servorum dies festus erat Idibus Augusti, quia eo die rex Tulllius filius ancillae aedem Dianae dedicavit.

« *Sero sapiunt Phryges* » proverbium est natum a Troianis, qui decimo denique anno velle coeperant Helenam quaeque cum ea erant rapta reddere Achivis.

Sispitem Iunonem, quam vulgo Sospitem (–tam ?) appellant, antiqui usurpabant, cum ea vox ex Graeco videatur sumpta quod est σώζειν.

Sultis si voltis significat composito vocabulo, ita ut alia sunt : <*sodes*> si audes ; *sis* si vis ; plicet (*ilico*) in loco ; *scilicet* scias licet ; *equidem* egoquidem. Ennius (Ann. 532) :

pandite sulti<s> genas et corde relinquite somnum.

(Paul.) Sultis si vultis. Ennius « pandite sulti genas et corde relinquite somnum ».

Setius a sero videtur dictum. Accius in Amphitryone (93) :

si forte paulo quam tu veniam setius.

(Paul.) Setius Accius a sero comparavit ; ait enim « ne (!) si forte paulo quam tu veniam setius ».

Sedum, alii *sadum* appellant herbam quam Opill[i]us Aurelius *sesuvium* vocari ait eamque in tegulis seri, nec quamobrem id fiat indicat.

Specus feminino genere pronuntiabant antiqui, ut *metus* et *nepos*, —tam hercules quam masculino *stirp*[*i*]*s* ut (et) *frons* —ut Ennius (Ann. 440) :

tum cau[s]a sub monte (–ti) alte (late) specus intus patebat,

et Pacuvius in Chryse (99) :

est ibi sub eo saxo penitus strata harena ingens specus.

Spondere antea ponebatur pro dicere, unde et *respondere* adh<uc manet, sed postea> usurpari coeptum est d<e promissu ex interrogatio>ne alterius.

(Paul.) Spondere ponebatur pro dicere, unde et respondere adhuc manet, sed postea usurpari coeptum est in promissu.

Subdit<*us* dicitur is qui in demor>tui iu<dicis locum iudex> datur [h]is qui eum hab<uerant iudicem, dumta>xat in eandem rem <vel litem>.

(Paul.) Subditus iudex dicitur qui loco mortui datur is qui eum habuerant iudicem in aliqua re vel lite.

<*Saturno*> *sacrificium fit cap*<*ite aperto*>.. (**10 litt.**).. Metellus pontifex <maximus

---

SERVORUM DIES FESTUS. post Stiricidium (465, 7) **Paul.**

SERO SAPIUNT. Cf. Cic. Fam. 7, 16 : In Equo Troiano scis esse in extremo « sero sapiunt ».

SISPITEM. Cf. C. I. L. XIV 2090 Iunone Seispitei Matri Reginae ; Ephem. Epigr. IX 605 Iunoni Sispit(i). Cf. supra, s. v. Sospes (388, 25). Hincine Gloss. AA (-Abol.) Sispes : sospes, id est beatus ?

SULTIS. Vide supra ad Genas (83, 15). Cf. supra, s. v. Cumulter (44, 1 significat cum altero, dictum ab antiquis ita brevitatis causa, ut sodes pro si audes, scilicet pro scias licet, sis pro si vis) ; s. v. Sodes (382, 22 si audes, uti sis pro si vis, et ilico pro in loco).

SEDUM. Nescio an huc revocanda gl. Corp. S 300 Sedulium : (**anglosaxonice**) · raegu '.

SPECUS Vide supra, s. v. Corius (53,1). tam herc.. frons] Festo adscribit Reitzenstein (Verrianische Forschungen 106) .

SPONDERE. Cf. supra, s. v. (440, 1).

SATURNO SACRIFICIUM. Cf. supra, s. v. Saturnia (432,1).

Claudium augurem iussis set adesse, ut eum ..(17 litt.).. Sulpici Ser. f. inaug-<urationi adhiberet, Claudius excusa>ret se, sacra sibi familiaria esse Saturni, ob quae sibi supplicandum esset capite <aperto ; itaque, si ad iussum ad>-esset, futurum ut cum ap<erto capite inauguratio facienda esset ; pontif ex eum multavit ; > Claudius provocavit ; <populus negavit ius pon>tifici esset (esse ut) Claudius fl ..(13 litt.).. Saturno sacra fecit rem **

Saxum Tarpeium appellatum aiunt partem mon>tis qui ob sepultam Ta<r-peiam ibi virginem, quae> eum montem Sabinis pro<dere pacta erat, ita> nominatus est ; vel i nde quod quidam nomine> L. Tarpeius Romulo <regi, cum propter rap>tas virgines adversa-<retur, in ea parte qua sa>xum est de noxi<o>poen<a>e gr<aves sumptae sunt. Ergo> noluerunt funestum locum r<eliquis cum partibus> Capitoli coniungi.

Scaptia tribus a nomine urbis Scaptiae a<ppellatur, quam Latini> incolebant. *Stellatin<a tribus* dicta non a campo> eo qui in Campania est, sed eo qui <prope abest ab urbe Ca>pena, ex quo Tusci profecti St<ellatinum illum> campum appellaverunt. *Sabatin<a* a lacu Saba>te.

(Paul.) Scaptia tribus a nomine urbis Scaptiae appellatur. Sabatina a lacu Sabate dicta.

Sabini dicti, ut ait Varro, <pro ' Sebini '> quod ea gens populi (?) praecipue colat deos, id est ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.

(Paul.) Sabini a cultura deorum dicti, id est ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.

Sanqualis porta appellata est proxima aedi Sancus, id>eoque eodem est nomine **.

(Paul.) Sanqualis porta appellatur proxima aedi Sancus.

Silere tangere (tacere) <significat, ficto verbo> a S littera quae ini<tium et nota silenti est>.

(Paul.) Silere tacere significat, ficto verbo a S littera quae initium et nota silentii est.

Sellae curulis locus <in Circo datus est Valerio dic>tatori posteri[u]sque <eius> .. (16 litt.).. nime sacellum Mur<ciae> .. (16 litt.).. aciebant specta **

<*Sontica*> *causa* dicitur a *morbo* <*sontico* propter quam quod est> gerendum agere <desistimus. M. Porci>us Cato de re A. Atili (1) : « ..(20 litt.).. tisse timidus ne ..(19 litt.).. ibi causam sonticam. »

<*Stiricidium* q>uasi ' stillicidium ', cum stillae concretae frigore cadunt. Cato

---

SAXUM TARPEIUM. Cf. infra, s. v. Tarpeiae Effigiem (496, 22) ; Varr. L. L. 5, 41 : Hic mons ante Tarpeius dictus a virgine Vestale Tarpeia, quae ibi ab Sabinis necata armis et sepulta ; cuius nominis monumentum relictum quod etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur saxum.

SABINI. Var. <quasi ' Sebini '> qu. **Kriegshammer**. Cf. Plin. N. H. 3, 108 ; Sabini ut quidam existimavere, a religione et deum cultu 'Sebini' appellati. populi scripsi : pp **cod.** (cf. 519, 17 **ubi** propter **aliquot Pauli codd. pro** populo) : **vix** proprios.

SANQUALIS PORTA post lemma Silere **Paul.** Cf. supra, s. v. Sanqualis Avis (420, ..).

SILERE. Hinc Gloss. Abol. SI 4 Silere : tacere.

SELLAE CURULIS LOCUS. Suc. Marc.] Cf. supra, s. v. Murciae Deae Sacellum (131, 11). Haec fere supplent docti : <eius, honoris causa, pro>xime sac. Mur<ciae> [Valer.] scil. M' Valerio Maximo (cf. Liv. 2, 31, 3 ; C. I. L. 11, 1826.)

SONTICA CAUSA. Haec supplent docti : < quid dicam causae exti>tisse tim.ne <sis ? in impedimento t>ibi cau. son. <fuisse ?>.

SONTICO MORBO. Cf. supra, s. v. Insons (92, 15 a quo dici morbus qui noxius existimatur sonticus, quia perpetuo noceat) ; s. v. Sonticum Morbum (372, 3).

STIRICIDIUM. Cf. Serv. auct. Georg. 3, 366 : Stillicidium conelatum stiriam dicit. Quod

pro C. ** (1) : « nihil minus voluit semper ..(17 litt.).. bus re praesenti cognosce <re atque statu>ere ».

(Paul.) Stiricidium, quasi 'stillicidium', cum stillae concretae frigore cadunt. Stiria enim principale est, stilla deminutivum.

Sacramento dicitur quod <iuris iurandi sacratio>ne interposita actum est. Unde quis sacra>mento dicitur interrogari, quia.. (18 litt.).. <Cato> in Q. Thermum de X <hominibus> (4) : « .. (16 litt.).. erant, ne mala ..(16 litt.).. t, scelera nefaria fie ..(11 litt.).. <sacrame>nto traderetur lege est.. (8 litt.). »

(Paul.) Sacramentum dicitur quod iurisiurandi sacratione interposita geritur.

<*Siremps*> ponitur pro eadem, vel proinde <**atque ea**, quasi similis res ips>a. Cato in dissuadendo le<gem> ** (1) : « ** licta est, et praeterea rogas.. (15 litt.).. ea si populus condempnave<rit, uti siremps lex> siet, quasi adversus le **. »

(Paul.) Siremps dicitur quasi similis res ipsa. Habetur hoc in libris Catonis.

Spiciunt antiquos di<xisse sine praepos>itione testis est Cato in ea quam <habuit in Q. Thermum> de VII (X) hominibus (5) : Ut solent, ..(9 litt.).. <son>ivios, nisi qui sempiterni sunt quos ..(14 litt.).. rant, ne<c> spiciunt neque ratos <**existimant**> ».

<*Spa*>*tiatorem* erratorem Cato in M. Caelium si se appellavisset (3) : In coloniam mercules (meherc– ?) scribere nolim, si trium virum sim, spatiatorem atque fescenninum.

(Paul.) Spatiatorem pro erratorem Cato posuit.

Stata sacrificia sunt quae certis diebus fieri debent. Cato in ea quam scribsit de L. Veturio, de sacrificio commisso cum ei equum ademit (2) : « Quod tu, quod in te fuit, sacra stata, sollempnia, capite sancta deseruisti ». *Sollemnia sacra* dicuntur quae certis temporibus annisque fieri solent.

(Paul.) Stata dicebantur sacrificia quae certis diebus fiebant. Cato « sacra stata, sollemnia, sancta deseruisti. »

Sollemnia sacra dicuntur quae certis temporibus fiunt.

Serra proeliari dicitur cum assidue acceditur recediturque neque ullo consistitur tempore. Cato de re militari (11) : Sive forte opus sit cuneo aut globo aut forcipe aut turribus aut serra uti adoriare.

(Paul.) Serra proeliari dicitur cum assidue acceditur recediturque neque ullo consistitur tempore.

Stercus ex aede Vestae XVII Kal. Iul. defertur in angiportum medium fere clivi Capitolini qui locus clauditur porta Stercoraria. Tantae sanctitatis maiores vestri esse iudicaverunt.

Summissiorem aliis aedem Honoris et Virtutis C. Marius fecit ne, si forte officeret auspiciis publicis, augures eam demoliri cogerent.

Donati (?) scholium plenius servavit Gloss. Ansil. ST 225-227 (228 ?).|| stiria en... dem. Pauli haec sunt, non Festi.

SACRAMENTO. **vel** <Cato in ea quam habuit> in, etc. Haec supplent docti : quia <iusiurandum interponitur. Cato>.. <atque etiam ad>erant, ne ma.<fide apparere>t sc. nef. fie<ri, poscentes ut sacrame>nto tradere<n>tur lege <a>est<imarentur>.

SPICIUNT. Cf. supra, ad Auspicium (2,8).

SOLLEMNIA SACRA. Cf. supra, s. v. Sollo (384, 36 Sollemne quod omnibus annis praestari debet).

STERCUS EX AEDE VESTAE. Cf. supra, s. v. Q. S. D. F. (310, 21 quando stercus delatum fas, etc.).

Sex Vestae sacerdotes constitutae sunt ut populus pro sua quaque parte haberet ministram sacrorum, quia civitas Romana in sex est distributa partis : in primos secundosque *Titienses, Ramnes, Luceres.*

(Paul.) Sex Vestae sacerdotes constitutae erant ut populus pro sua quisque parte haberet ministram sacrorum, quia civitas Romana in sex erat distributa partes : in primos secundosque Titienses, Ramnes, Luceres.

Salinum cum sale in mensa ponere figulis religioni habetur quod quondam in Esquilina regione figulo, cum fornax plena vasorum coqueretur atque ille proxime eam convivatus super modum potus somno esset oppressus cum convivis suis, praeteriens quidam petulans ostio patente ex mensa salinum coiecit in fornacem, atque ita incendio excitato figulus cum suis concrematus est.

Sacramentum aes significat quod poenae nomine penditur, sive eo quis interrogatur sive contendit[ur]. Id in aliis rebus quinquaginta assium est, in alis rebus quingentorum inter eos qui iudicio inter se contenderent. Qua de re lege L. Papiri tribuni plebis sanctum est his verbis : « Quicumque praetor post hoc (hac ?) factus erit qui inter cives ius dicet, tres viros capitales populum rogato, [h]ique tres viri <capitales> quicumque <posthac facti erunt sacramenta exigunto> iudicantoque eodemque iure sunto uti ex legibus plebeique scitis exigere iudicareque [esse] esseque oportet ». Sacramenti autem nomine id aes dici coeptum est quod et propter aerari inopiam et sacrorum publicorum multitudinem consumebatur id in rebus divinis.

(Paul.) Sacramentum aes significat quod poenae nomine penditur.

Sextantari asses in usu esse coeperunt ex eo tempore quo[d] propter bellum Punicum secundum, quod cum Hannibale gestum est, decreverunt patres ut ex assibus, qui tum erant librari, fierent sextantari ; per quos cum solvi coeptum esset, et populus aere alieno liberarētur et privati, quibus debitum publice solvi oportebat, non magno detrimento adficerentur.

Septuennio septimo quoque anno usus est ut priore numero, sed id non permansit in usu nec amplius processit in maiorem.

Senacula tria fuisse Romae in quibus senatus haberi solitus sit memoriae prodidit Nicostratus in libro qui inscribitur de Senatu Habendo ; unum ubi nunc est aedis Concordiae inter Capitolium et Forum, in quo solebant magistratus dumtaxat cum senioribus deliberare ; alterum ad portam Capenam ; tertium citra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, quos in Urbem admittere nolebant, senatus dabatur.

Scholae dictae sunt non ab otio ac vaca-

SEX VESTAE SACERDOTES. post Serpsit (475,4) **Paul.**

SACRAMENTUM. Cf. Varr. L. L. 5, 180 : Ea pecunia quae in iudicium venit in litibus sacramentum, a sacro ; qui petebat et qui infitiabatur de aliis rebus uterque quingenos aeris ad pontificem deponebant, de aliis rebus item certo alio legitimo numero assum : qui iudicio vicerat, suum sacramentum e sacro auferebat, victi ad aerarium redibat.

SEXTANTARI ASSES. Cf. supra, s. v. Grave Aes (87,8).

SEPTUENNIO. pri. num.]i. e. sexennio.

SENACULA. Cf. supra, s. v. Senaculum (455, 17 locus senatorum), quod lemma potest non Festinum esse, sed a Paulo illuc hinc translatum. Nicostr.] Cf. Cichorius (Röm. Stud. 66). aed Concord.] Iniuria hinc colligi Verrium sub Tiberio principe haec scripsisse monet Cichorius (Röm. Stud. 60).

SCHOLAE. ludi] Cf. supra, s. v. Militem (109, 23 sic ludum dicimus in quo minime luditur).

tione omni, sed quod caeteris rebus omissis vacare liberalibus studis pueri debent ; ut etiam *ludi* appellantur in quibus minime luditur ne tristi aliquo nomine fug< **iant pueri suo fungi** mu>nere.

(Paul.) Scholae dictae sunt ex Graeco, a vàcatione, quod ceteris rebus omissis vacare liberalibus studiis pueri debent.

Subici (*-gi* ?) *ar<ies* dicitur qui pro occiso datur>, quod fit, ut ait Cincius <in libro de Officio Iuris consulti (10), exemplo At<heniensium apud quos> expiandi gratia aries in<**igitur** ab eo qui invitus sce>lus admisit poen<a>e p<endendae loco>.

<*Speciem*> quam nos dicimus εἶδος <Graeci dixerunt ; Pla>ton quidem **idean**; n<obis species pro eadem po>nitur.

Sesterti not<a **dicitur signa continere**> dupundi et semisis. q uar. sestertius dictus quasi ‘ semis>tertius ’ ; sed aucto sesqu.. (**14 litt.**).. Apud antiquos autem <denari denorum assium e>rant et valebant d<ecusis, qui tum dicebantur *quadriga>ti, bigati* ; quinquessis q.. (**17 litt.**).. est numerum aeris perduct<um esse ad XVI asses lege Fla>minia minus solvendi a<rgenti cum penuria premere>tur populus Romanus.

Solida sella ad<sidere **auspex**> iubetur cum mane surg<ens auspicandi gratia evigi>lavit, quod antiqui expres<s>e <**nec superiore nec infe**>riore parte excavat<**as ad auspiciorum usum** fa>ciebant sedes. Quas s<**edes ob eam causam quod**>in [h]is nihil erat constr<ictum ita appella>bant, inquit Verrius, quod <solidum idem est quod totum>. Absurde, ut mihi videtur, < siquidem omne quod>sit totum ait dictum solidum.

<*Silatum* antiqui> pro eo quod nunc iantaculum dicim<us appellabant> quia iaiuni vinum sili cond<itum ante meridiem> obsorbebant.

(Paul.) Silatum antiqui pro eo quod nunc iantaculum dicimus appellabant quia ieiuni vinum sili conditum ante meridiem obsorbebant.

Suffragato<res dicebantur apud> maiores [h]i qui vulgo in usu <erant candidatis. Nam quo meli>us apparerent iuncta suffra<gia, suffragator> quem quisque fieri vellet notabat <apposito punc>to scribtis candidatorum hominu<m nominibus>. Varro in lib. VII Rerum Humanarum <**haec tradit**>.

SUBICI ARIES. Cf. infra, s. v. Subigere Arietem (476, 13 Antistius esse ait dare arietem qui pro se agatur, caedatur). Cf. Serv. auct. Ecl. 4, 43 : In Numae legibus cautum est ut, siquis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi agnatis eius in cautione offerret arietem.

SPECIEM. Cf. Cic. Acad. 1, 30 : Hanc illi ἰδέαν appellant, iam a Platone ita nominatam, nos recte speciem possumus dicere.

SESTERTI quinquessis q uinar.. < **vel** quinquessisq ue quinar..> **docti**. <auctor> est **docti**. Cf. supra, ad Sestertius (452, 36 dicitur quarta pars denari quo tempore is decusis valebat, id est dupundius et semis tertius) ; ad Grave Aes (87,8 dictum a pondere quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium ab hoc ipso numero dictum ; sed bello Punico populus Romanus pressus aere alieno ex singulis assibus librariis senos fecit qui tantundem ut illi valerent ; item nummi quadrigati et bigati a figura caelaturae dicti).

SOLIDA SELLA. Cf. infra, s. v. Silentio Surgere (474,7 ubi qui post mediam noctem auspicandi causa ex lectulo suo silens surrexit et liberatus a lecto in solido se posuit sedetque, etc.).

SILATUM. Vide supra ad Scensas (456, 12). Cf. supra, s. v. Prandicula (296, 21 antiqui dicebant quae nunc ientacula).

Struppi vocantur in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti qui pro de orum capitibus ponuntur.

(Paul.) Struppi vocabantur in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti qui pro deorum capitibus ponebantur.

<*Septimanae* (?) ..(**10 litt.**).. bem calo Antistius Labeo (12) ..(**10 litt.**).. <ma>gistratum publicum **

<S>*ecespitam* esse Antisti<us Labeo (11) ait cultrum ferreum oblongum mani<brio eburneo rotund>o solido, vincto ad ca pulum argento auroque>, fixum clavis aeneis ae<re Cyprio, quo flami>nes, flaminicae, virgi<nes pontificesque ad sa>crificia utuntur. Ea ..(**16 litt.**).. a in sacrario utuntur ..(**15 litt.**).. pro aediculo (–la ?) aeneo (-ea ?) olim ..(**16 litt.**).. tubae relictae sunt ..(**15 litt.**).. am tangere licet, est ..(**11 litt.**).. sed et aliis in locis et .. (**12 litt.**).. quemdam ita secespitae di<cebantur. *Secivum libum*> est quod secespita secatur <**libum seu placenta** q>uae soleat necessaris sa<crificis adhiberi>.

(Paul.) Secespita cultrum ferreum oblongum manubrio eburneo rotundo, solido, vincto ad capulum argento auroque, fixum clavis aeneis aere Cyprio, quo flamines flaminicae virgines pontificesque ad sacrificia utebantur. Dicta autem est secespita a secando.

Secivum libum est quod secespita secatur

<S>*uffimenta* sunt quae <faciebant ex faba milio>que molito mulso spar<so. Ea dis dabantur eo temp>ore quo uvae calcatae <prelo premebantur>.

(Paul.) Suffimenta dicebant quae faciebant ex faba milioque molito mulso sparso. Ea dis eo tempore dabantur quo uvae calcatae prelo premebantur.

<*Serpsi*>*t* antiqui pro serpserit <usi sunt. Inde *serp*>*ulae* dictae, quas nunc ser<pentes dicimus ex Gr>aeco ; quia illi ἑρπετά, nos < pro aspiratione eorum> *S littera* posita, ut <ἕξ sex, ἑπτά *septem*>.

(Paul.) Serpsit antiqui pro serpserit usi sunt. Inde serpulae dictae, quas nunc serpentes dicimus ex Graeco ; quia illi ἑρπετά, nos pro aspiratione eorum S littera posita, ut ἕξ sex, ἑπτά septem.

STRUPPI. Cf. supra, s. v. Stroppus (410, 15... et a Tusculanis quod in pulvinari inponatur Castoris struppum vocari); s. v. Capita Deorum (56, 12 appellabantur fasciculi facti ex verbenis).

SEPTIMANAE (?). Cf. Varr. L. L. 6, 27 : Primi dies mensium nominati Kalendae quod his diebus calantur eius mensis nonae a pontificibus, quintanae an septimanae sint futurae, in Capitolio in curia Calabra, sic dicto quinquies « kalo Iuno Covella », septies dicto « kalo Iuno Covella ».

An <Septies proclamare ver bum calo Ant. Labeo <ait solere> mag. publ. si Nonae Septimanae futurae sunt> ?

SECESPITAM. Cf. supra, s. v. (453, 16). Cf. Serv. auct. Aen. 4, 262 : Secespita autem est culter oblongus ferreus manubrio eburneo rotundo solido, vincto ad capulum argento auroque, fixo clavis aeneis quo <flamines> flaminicae virgines pontificesque ad sacrificia utuntur, eaque iam sacra est ; appellatur autem secespita a secando.

In fine supple, si libet : et < a secando, ut scena> quondam ita sec. dic.

SERPSIT, SERPULAE. Cf. infra, s. v. « Serpula Serpsit » (476, 23 ait idem Messala, serpens inrepserit).

S LITTERA. Cf. supra, s. v. Semis (374, 20 etiam alia quae S litteram pro aspiratione eorum positam habent, ut ἑπτά septem, ὕλαι silvae).

<S>*uffibulum* est vestimentum al<bum praetextum qua>drangulum oblongum quod in ca<pite virgines Ve>stales cum sacrificant semper <habere solent, i>dque fibula conprehenditur.

(Paul.) Suffibulum vestimentum album praetextum quadrangulum oblongum quod in capite Vestales virgines sacrificantes habebant, idque fibula conprehendebatur.

<*Silentio surgere* **sole**>**t** dici ubi qui post mediam <noctem auspi>candi causa ex lectulo suo si<lens surr>exit et liberatus a lecto in solido <**se posuit** se>detque, ne quid eo tempore deiciat cavens, donec s>e in lectum reposuit. Hoc enim est <proprie sil>entium, omnis vitii in auspiciis vacuitas. Veranius (2) ait non utique ex lecto, sed ex cubili, ne<c> rursus se in lectum reponere necesse esse.

<*Sar*>*puntur vineae*, id est putantur, ut in XII (6,8) : Quandoque sarpta, donec dempta erunt.

Summanalia liba farinacea in modum rotae fincta.

(Paul.) Summanalia liba farinacea in modum rotae fincta.

Suffuerat sub eodem tecto fuerat.

Scribtum lapidem esse ait et ita vocari Antistius Labeo (13) in agro Menullino (?) ** divinam rem faceret.

Se quamque (quaque ?) seorsum quamque (quaque ?).

Sanates dicti sunt qui supra infraque Romam habitaverunt. Quod nomen [h]is fuit quia cum defecissent a Romanis, brevi post redierunt in amicitiam quasi sanata mente. Itaque in XII (1,5) cautum est ut idem iuris esset Sanatibus quod *Forctibus*, id est bonis et qui numquam defecerant a populo Romano.

(Paul.) Sanates dicti sunt qui supra infraque Romam habitaverunt. Quod nomen ideo his est inditum quia, cum defecissent a Romanis, brevi post in amicitiam, quasi sanata mente, redierunt.

Sublucare arbores est ramos earum supputare et veluti suptus lucem mittere ; *conlucare* autem succisis arboribus locum inplere luce.

(Paul.) Sublucare arbores est ramos earum supputare et veluti subtus lucem mittere ; conlucare autem succisis arboribus locum luce inplere.

Spurcum vinum est, quod sacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antistius lib. X Commentari Iuris Pontifici (2), cui aqua admixta est defru[c]tumve, aut igne tactum est, mustumve ante quam defervescat.

(Paul.) Spurcum vinum dicebant cui

SUFFIBULUM. Cf. Varr. L. L. 6, 21 : « Is (**sc.** sacerdos publicus) cum eat, suffibulum ut habeat scriptum ; id diciturne ab suffiendo subligaculum ? Cf. Dragendorff (Rhein. Mus. 51, 285).

SILENTIO SURGERE. Cf. supra, s. v. Caduca Auspicia (56, 17 dicunt cum aliquid in templo excidit, velut virga e manu) ; infra, s. v. Sinistrum (476, 30). Coniunge cum Cubans Auspicatur (58, 4).

SARPUNTUR VINEAE. Cf. supra, s. v. Sarpta Vinea (428, 19).

SCRIBTUM LAPIDEM. Medullino in quo div. rem facerent **Huschke**.

SE QUAMQUE. Hinc gl. truncata (nam deest interpretatio) AA (= Abol.) Se quaque. Cf. supra, s. v. Sed (453,9 pro sine inveniuntur posuisse antiqui).

SANATES. Cf. supra, s. v. (426, 18)

CONLUCARE. Cf. Act. Arv. Cf. supra, s. v. (33, 21 dicebant cum profanae silvae rami deciderentur officientes lumini).

SPURCUM VINUM. Hinc Isidorus (Etym. 20, 3, 7) : Spurcum vinum quod offerri non licet aut cui aqua admixta est, quasi spurium, hoc est inmundum. Cf. Plin. N. H. 14, 119.

aqua admixta, aut igne tactum erat, mustumve antequam defervescat.

Septimontio, ut ait Antistius Labeo (14), hisce montibus feriae : Palatio, cui sacrificium quod fit, *Palatuar* dicitur ; Veliae, cui item sacrificium ; Fagu<t>ali, Suburae, Cermalo, Oppio, Caelio monti, Cispio monti. *Oppius* autem appellatus est, ut ait Varro Rerum Humanarum lib. VIII, ab Opitro Oppio Tusculano, qui cum praesidio Tusculanorum missus ad Romam tuendam, dum Tullus Hostilius Veios oppugnaret, consederat in Carinis et ibi castra habuerat. Similiter *Cispium* a Laevo Cispio Anagnino, qui eiusdem rei causa eam partem Esquiliarum quae iacet ad vicum patricium versus, in qua regione est aedis Mefitis, tuitus est.

(Paul.) Sacrificium quod fiebat Romae in monte Palatio Palatuar dicebatur.

Sistere fana cum in urbe condenda dicitur significat loca in oppido futurorum fanorum constituere, quam<quam> Antistius Labeo ait in Commentario XV Iuris Pontifici (4) fana sistere esse lectisternia certis locis et dis habere.

(Paul.) Sistere fana cum dicerent significabatur lectisternia certis in fano locis componere.

Subigere arietem in eodem libro Antistius (5) esse ait dare arietem qui pro se agatur, caedatur.

« *Bene sponsis beneque volueris* » (?) in precatione augurali Messala augur (4) ait significare spoponderis, volueris.

« *Serpula serps[er]it* », ait idem Messalla (5), serpens inrepserit.

(Paul.) « Serpula serpserit » cum legitur apud Messallam (!) significat serpens inrepserit.

Solino idem (6) ait esse consulo.

(Paul.) Solino intellegitur consulo.

« *Suad ted* » (?) idem (7) ait esse sic te.

Stellam significare ait Ateius Capito (21) laetum et prosperum, auctoritatem secutus P. Servili auguris <**ob**> stellam quae ex lamella aerea adsimilis (–li ?) stellae locis inauguratis infigatur.

Sinistrum in auspicando significare ait Ateius Capito (20) laetum et prosperum auspicium ; a[u]t *silentium* [id] ubi dumtaxat vacat vitio. Igitur *silentio surgere* cum dicitur significat non interpellari quo minus rem gerat. At sinistrum hortari quoque auspicia (–cium ?) ad agendum quod animo quis proposuerit.

Satis verbum Verrio melius fuit praeterire, ut mihi videtur, quam tam absuriqui (–rdas) opiniones suas de eo <p>r<a>estare ; quas sciens praeteri

---

SEPTIMONTIO. Cf. supra, s. v. (458,1). montibus] Dativo casu. Cf. Wissowa Gesamm. Abhandl. 247).

PALATUAR. Cf. supra, s. v. Palatualis Flamen (284, 3).

CISPIUM. Cf. supra, s. v. Cispius Mons (37, 13).

SISTERE FANA. quamquam **Huschke**.

SUBIGERE ARIETEM. Cf. supra, s. v. Subigi Aries (470, 19).

BENE SPONSIS. b. vol.] beneque volsis **Anspach** (Deut. Lit. Z. 1913, p. 3042).

Cf. supra, s. v. Spondere (462, 22 antea ponebatur pro dicere).

SERPULA SERPSIT. Cf. supra, s. v. Serpsit (472, 36 antiqui pro serpserit usi sunt ; inde serpulae dictae ; quas nunc serpentes dicimus ex Graeco, quia illi ἑρπετά, nos pro aspiratione eorum S littera posita, ut ἕξ sex, ἑπτά septem).

SOLINO (immo –nunt). cons.] Aliter supra, s. v. Nequinont (160, 3 pro nequeunt, ut solinunt ferinunt pro solent et feriunt dicebant antiqui). Debet esse, ni fallor, Solinunt.. consulunt. De his formis 3 plur. praes. ind. vide supra ad Explenunt (70,3).

SINISTRUM. Cf. supra, s. v. Sinistrae Aves (454,1).

SILENTIO SURGERE. Cf. supra, s. v. (474, 7).

tam hercules quam de *scabro*, quod proximum sequebatur.

Stipatores ait dictos a stipe quam mercedis nomine accipiant custodes cuiusque corporis. Unde et *stipam* qua amphorae cum extruuntur firmari solent ; etiam *stipites* qui ob eandem causam destituantur (?).

(Paul.) Stipatores, id est custodes cuiusque corporis, dicti sunt a stipe quam accipiebant mercedis nomine.

Sollicitare quidam dictum putant velu<t solo *citare*, id est>ex suo loco ac sententia <movere. *Solum* autem> quin significet locum quis <dubitet, cum *exsules*> quoque dicantur loco pa<triae suae pulsi ?>

(Paul.) Sollicitare est solo citare, id est ex suo loco movere. Solum autem quin significet locum quis dubitet, cum exules quoque dicantur loco patriae suae pulsi ?

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. Philox. SA 47) *Sepia* : σηπία, πόρνη ἀκάθαρτος. ἀπὸ τοῦ συνεχῶς ἀσελγαίνειν.

? (Gloss. AA) *Sepulchrum* placet aliis compositum a semis et pulchro, eo quod superficie pulchrum, intus ossibus plenum. Sed pulchrum Varro negat aspirari debere, ne duabus consonantibus media intercedat aspiratio ; quod minime ab antiquis videtur secutum.

(Gloss. AA) *Sol* : ideo sol appellatur quia obscuratis sideribus solus paret, ut Cicero (Deor. Nat. 2,68) dixit.

? (Gloss. Philox. SO 23) *Solivago* : μονήρης (-ρει ?).

(Gloss. Abol. ST 23) *Stolones* : ramuli maioribus succrescentes ita dicuntur a Sabinis.
(Gloss. Philox. ST 112) Stolo : παραφυάς.

(Gloss. Abol. ST 25) *Strabo* : qui unum oculum tortum habet.
(Gloss. Ansil. ST 301) Strabus : strambus Graece.

(Gloss. Abol. 59) *Subaquilus* : subniger.

T

I. Ex codice Festi ; ex apographis ; ex Paulo.

Tap[p]ete ex Graeco sum<**pserunt sub vario genere poe**>tae, Ennius cum ait (inc. 38) : t.. (**17 litt.**)..

STIPATORES. Cf. supra, s. v. (412, 30).

STIPAM. Cf. Serv. Aen. 1, 433 : Stipant densent ; translatio a navibus, in quibus stipula interponitur vasis quam stipam dicunt ; 3, 465 Stipat denset ; unde stipatores dicuntur qui in navibus conponunt, a stipa ; 5, 682. Cf. Heraeus (Philol. 59, 318).

? SEPULCHRUM. Si Festina est glossa, vide ne lemma fuerit Pulchrum et in P-capitulo steterit. Ex eodem fonte Charisius 73, 18 : Pulchrum Varro adspirari debere negat, ne duabus consonantibus media intercedat adspiratio ; quod minime rectum antiquis videbatur ; unde et sepulchrum hodieque manet, quod sit seorsum a pulchro propter recordationem doloris.

SOL. Eadem hausit Isidorus (Etym. 3, 71,1) : Sol appellatus eo quod solus appareat, obscuratis fulgore suo cunctis sideribus.

STOLONES. Philoxeni glossam male Latine vertit Gloss. Corp. S 561 Stolones : frutices radicum arborum.

SUBAQUILUS. Potest etiam ad A-capitulum assignari, s. v. Aquilus (20,7 color est fuscus et subniger). Vide ne versus Plautinus citatus fuerit (Rud. 422) :

subvolturium — illud quidem ' subaquilum ' volui dicere.

TAPPETE. Cf. Serv. Aen. 7, 277 (tapetis) : Tertio declinatur hoc nomen, tapetum

· Turpi lius in Demetrio (37) :

lec<**ti glabrum tapetem et**>veterem.

Sic tap[p]et is et tapetibus .

<*Tarentum*> in campo Martio loc<**us ideo putatur ' Terentum '**> dicendum fuisse quod te<rra ibi per ludos> Secularis Ditis patris aram occulens tera tur ab equis quadrigaris, <ut eorum levis mo>tilitas (–bil–) aequiperet mo<tus solis atque lu>nae. Quod quam aniliter relat<um sit cui>vis manifestum est.

(Paul.) Terentum locus in campo Martio dictus quod eo loco ara Ditis patris terra occultaretur.

Tau<ri ludi in>stituti dis inferis ex li<**bris Sibyllinis**> Tarquinio regnante, cum m agna incidisset pestilentia in mulieres g<ravidas **atque earum**> fetus[i], facti sunt ex carn<e divendita populo> taurorum immolatorum. Ob <hoc ludi Tauri> appellati sunt ; et fiunt <in circo Flaminio, ne> intra muros evocentur d<i inferi.>

(Paul.) Tauri appellabantur ludi in honorem deorum inferorum facti. Instituti autem videntur hac de causa. Regnante Superbo Tarquinio cum magna incidisset pestilentia in mulieres gravidas, quae fuerat facta ex carne diu vendita populo taurorum, ob hoc dis inferis instituti et Tauri vocati sunt.

<*Talarios*> (?) *ludos* Varro ait vocari quod.. **10 litt.**).. ta lis pendens a doctore incr.. (**12 litt.**).. solitus sit inpelli atque us<que eo> ..(**10 litt.**).. docere quoad consister<et **atque virtu**>te talorum constaret pedu m **firmitas** .

<*Talas>sionem* in nuptiis Varro ait <signum esse lani>fici, τάλαρον, id est quas[s]illum ; i nde enim so litum appellari Talassionem. <Sed Cn. Gellius> historiarum scribtor Talassium <ait nomine> virum rapta virgine unicae p<ulchritu>dinis, quod ei id coniugium fuerit f<elix, boni> [h]ominis gratia nunc redintegrari.

(Paul.) Talassionem in nuptiis Varro ait signum esse lanificii. Talassionem enim vocabant quasillum, qui alio modo appellatur calathus, vas utique lanificiis aptum.

<*Triginta lictoribus* (?) *l>ex Curiata fertur* quo<d> Hanni<bal **in vicinitate**> Romae cum esset nec ex praesidi<is tuto decedi posset> Q. Fabius Maximus Verru<cossus, M. Claudius Ma>rcellus cos. facere in (?)

(?) « *Transque dato* » nota vit Aelius in XII signi<ficare traditoque>.

<*T>risulcum fulgur* fuit ..(**17 litt.**).. quia id aut incendit a<ut discutit aut te>rebrat.

---

tapeti, ut templum templi, unde est « his tapetis » hoc loco ; item hoc tapete huius tapetis, ut sedile sedilis, unde est (9, 323) « qui forte tapetibus altis exstructus » ; declinatur et Graece ὁ τάπης τοῦ τάπητος, unde est (9, 356) « pulchrosque tapetas », τοὺς τάπητας : Nonius 542,15 : Turpilius « glabrum tapete » ; Serg. gram. 541, 25, etc.

TARENTUM. Cf. supra, s. v. Saeculares Ludi (440, 13). Cf. Cichorius (Röm. Stud. p. 1).

TAURII LUDI. circ. Flam.] Cf. Varr. L. L. 5, 154 : Ibi (sc. in circo Flaminio) quoque ludis Tauriis equi circum metas currunt.

TALARIOS LUDOS. Cf. Hauler (Wien Stud. 39, 173).

TALASSIONEM. Aliter Serv. Aen. 1, 651.

TRIG. LICT. LEX. Translatione lex **Bergk** : Transit imperium neque denuo lex **Momms**.

TRANSQUE DATO. Cf. supra, s. v. Sub Vos Placo (402, 33 ut in legibus transque dato et endoque plorato).

TRISULCUM FULGUR. Cf. Senec. Nat. 2, 40 : Fulminum genera sunt illa, quod terebrat, quod discutit, quod urit.

Togatarum ..(**17 litt.**).. omnium fastigi, quae <*praetextae* **vocantur**> quod togis praetextis rem ..(**17 litt.**).. tur *tabernariarum*, quia in is cum hominibus ex<cellentibus etiam humiles <**inducuntur, ut**, fures, p>lagiari, servi denique et <omnes qui ex tab>ernis honeste prodeant ..(**12 litt.**).

Ta<uras vaccas steriles ap>pellari ait> .. (**7 litt.**).. s quae non magis rapiant (pariant) <quam tauri. Sed veri> similius sit ex Graeco dic<tas, quia steriles vaccas ταύ>ρας appellant.

(Paul.) Tauras vaccas steriles dici existimatur hac de causa quod non magis pariant quam tauri.

Todi sunt <aviculae crure gracil>i, quarum meminit Plautus in Sy<**ra**> (Cist. 408) : <cum extor>tis talis, cum todillis crus<culis>.

(Paul.) Todi genus avium parvarum. Plautus « cum extortis talis, cum todillis crusculis ».

<*Tubilustria*> quibus diebus adscribtum in <Fastis est in atr>io Sutorio agna tubae <lustrantur, **quos**> *tubos* appellant. Quod genus <lustrationis ex Ar>cadia Pallanteo trans<latum esse dicunt>.

(Paul.) Tubilustria dies appellabant in quibus agna tubas lustrabant.

<*T*>*uditantes* tundentes <negotium, id est ag>entes, significare ait Cincius <de Verbis Priscis (20). E>nnius lib. II (135) :

haec inter se <se ?> totum <**tempus** tuditan>tes,

et Lucretius item lib. II (1136) :

nec <tuditantia> rem cessant extrinsecus ullam. <*Tudites* mall>eos appellant antiqui a tunden<do> .. (**6 litt.**).. isali cruribus tudites. Inde Ateius <Philolog>us existimat *Tuditano* cognomen <fuisse quod> caput malleoli simile habuerit.

(Paul.) Tuditantes significat negotium tundentes, id est agentes. Lucre-

---

TOGATARUM. Vix fastigi<orum> (quasi ordinum). omn.] **vel** <h>ominum. Cf. supra, s. v. Praetextae (249, 14 appellantur quae res gestas Romanorum continent scriptae). Supple, si libet : Tog. fabularum toga est omnium vestitus. Quae <praetextae vocantur> quod to. pr. rem agunt. Genus appella tur tab. Cf. Diomed. p. 489 ; Varr. L. L 6, 18.

TRISULCUM. Cf. supra, s. v. Sulci (392, 21 fulmen quoque, qua eius vestigium, similiter appellatur).

TAURAS. Hincine Gloss. Abba (–Abol.) Taura : sterilis ? Cf. Varr. R. R. 2, 5,6 : Quae sterilis est vacca, taura appellata ; quae praegnas, horda ; ab eo in fastis dies Hordicalia nominantur quod tum hordae boves inmolantur.

TODI. Plaut.] Cf. supra, s. v. Succrotilla (390,6 Plautus in describendis mulierum cruribus gracilibus in Sym (?) « cum extertis talis, cum todellis crusculis », belle, quae non pedibus valerent). Cf. gl. corrupta Philox. TU 16 Tudos. tudeculus : ἐρίθακος. Cf infra, s. v. Tuditantes, Tudites (480, 35 vel a tudiculi cruribus tudites ?).

TUBILUSTRIA. Cf. Fast. Praenest. ((ad a. d. X Kal. Apr.) : Hic dies appellatur ita quod in atrio Sutorio tubi lustrantur quibus in sacris utuntur ; Varr. L. L. 5, 117 : Tubae ab tubis quos etiam nunc ita appellant tubicines (–nis ??) sacrorum. Cf. infra, s. v. Tubicines (482, 27) ; supra, s. v. Armilustrium (17, 28).

TUDITANTES. Hinc Gloss. Corp. (Abol.) T 333 Tu[n]ditantes : saepe tundentes. Quam glossam in mea editione Glossarii Abolita (teste **a**, non tamen **v**) non debui post TO 16 praetermittere (Tond. s. tond. **a**, **Ansil**.).

TUDITES. quamvis ali a tudibus tudites **Scal**. : **an** vel a tudiculi cruribus tudites ? Cf. supra, s. v. Todi, ubi citatur Gloss. Philox. TU 16 Tudos (todus ?), tudeculus (–dic–) : ἐρίθακος.

tius « nec tuditantia rem cessant extrinsecus ullam ».

Tudites mallei, a tundendo dicti. Inde et cuidam cognomen Tuditano fuit quod caput malleo simile habuerit.

<*Tullios* a li dixerunt esse silanos, ali rivos, ali vehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene. Ennius in Aiace (18) :

Aiax ; misso sangui ne] tepido tul l ii efflantes volant.

(Paul.) Tullios alii dixerunt esse silanos, alii rivos, alii vehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene. Ennius « sanguine tepido tullii efflantes volant ».

Topper significare ait Artorius cito, fortasse, celeriter, temere. Cito ; sic in Nelei carmine (3) :

topper fortunae commutantur hominibus.

Citius ; sic C<n.> Naevi<us> (Bell. Pun. 63) :

<topper saevi capesset flamma[m] Volcani.

Cito ; sic in eodem (Liv. Odyss. 20) :

namque nullum peius macerat humanum
quamde mare saevum, vir(vis) et cui sunt magnae ;
topper confringent inportunae undae.

Fortasse ; sic Coelius lib. VII (47) : Ita uti sese quisque vobis studeat aemulari in statu fortunae rei publicae eadem re gesta, topper nihilo minore negotio acto gratia minor esset.

Fortasse ; sic Accius in Io (387) :

topper, ut fit, patris te eicit ira.

Sinnius vero sic : « Topper fortasse valet in Enni et Pacui scriptis ; apud Ennium est (scaen. 428) :

topper quam nemo melius scit ;

Pacuvius (424) :

topper tecum sit potestas faxsit, si mecum velit ;

at in antiquissimis scriptis celeriter ac mature ; in Odyssia vetere (27) :

topper facit homines utrius (ut prius) fuerint (-runt ? -rant ?) ; (26) :
topper citi ad aedis venimus Circae (-cai),
simul duona eorum portant ad navis,
millia alia in isdem inserinuntur.

(Paul.) Topper cito, ut illud Nelei « topper fortunae commutantur hominibus ».

Tubicines etiam hi appellantur qui sacerdotes viri speciosi publice sacra faciunt tubarum lustrandarum gratia.

Torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuvium in Antiopa (13) :

flammeo vapore torrens terrae fetum exusserit.

TULLIOS. tulii ef. **cod.** (**pro** tulli, **i. e.** tullii). Unam L habuit etiam ille Festi codex quo conditor Glossarii Abolita usus est ; cf. Gloss. AA (= Abol.) Tulei : rivuli. Ex Festo etiam nimirum Isid. Nat. 44,5 : Tulli aquarum proiectus quales sunt in Aniense flumine quam maxime praecipite. Sed v. d. Sigwart (Glotta 8, 141), dum Etruscum etymum ponit, nonnisi obscurum per obscurius illustrare conatur.

TOPPER. sic Cn. Naevius etc. **corr. Havet** (Saturn. 307), **Cichorius** (Röm. Stud. 42) : sic in Livio (39 M.) topper saevi **Morel**. vis et] vires **docti**. iras Ennius **cod.** : ira S. Ennius **Funaioli** (**Gramm.. Rom.. frag..** 1, 102). sim. duon... inser. **Naevio dat Havet**.

TUBICINES. Cf. supra, s. v. Tubilustria (480, 25).

TORRENS. Hincine gl. corrupta Ansil. (=Abol.) FL 278 Flumen. torrens : quia flumen proprie dicitur et ipsa aqua quando crescit, differentia est ? Etiamne Gloss. Ansil. (= Abol.) TO 106 Torrens : fluvius subitis imbribus fractus praeceps ? Ex Festo, ni fallor (nisi potius ex Verrio per Sueton. Prat.), Isid. Nat. 44.5 : Flumen omnis humor qui vel modice fluit ; torrens fluvius qui pluvia crescit, siccitate torrescit, id est arescit ; de quo Pacuvius « flammeo vapore torrens torret (**sic**) » ?

Significat etiam fluvium subitis imbribus concitatum qui alioqui siccitatibus exarescit ; quius (cuius) aquam ipsam quae fluit *flumen* recte dici ait Aelius Gallus lib. II <Significationum ?> quae ad Ius Pertinent (4), ceterum volgi consuetudine utrumque iam dici flumen, et perennem fluvium et torrentem.

(Paul.) Torrens et participium est et nomen.

Torum, ut significet torridum, aridum, per unum quidem R antiqua consuetudine scribitur ; sed quasi per duo R scribatur pronuntiari oportet. Nam antiqui nec mutas nec semivocales litteras geminabant, ut fit in Ennio, Arrio, Annio.

(Paul.) Torrum torridum, aridum.

Turmam equitum dictam esse ait Curiatius quase ' terimam ', quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum *decuriones* dicti ; qui ex eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.

(Paul.) Turma equitum dicta quasi ' terima ', quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti ; qui ex eo singulis turmis sunt etiamnunc terni.

Torrere a torro deductum proprie significat siccare atque arefacere, sed usurpatum est iam pro eo quod sit igne urere. Plautus (Cas. 309) :

[in] una edet (edepol) opera in furnum calidum condito
atque ibi torreto.

(Paul.) Torreri a torro deductum proprie significat siccare atque arefacere, sed usurpatum est iam pro eo quod sit igne urere.

Tur<r>annos (–enn– ?) Etruscos appellari solitos ait Verrius a Turreno duce Lydorum ; a cuius gentis praecipua crudelitate etiam *tyrannos* dictos.

(Paul.) Turrani Etrusci dicti a Turreno duce Lydorum ; a cuius gentis praecipua crudelitate etiam tyranni sunt dicti.

« *Tyria maria* » in proverbium deductum est quod Tyro oriundi Poeni adeo potentes maris fuerunt ut omnibus mortalibus navigatio esset periculosa. Afranius in Epistula (112) :

hunc Serrium autem maria Tyria conciet (–ent ?).

Torvitas a ferocia taurorum dicta est. Pacuvius in Armorum Iudicio (37) :

feroci ingenio torvus praegrandi gradu,

et (36) :

cum recordor eius ferocem et torvam confidentiam.

(Paul.) Torvitas a ferocia taurorum, quasi tauri acervitas, est vocata.

Turbelas dixisse antiquos quas nunc turbas appellamus testis est Plautus in Pseudolo (110) :

quo pacto et quantas soleam turbelas dare.

(Paul.) Turbelas apud Plautum turbas significat.

Tutulum vocari aiunt flaminicarum capitis ornamentum quod fiat vitta purpurea innexa crinibus et exstructum in altitudinem. Quidam pilleum lanatum forma metali figuratum quo flamines ac pon-

---

TORUM. litteras gemin.] Cf. supra, s. v. Anus (5, 26). Victorinus grammaticus (8, 1) his exemplis utitur : Annius, Lucullus, Marcellus, Memmius.

TURMAM. Cf. Varr. L. L. 5, 91 : Turma ' terima ' — E in U abiit — quod ter deni equites ex tribus tribubus Titiensium, Ramnium, Lucerum fiebant ; itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti ; qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni.

TORRERE. –ri **cod.** Hinc Gloss. Abol. TO 5 Torretur : uritur vel siccatur.

TORVITAS. acervitas]. **i. e.** –rbitas.

TUTULUM. Cf. Varr. L. L. 7, 44.

tifices utantur eodem nomine vocari. Ennius (Ann. 121) :

libaque, fictores, Argaeos et tutulatos>.

(Paul.) Tutulum dicebant flaminicarum capitis ornamentum vitta purpurea innexa crinibus et in altitudine extructum. Ennius « fictores, Argeos et tutulatos ».

<*Tuor*> video, *tueor* defendo ..(**17 litt.**).. sed iam promiscue utuntur<et ponitur tue>or pro video et contueor <pro conspicio>.

(Paul.) Tuor video, tueor defendo.

<*Tugu*>*ria* a tecto appellantur <**hospitia modica** et> sordida. Afranius in D<**ivortio**> (402) :

..(**7 litt.**).. tugurium est turpe ;

<Caecilius in Hypo>bolimaeo (82) :

habitaba<**t in tuguriolo** pau>perculo.

Quo nomine <Messala in explana>tione XII ait etiam ..(**14 litt.**).. <**vo**>cari.

Tuscum vicum con<plures scrip>tores dictum aiunt ab <is qui Porsena rege> decedente ab obsi<dione **e Tuscis remanserint** < Romae locoque [h]is dato <**habitaverint ; aut quod Volci**>entes fratres Caeles et Vibenn<a>, ..(**9 litt.**).. <**regem**> Tarquinium Romam secum max **ime adduxisse, colue**>rint. < M'. Varro, quod ex Cael<io **monte illuc deducti**>sint.

(Paul.) Tuscus vicus Romae est dictus quod ibi habitaverunt Tusci qui recedente ab obsidione Porsena remanserunt.

Toxicum dicitur cervari um venenum quo> quidam perunguere sagitta<s **soliti fuissent**>. Caecilius in Gamo (53) :

ut hom< **inem amoris**> toxico transegerit ;

Afra<nius in> ..(**6 litt.**).. (407) :

uxorium istud toxicum mit.. (**6 litt.**)..

<*Tuscos*> quidam dictos aiunt a Tusco <rege Hercu>lis filio. Ali quod unici studi si<nt sacrificiorum> ; ex Graeco, velut Θυσκόοι.

(Paul.) Tusci a Tusco rege filio Herculis sunt dicti ; vel a sacrificando studiose, ex Graeco, velut Θυσκόοι.

T<*usculum* vel> ab eadem causa sacrificiorum v<el quod aditum dif>ficilem habeat, id est δύσκολον.

(Paul.) Tusculum dictum quod aditum difficilem habeat, id est δύσκολον.

<*Tumulum*> Aelius (Ael. Gallus 22 a)

TUOR. Cf. supra, s. v. Optutu (202, 11 quasi optuitu, a verbo quod est tuor et significat video). Hinc, ni fallor, Gloss. Cyrill. (=Philox.) Tuor : ἐνορῶ, Tueor : φυλάττω. Cf. **Varr. L. L. 7, 12.**

TUGURIA. **An** etiam < cellas servorum vo >cari ? Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Tugurium : hospitium modicum a tela (aut cella*? a tegula ?) ? Cf. Pompon. Digest. L. 16, 180.

TUSCUM VICUM. Cael. et <A.> Vibenn < ae quos dicunt ad regem < Tar. Ro. se cum Max < tarna contulisse, eum incolue >rint **Garrucci** : Cael. Vibenn ae qui patria expulsi ad regem < Tar. Ro. se cum Max tarna contulerunt, eum colue >rint **Gardthausen**. Cf. De Sanctis (Klio 2, 98) : Muenzer (Rhein. Mus. 53, 603). Cf. Varr. L. L. 5, 46 : Caelius mons, a Caele Vibenna Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Tatium regem ; hinc post Caelis obitum, quod nimis munita loca tenerent neque sine suspicione essent, deducti dicuntur in planum ; ab eis dictus vicus Tuscus ; Varr. ap. Serv. Aen. 5, 560 : Varro tamen dicit Romulum dimicantem contra Titum Tatium a Lucumonibus, hoc est Tuscis, auxilia postulasse ; unde quidam venit cum exercitu, cui recepto iam Tatio pars Urbis est data ; a quo in Urbe Tuscus dictus est vicus. Cf. supra, s. v. Caelius Mons (38, 26) ; Lucomedi (107,3).

TOXICUM. Hincine Acron Epod. 17,61 : Toxicum est venenum efficax, eo quod sagittae unde tinguantur ? || mit<tas mihi> **docti.**

TUSCOS. Cf. Serv. auct. Aen. 10, 164 : Tusci a frequenti sacrificio sunt dicti, ἀπὸ τοῦ θύειν (unde Isid. Etym. 9, 2, 86).

sic definit : Tumulus e<st cumulus are>nae editus secundum mare fluctibus in <altum ele>vatus ; unde similiter et manu fac<tus et na>turalis proprie dici potest.

Tumult<uari> milites dicuntur lecti ob subitum ti<morem ; un>de etiam *tumultum* dici ait Verrius quia <non aliunde> is oriatur quam ab Italicis et Gallicis h<ominibus qui immin>ent Italiae ; itaque nullum vocari umqu>am quam Gallicum aut domesti<cum bellum>.

<*Thomices* Graeco> nomine appellantur <ex cannabi inpolita> et sparto leviter tortae <restes, ex quibus funes> fiunt. Lucilius (1324) :

vidimus <vinctum>
<thomice cann> abina.

Op[p]illus Aure<lius]>.. (8 litt.).. <mol>lem pulvillum quem in <collo habent ne restis> laedat tomicem vo<cari>.

(Paul.) Thomices Graeco nomine appellantur ex cannabi inpolita[e] et sparto leviter tortae restes, ex quibus funes fiunt. Pulvilli quoque quos in collo habent ne a resti laedantur thomices vocantur.

<*Tongere* Aelius Sti>lo ait noscere esse, <quod Praenestini *tongi>tionem* dicant pro no<tionem>, ..(7 litt.).. tius dominari. Ennius ..(4 litt.).. (var. 28) :

<alii rhetorica> tongent
et vincere **
i videtur significare **

(Paul.) Tongere nosse est. nam Praenestini tongitionem dicunt notionem. Ennius « alii rhetorica tongent ».

<*Tesca* sun>t loca augurio desig<nata, quo sit term>ino finis in terra auguri. Op<[p]illus autem Aure>lius loca consecrata ad.. (15 litt.).. sit, sed sancta loca undique ..(12 litt.).. nt pontifici[s] libri, in quibus <scribtum est : « templum>que sedemque tescumque, <sive deo sive deae> dedicaverit, ubi eos ac<cipiat volentes> propitiosque ». Hostius Belli <Histrici lib.> (6) :

per gentis alt (ait) aetherias atque <ardua tesca>.
i (?)
violabis (vol– ?) templa antiqua.. (5 litt.)..

<Cic>ero aspera, difficilia aditu <ait esse> (Enn. trag. 342) :

<lo>ca aspera, saxa
tesca tuor ;

<Accius in Philo>cteta (554) :

THOMICES. Hinc Gloss. Abba (=Abol.) Thomix : restis leviter torta.

TONGERE. rhet.] i. e. rhetŏrica. Nisi Sotadicum mavis versum agnoscere.

Si mecum credis verbi unici interpretationem in hoc solo versu niti, lege mecum : <at Curia>tius dom. Enn. <lib... « alii rh.> t. et vicere <forum .. » Ub>i vid. sig. <aut hoc aut illud>. Haec fere supplent docti : Et vincere <praeterea alib>i vid. sign.

TESCA. ait] alte docti. Post ait esse vide ne exciderint aliqua verba. Haec supplent docti : ad <augurandum scrib>sit sed san. lo. und. <saepta doce>nt. Utrum hinc an ex Scholio Horatiano (Epp. 1, 14, 19) provenit gl. corrupta Philox. TE 122 Tesqua : κατάκρημνοι καὶ ῥάχεις καὶ ἔρημοι τόποι ωπερς (in Persio ?) tescua ? Utrum hinc (per Gloss. Abol.) an ex Philoxeno provenit Gloss. Abba Tesqua : deserta, aspera ? Mire Isidorus (Etym. 15 12, 3) : Tescua quidam putant esse tuguria (!), quidam loca praerupta et aspera. Cf. Varr. L. L. 7. 10 : Quod addit templa ut sint tesca, aiunt sancta esse qui glossas scripserunt ; id est falsum nam, etc... loca quaedam agrestia, quod alicuius dei sunt, dicuntur tesca ; nam apud Accium in Philocteta Lemnio « quis tu es mortalis qui in deserta et tesca te apportes loca »... haec quod tesca dixit non erravit, neque ideo quod sancta, sed quod ubi mysteria fiunt aut tuentur, ‘ tuesca ’ dicta. Ad Glossarium Abstrusa et schol. Verg. (Donati ?) revoco miram gl. Ansil. TE 564 Tescua : loca in quibus pecora castrantur ; unde et castratores tescuatores dicuntur.

quis tu es mortalis qui in deserta
et tesqua te adportas loca ?

(Paul.) Tesca loca augurio designata. Cicero aspera ait esse et difficilia.

<Tonsillam ait> esse Verrius palum dolatum in acumen et cuspide praeferratum, ut existimat, quem cumfigi (conf-) in litore navis re<ligandae> causa. Pacuvius in Medo (218) :

accessi Aeaeam et tosillam pegi
laeto in litore ;

<Accius in> Phinidis (574) :

tacete et tonsillas lito re **in laeto**
edite.

(Paul.) Tonsilla palus dolatus in acumen et cuspide praeferratus qui navis religandae causa in litore figitur. Accius « tacete et tonsillas litore in leda (?) edite ».

Tonsam Ennius significat remum, quod quasi tondeatur ferro, cum ait lib. VII (230) :

poste recumbite vestraque pectora
pellite tonsis,

item (231) :

pone petunt, exim referunt ad pectora
tonsas,

et in [na] Sota (27) :

alius in mari vult magno tenere tonsam.

(Paul.) Tonsa remus, quod quasi tondeatur ferro. Ennius « pone petunt, exim referunt ad pectora tonsas ».

Thymbreum Apollinem Vergilius (Aen. 3, 85) a monte Thymbreo appellavit, qui est in agro Troiano.

(Paul.) Tymbreus Apollo a monte Tymbreo dictus, qui est in agro Troiano.

Tolenno (?) est genus machinae quo trahitur aqua alteram partem praegravante pondere, dictus a tollendo.

Tolerare patienter ferre. Accius in Neoptolemo (466) :

aut (haut ?) quisquam potis est tolerare âcritudinem ;

Ennius lib. II (134) :

ferro se caede<i> quam dictis his toleraret.

Toles tumor in faucibus, quae per deminutionem *tonsillae* dicuntur.

(Paul.) Toles tumor faucium, quae per deminutionem dicuntur tonsillae.

Tullianum, quod dicitur pars quaedam carceris, Ser. Tullium regem aedificasse aiunt.

Taxat verbum ponitur in [h]is quae finiuntur quoad tangi liceat ; in litibus quoque, arbitrove cum proscribitur (prae— ?) quoad ei ius sit statuendi, *taxatio* dicitur quae fit certae summae. A tangendo autem dici etiam scaenici testimonio sunt, qui *taxatores* dicuntur quod alter alterum maledictis tangit.

TONSILLAM. Cf. supra, s. v. Prymnesium (251, 9 palus ad quem funis nauticus religatur ; quem alii tosillam dicunt).

TOLENNO. Hinc Gloss. Philox. (cf. Cyrill., etc.) TO 8 Tolleno : κηλώνειον φρέατος ; Gloss. Abol. TO 19 Toleno : genus machinae aquariae, ita dictum quod alternis adtollitur vel quod tollit haustam aquam. Male Isidorus (Etym. 20, 15, 3) : Telonem hortulani vocant lignum longum quo auriunt aquam ; et dictum telonem a longitudine : τηλόν enim dicitur iuxta Graecos quicquid longum est ; unde et mustelam vocant quasi mus longus. Cf. supra (342, 17).

TOLES. Hinc Gloss. Philox. TO 11 ; 19 Tolès, tonsillae : παρίσθμια (unde Gloss. Corp. T 225 Toles : membra sunt circa uvam). Ex detruncata glossae forma (Toles : membra) exceperunt Famina Hesperica mirum illud toles ' membra '. Gradatim igitur processit interpretatio : ' tumor in faucibus ', παρίσθμια, ' membra circa uvam ', ' membra '.

TULLIANUM. Cf. Varr. L. L. 5, 151 : In hoc (**sc.** carcere) pars quae sub terra Tullianum, ideo quod additum a Tullio rege.

TAXAT. Hincine Gloss. Abol. TA 2 Taxat : tangit ?

(Paul.) Taxat et taxatio a verbo tango dicuntur ; unde et taxatores a scenicis dicuntur qui alterutrum maledictis tangunt.

Tabernacula dicuntur a similitudine *tabernarum* ; quae ipsae quod ex tabulis olim fiebant dictae sunt, non ut quidam putant, quod tabulis cludantur.

Tagit Pacuvius in Teucro (344) :

ut ego, si quisquam me tagit,

et tagam idem in Hermiona (165) :

aut non cernam, nisi tagam,

sine dubio antiqua consuetudine usurpavit. Nam nunc ea sine praepositionibus non dicuntur, ut contigit, attigit.

(Paul.) Tagit simpliciter dicitur quod attigit, contigit facit compositum.

Tablinum proxime atrium locus dicitur quod antiqui magistratus in suo imperio tabulis rationum ibi habebant publicarum rationum causa factum locum.

(Paul.) Tablinum locus proximus atrio, a tabulis appellatus.

Tabem eam, quae faceret tabescere, apud antiquos usurpatam Sallustius quoque frequenter, ut in Catilina cum ait (36) « uti tabes plerosque civium animos invaserat », et in lib. IV Historiarum (46) « qui quidem mos, ut tabes, in Urbem coiectus » ; et Corvin[i]us pro Liburnia « propter hanc tabem atque perniciem domus totius ».

Tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro citro, sive privatim sive publice opus erat, certiores absentes faciebant. Unde adhuc *tabellari* dicuntur et tabellae missae ab imperatoribus.

Tagax furunculus a ta<n>gendo ; cuius vocabuli Lucilius meminit (1031) :

et Muttonis manum perscribere posse tagacem.

(Paul.) Tagas furunculus a tangendo dictus. Lucilius « et Muttonis manum perscribere posse tagacem ».

Tages nomine geni filius, nepos Iovis, puer dicitur discipulinam haruspicii dedisse duodecim populis Etruriae.

Taminia uva silvestris generis videtur Verrio dicta quod tam mira (?) sit quam minium.

(Paul.) Taminia uva silvestris dicta quod tam mira sit quam minium.

Talus in Sabinorum nominibus praenominis loco videtur fuisse.

(Paul.) Talus praenomen erat Sabinorum.

Talentorum non unum genus. Atticum est sex milium denarium ; Rhodium et cistophorum quattuor milium et quingentorum denarium ; Alexandrinum XII denarium ; Neapolitanum sex denarium ; Syracusanum trium denarium ; Reginum victoriati.

Tanne eo usque, ut Aelius Stilo et Opillus Aurelius interpretantur. Itaque Afranius (410) :

tanne arcula

TABERNACULA, TABERNARUM. Cf. supra, s. v. Adtibernalis (11, 12) ; Contubernales (11,4).

TABLINUM. imp. tabulis] **deficit codex ; incipiunt apographa. De quorum testimonio vide ea quae dixi supra ad 114,5**. Cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 83, 16) : cenitabant in Urbe in tabulino, [quod maenianum possumus intellegere tabulis fabricatum]. Verba quae inclusi, possunt Nonii, non Varronis esse.

TABEM eam] **scil.** non tabum id. Hincine Gloss. Philox. TA 6-7 Tabes : τηκέδων, Tabescit : τήκεται, φθίνει ?

TAGAX. Hinc Gloss. Abol. TO 10 Tagax : furunculus.

TALUS. Tallus **Dion. Halic.** 2, 46, 3.

TALENTORUM. Cf. supra, s. v. Euboicum Talentum (69,3 nummo Graeco septem milium et quingentorum cistophorum est, nostro quattuor milium denariorum).

TANNE. Vide infra ad Tame (494,6).

tua plena est aranearum ?

(Paul.) Tanne eo usque. Afranius « tanne arcula tua plena est aranearum ? »

Thaleae nomen dictum [alii] ab aetatis flore aiunt ; alii quod carmina semper floreant.

Talipedare antiqui dicebant pro vac[c]illare pedibus lassitudine, qua qui<s> trahit pedes ut talis videatur insistere ; aut identidem tollere pedes.

(Paul.) Talipedare est vacillare pedibus et quasi talis insistere.

<*Tam*>*modo* antiqui ponebant <**pro modo**>. Accius in <Armorum Iudicio> (163 [a]) :

<tammodo He>ctor lux Dardaniae ** in tenebris **

(Paul.) Tammodo antiqui dicebant pro modo.

Tallam alii folliculum cepae ** *Talam* Cornificius posuit ** unde et *Talassus* (–ssio ?).

(Paul.) Talia folliculum cepae.

Taurium aes appellant quod in ludos Taurios consumitur.

<*Tarmes* (–us ?) >**

(Paul.) Tarmes genus vermiculi carnem exedens.

(Gloss. Leid. 67 E = Abol.) Tarmus : vermis in carne, Teredo : vermis in ligno.

Tamperon (?) soliti sunt ap<pellare Graeci> genus scribendi deor<sum versus, ut nunc> dextrosum scribimus.

(Paul.) Taenpoton appellarunt Graeci genus scribendi deorsum versus, ut nunc dextrosum scribimus.

Tame (?) ** in carmine positum est <pro tam (?) >**

<*Tarta*>*rino* cum dixit Ennius (Ann. 521) ** <horrendo et terribili>. Verrius vult accipi a *Tar*<*taro* qui est> locus apud inferos <**tenebris confusus, ubi impiorum animae detruduntur**>.

(Paul.) Tartarino horrendo et terribili.

(Gloss. Abol. TA 9) Tartarus : locus apud inferos tenebris confusus, ubi impiorum animae detruduntur.

Tutum (tantum ?) frequenter dicitur maxime **. Varro in Europa :

** <tutum> sub sede fuissent.

LIB. XX INCIPIT.>

Tam <significationem ha>bet cum ponimus <propositivam quan>dam cui subiungimus <quam, aut cum dicimus tam egregium opus tam parvo> pretio venisse, id est sic, ita ; ut apud Graecos quoque

---

TAMMODO. <nunc idem> in ten. <situs> **Buecheler**.

TALLAM. Hinc Gloss. Philox. TA 44 Talla : κρομμύου λέπυρον.

TALASSUS. Cf supra, s. v. Talassionem (478.35). De Hymenaeo (ab eo quod est ὑμήν) et Thalassione cf. Serv. Aen. 1, 651.

TAURIUM AES (Cf. supra, s. v. Taurii Ludi (478, 22). Haec si in exteriore paginae columella erant in codice, continua in apographis scriptura fallax est. Puta : Tau. aes app. .. (**17 litt.**).. ludos Taur. cons.

TARMUS. Gloss.] Cf. Gloss. Ansil. (= Abol.) TU 224, TE 436 Tarmus : vermis in carne, Teredo : vermis in ligno. Hucine revocand. Gloss. Philox. TI 6 Tilans : πέρνης σκώληξ : Isid. Etym. 12.5, 18 Teredo in ligno, tarmus in lardo ?

TAMPERON. Θαπερδόν **Mercklin** Ταμπερδόν **Mesk** (Phil. Woch. 43, 144).

TAME. carm.] scil. Saliari ? Cf. supra, s. v. Tanne (492, 18 eo usque), ubi duo interpretes carminis Saliaris citantur, Aelius Stilo et Opillus Aurelius.

TARTARINO. horr.] vix formidoloso. Hinc enim Gloss. AA (= Abol.) Tartarinum : terribilem, formidolosum. Cf. Varr. L. L. 7, 37 : « Corpore Tartarino prognata Paluda virago » Tartarino dictum a Tartaro. Vide Norden (Enn. u. Verg. 10).

οὕτως ἀγαθόν. Item ex contrario ei dicimus : Quam malus (bonus) Homerus tam bonus (malus) Choerilus poeta est. At antiqui tam etiam pro tamen usi sunt, ut Naevius (com. 130) :

quid si taceat ? dum videat, tam sciat
quid scriptum sit ;

Ennius (trag. 329) :

ille meae tam potis pacis potiri ;

Titinius (156) :

bene cum facimus, tam male subimus
(sapimus), ut quidem perhibent viri ;

item (157) :

quamquam estis nihili, tam ecastor
simul vobis consului.

(Paul.) Tam significationem habet propositivam, cui subiungamus quam ut : Tam bonus Choerilus quam malus Homerus. Tam etiam pro tamen usi sunt.

Tandem cum significat aliquando, interdum tamen ex supervacuo ponitur, ut apud Terentium in Phormione cum ait (231) :

itane tandem uxorem duxit Antipho
iniussu meo ?

Non enim hic tempus ullum significat. At Cicero etiam duplicat temporalem significationem cum ait (Cat. 2,1) « tandem aliquando ».

(Paul.) Tandem cum significet aliquando, interdum tamen pro supervacuo ponitur, ut ait Terentius « itane tandem uxorem duxit ? » Cicero etiam duplicat temporalem significationem cum ait « tandem aliquando ».

« *Tauri verbenaeque* » in Commentario Sacrorum significat ficta farinacea.

Tama dicitur cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem facit. Lucilius (1195) :

inguen ne existat, papulae, tama, ne
boa noxit.

(Paul.) Tama dicitur cum labore viae sanguis in crura descendit et tumorem facit. Lucretius « inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxit ».

Taenias Graecam vocem sic interpretatur Verrius ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno (7) :

sepulchrum plenum taeniarum, ita
ut solet,

et alias (275) :

dum taeniam qui volnus vinciret petit ;

Ennius in Alexandro (33) :

volans de caelo cum corona et taeniis ;

Accius in Neoptolemo (472) :

decorare est satius quam verbena et
taeniis.

Taedulum antiqui interdum pro fastidioso, interdum quod omnibus taedio esset ponere soliti sunt.

(Paul.) Taedulum fastidiosum, sive quod omnibus est taedium.

Tatium occisum ait Lavini ab amicis eorum legatorum quos interfecerant Titini la-

---

TANDEM. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) TA 168-9. Tandem : tamen. Tandem : aliquando ?

TAMA. Hunc ipsum, neque alium locum Festinum refinxit, ni fallor, Gloss. Abol. (praef. p. 94). T[r]ama : tumor <in> crure et duritia et intentio nervorum ex lassitudine. Cf. supra, s. v. Flemina (79,14 dicuntur cum ex labore viae sanguis defluit circa talos) ; s. v. Bova (27,28 Crurum quoque tumor viae labore collectus bova appellatur).

TAENIAS. Ex alio loco Festino Gloss. Abol. TE 22 Taenias : vittae sacerdotum ; apud Praenestinos flagra. Aut hinc aut illinc Gloss. Cyrill. (=Philox.) Taenia : παρὰ τοῖς ἀρχαίοις καλεῖται fascia.

TAEDULUM. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. 13, 54).

TATIUM. ait] scil. Verrius. Aven.] **An** -tinensi (ut supra,164,2) ? Sed cf. Heraeus (Philol. 59, 431). Cf. Varr. L. L. 5, 152.

trones, sed sepultum in Aventiniensi laureto. Quod ad significationem verborum non magis pertinet quam plurima alia et praeterita iam et deinceps quae referentur.

Taurorum specie simulacra fluminum, id est cum cornibus, formantur quod sunt atrocia ut tauri.

Talionis mentionem fieri in XII (8.2) ait Verrius hoc modo, « si membrum rapsit (rup-), ni cum eo pacit, talio esto ». Neque id quid significet indicat, puto quia notum est ; permittit enim lex parem vindictam.

Tarquitias scalas, quas Tarquinius Superbus fecerit, abominandi eius nominis gratia ita appellatas esse ait volgo existimari.

Tarpeiae effigiem esse et ita appellari putant quidam in aede Iovis Metellinae, eius videlicet in memoriam virginis quae, pacta a Sabinis hostibus ea quae in sinistris manibus haberent ut sibi darent, intro miserit eos cum rege Tatio ; qui postea in pace facienda caverit a Romulo ut ea Sabinis semper pateret.

« *Tam perit quam extrema faba* » in proverbio est quod ea plerumque aut proteritur aut decerpitur a praetereuntibus.

Tappulam legem convivalem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius meminit Lucilius hoc modo (1307) :

Tappulam rident legem, conterunt Opimi.

(Paul.)) Tappula dicta est lex quaedam de conviviis.

Termonem Ennius Graeca consuetudine dixit quem nos nunc terminum, hoc modo (Ann. 179) :

ingenti vadit cursu qua redditus termo est,

et (Ann. 180) :

hortatore bono prius quam iam finibus termo.

(Paul.) Termonem Ennius terminum dixit.

Trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quintius dictator, cum per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset. Id significare ait Cincius in Μυσταγωγικῶν lib. II (11) duas libras pondo et trientem ; qua consuetudine hodieque utimur cum lignum *bes alterum* dicimus, id est pedem et besem latitudinis habens, et *sestertium*, id est duos asses et semissem tertium. Item si tres asses sunt et quartus quadrans.

Tersum diem pro sereno dictum ab antiquis nec se habere rei auctorem ait.

(Paul.) Tersum diem serenum.

<*Teres* in longitu>dine rotundatum quales <**sunt columnae vel quos** > asseres natura minist<rat> **

TALIONIS. pacit] cf. Gloss. Ansil. PA 440 Pacit : pactum fecerit. Hincine Gloss. Ansil. (= Abol.) TA 112 Talio : similis vindicta, ut taliter quis patiatur ut fecit.

TARPEIAE. esse eff. **vel** eff. (**om.** esse) **codd.** Metell.] scil. porticus. Cf. supra, s. v. Saxum Tarpeium (464,4).

TAPPULAM LEGEM. Opimi] i. e. -mii. Cf. Marx ad loc. cit.

TERMONEM. Cf. Varr. L. L. 5. 21 : In Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium (p. 262, R.) non terminus sed termen hoc, Graeci quod τέρμονα ; pote vel illinc ; Evander enim, qui venit in Palatium, e Graecia Arcas.

TRIENTEM TERTIUM. Cf. Liv. 6,29.

SESTERTIUM. Cf. supra, s. v. 452, 36.

TERSUM DIEM. **vel** nec se ha<bere rei auctorem ait>.

TERES. Addidi ex gl. Ansil. TE 457 Teres enim aliquid rotundum cum proceritate ut columna. Quae tamen potest Glossarii Abstrusa esse non Abolita, et ex scholio Vergiliano non ex Festo sumpta.

(Paul.) Teres rotundus in longitudine.

Terpsic<h>ore nomen Musae ** <quae> deos hominesque delectat.

Tertium quartum differre ** ait a tertio quarto [quintus] ** quod quid factum sit sign<ificat> **

<*Termentum*> pro eo quod nunc dicitur detri<mentum **usurpat**> Plautus in Bacchidibus (929) :

<non pedibus termento fuit>.

(Paul.) Termentum apud Plautum detrimentum.

Teretina t<r>ibus a flumine <Terede dicta exi>stima[n]tur, et syllaba ei<us **tertia mu**>tata, et pro Terede ‘ Ter<**ete** ’ **facto**>.

Tripudium ** <au>spiciis in exultatione ** tripudia[t], < ut ‘ terri-puvia ’,> a terra pavienda sunt di<cta> ** nam *pavire* e<s>t ferire ** a quo et *pavimenta* ** Id ex Graeco quod illi παίειν ** quod nos ferire ** <pri>mum in castris usur<patum **est**> **

Templi figura ** <in diffinitione> augurii.

<*Tempestatem* pro tempore frequenter> antiqui dicebant. <*Intempesta* nox intempestiva> **

(Paul.) Tempestatem pro tempore frequenter dixerunt antiqui. Tempesta tempestiva

<*Tinia* (?) >**

(Paul.) Tinia vasa vinaria.

Tensam ait vocari Sinnius Capito vehiculum quo exuviae deorum ludicris Circensibus in Circum ad pulvinar vehuntur. Fuit et ex ebore, ut apud Titinium in Barbato (13 a) ** et ex argento.

(Paul.) Tensa vehiculum argenteum quo exuviae deorum ludis Circensibus in Circum ad pulvinar vehebantur.

Temerare violare ** et contaminare, dictum videlicet ** <a teme>ritate.

(Paul.) Temerare violare sacra et contaminare, dictum videlicet a temeritate.

Temetum vinum. Plautus in Aulularia (354) :

TERPSICHORE. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Terpsichore : Musa quinta ?

TERTIUM. Supple, si libet : sign<ificat illud, hoc quando quid>.

TERMENTUM. Aliena est gl. Abstr. (ex scholio Vergiliano sumpta?) TE 52. Terimentum: nutrimentum (**scil.** flammae).

TERETINA. Teretinatibus a fl. Te. dicti exist. et syll. eius tert. mut. et pro Terete Teram scribi debuisse **Itali**.

TRIPUDIUM. Cf. supra. s. v. Puls (284,23 potissimum datur pullis in auspicis quia ex ea necesse est aliquid decidere quod tripudium faciat, id est ‘ terri-puvium ‘ ; pavire enim ferire est). Hincine Gloss. Philox. TR 125 Tripudiatio : χορεία ἱερέως περὶ τὸν βωμόν ?

TEMPESTATEM. Cf. supra, s. v. Intempestam Noctem (98,15 dicimus pro incertiore tempore, quia non tam facile noctis horae quam diei possint intellegi ; tempestatem enim antiqui pro tempore posuere).

TINIA. **an** tinas ? cf. Varr. Vit. Pop. Rom. I (ap. Non. 544, 3) : Antiquissimi in conviviis utres vini primo, postea tinas ponebant — id est oris longi cum operculo — aut cupas, tertio amphoras.

TENSAM. Vix post Temerare collocand. Nolo credere versum Titinii non a Festo plene citatum esse. Lacunosa igitur erat summa pagina. Hincine Gloss. Philox. TH 5 Thensae : ἅρμα θεῶν ? Illud ‘ et ex arg. ’ non omni suspicione caret. Potest enim e Paulo esse haustum.

TEMETUM. Hinc Gloss. Philox. (cf. Gloss. Serv. Gramm.) TE 26 Temetum : οἶνος ἀρχαίως In fine Plautinae citationis adde <intellego>, siquidem codex hac in parte aut lacunosus erat aut lectu difficilior.

qui ? Quia temeti nihil allatum ;
Pomponius in Decima (39) :
non multi ** plurimi ;
Novius in Duobus Dossennis (17) :
sequimini ; <i> prae, mi nate ; sequere,
temeti timor ;
idem in Funere (36) :
agite, exite, temulentam tollite,
et [s]in[e] Surdo (85) :
filias habeo temulentas ; sed eccas
video incedere ;
Afranius in Consobrinis (35) :
pol magis istius temulentae, futtilis.
(Paul.) Temetum vinum ; unde temulentia et temulentus.

Tintinnire est apud Naevium hoc modo (com. 114) :
tantum ibi molae crepitum faciebant,
tintinnabant compedes ;
et apud Afranium (392) :
ostiari impedimenta tintinnire audio.
(Paul.) Tintinnire et tintinnabant Naevius dixit pro sonitu tintinnabuli.

Tributorum conlationem cum sit alia in capita, illud ex censu, dicit[ur] etiam quoddam temerarium, ut post Urbem a Gallis captam conlatum est, quia proximis XV annis census alius (?) non erat. Item bello Punico secundo M. Valerio Laevino, M. Claudio Marcello cos., cum et senatus et populus in aerarium quod habuit detulit.

Tentipellium Artorius putat esse calciamentum ferratum quo pelles extenduntur, indeque Afranium dixisse in Promo (281) :
pro manibus credo habere ego illos tentipellium.
Titinium autem (ait ?) Verrius existimare id medicamentum esse quo rugae extendantur cum dicat (173) :
tentipellium inducitur, rugae in ore extenduntur,
— cum ille τροπικῶς dixerit.
(Paul.) Tentipellium genus calciamenti ferratum quo pelles extenduntur.

Tignum non solum in aedificiis quo utuntur appellatur, sed etiam in vineis, ut est in XII (6, 7) : Tignum iunctum aedibus vineave et concapit (?) ne solvito.

Tela proprie dici videntur ea quae missilia sunt, ex Graeco videlicet translato eorum nomine, quoniam illi τηλόθεν missa dicunt quae nos eminus ; sicut *arma* ea quae ab humeris dependentia retinentur manibus, quoniam quidem non minus in nobis eam partem corporis *armum* vocari existimandum est quam <**in pecudibus mutis**> **.
(Gloss. Abol. TE 27) Tela : arma, a tendo (τηλόθεν ?) dicta ; nam tela sunt quae mittuntur, arma quae muniunt.

Tigillum sororium **

TINTINNIRE. Afran.] Cf. Non. 40, 13 : Afranius Vopisco « tintinnire ianitoris inpedimenta audio ».

TRIBUTORUM CONLATIONEM. temer.] Cf supra, s. v. Matronis Aurum Redditum (138, 27). Cf. Liv. 26, 36.

TENTIPELLIUM. Hinc Glos. Philox. TE 73 Tentipellium : φάρμακον πρὸς ῥυτίδας.

TELA. Hincine Gloss. Philox. TE 20 Telum : ἀκόντιον, τὸ μακρόθεν βαλλόμενον ὅπλον ? tendo] **vel** tenendo (sed cf. 506, 26) **vel** tendendo. Cf. supra, s. v. Arma (3, 24 proprie dicuntur ab armis, id est humeris, dependentia, ut scutum gladius pugio sica : ut ea quibus procul proeliamur tela). in pec. mut. **addidi** (ex Isid. Etym. 11, 1, 62 : Umeri dicti quasi armi ad distinctionem hominis a pecudibus mutis, ut hi humeros, illi armos habere dicantur). Cf. Serv. Aen. 11, 644 (per armos) : abusive, nam proprie armi quadrupedum sunt.

TIGILLUM SORORIUM. Cf. supra, s. v. Sororium Tigillum (380,5).

Hic sex folia deesse testatur apogr. Post Tig. Sor. **deficiunt apographa usque ad Vicani.**

(Paul.) *Tegillum* cuculliunculum ex scirpo factum. Plautus (Rud. 576):

tegillum <eccillud> ; mihi <unum id> aret : id, si vis, dabo.

(Paul.) *Tiberis* fluvius dictus a Tiberino rege Albanorum, quod in eo cecidisset. *Tybris* a Tybri rege Tuscorum.

(Gloss. AA = Abol.) Tiberis a Tiberino rege sic nominatus est, cum prius Albola vocaretur.

(Paul.) *Tibicines* in aedificiis dici existimantur a similitudine tibiis canentium, qui ut cantantes sustineant, ita illi aedificiorum tecta.

(Paul.) *Tippula* bestiolae genus sex pedes habentis, sed tantae levitatis ut super aquam currens non desidat. Plautus (Pers. 244):

neque tippulae levius pondus est (-dust) quam fides lenonia.

(Paul.) *Testiculari* est iumentis maribus feminas vel mares feminis admovere ; licet alii dicant *testilari*.

(Paul.) *Tifata* iliceta. Romae autem *Tifata Curia*. Tifata etiam locus iuxta Capuam.

(Paul.) *Thiasitas* sodalitas. (-les ?).

(Paul.) *Tituli* milites appellantur, quasi 'tutuli' quod patriam tuerentur. Unde et *Titi* praenomen ortum est.

(Paul.) *Titiensis tribus* a praenomine Tati regis appellata esse videtur.

(Paul.) *Titia curia* quoque ab eodem rege est dicta.

(Paul.) *Tetini* pro tenui.

(Paul.) *Thraeces* gladiatores appellantur a similitudine parmularum Thraciarum.

(Paul.) *Tryga* (τρύγα) antiqui vinum appellabant : unde *trygetus* (τρύγητος) adhuc dicitur.

(Paul.) *Tittibilicium* nullius significationis est, ut apud Graecos βλίτυρι et σκινδαψός. Plautus (Cas. 347):

TIGILLUM. TEGILLUM. Hucine redit Gloss. Ansil. (= Abol.) TI 41-42 Tigillum : trabem. Tigillum : tegula ; sed tegula primae positionis nomen, cuius diminutivum tigillum ?

TIBERIS. Cf. supra, s. v. Albula (4, 16 Tiberis fluvius dictus est ab albo aquae colore; Tiberis autem a Tiberi n o Silvio rege Albanorum, quod is in eo extinctus est). Plenius Serv. Aen. 3, 500. Cf. Varr. L. L. 5, 30 : De Tiberis nomine anceps historia ; nam et suum Etruria et Latium suum esse credit, etc.

TIBICINES. Hinc nimirum (non ex Schol. Verg.) gl. corrupta Philox. TU 9 Tibicines : in berro (muro ?) ἀντηρίδες δόκοι. (Noli igitur emendare 'in versu' ; cf. Serv. Aen. 6, 186.)

TIPPULA. Hincine Gloss. Philox. TI 10 Timulus : ἐφυδρίς, ἑξάπουν, ἐπινηχόμενον τῷ νώτῳ ?

TIFATA CURIA. Vide supra, ad Curia Tifata (43,13 a Curio dicta est qui eo loco domum habuerat).

TITULI. Cf. Heraeus (Arch. lat. Lex. 12, 272).

TITI. Cf. Lib. de Praen. 6 : Titus e Sabino nomine Tito (?) fluxit, Appius ab Atto eiusdem regionis praenomine.

TITIENSIS TRIBUS. Cf. Varro L. L. 5, 55 : Nominatae –ut ait Ennius –Titienses ab Tatio, Ramnenses ab Romulo, etc. Coniunge cum Luceres Et Luceres (106,13 quae pars tertia populi Romani est distributa a Tatio et Romulo, appellati sunt a Lucero Ardeae rege qui auxilio fuit Romulo adversus Tatium bellanti).

TITIA CURIA. quo. cur. **codd**.

TETINI. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Tetini : tenui, habui. Cf. supra, s. v. Purime Tetinero (300, 31 purissime tenuero).

TITTIBILICIUM. Festinane verba excerpsit (et detorsit) Fulgentius (Serm. Ant. 20).

non ego istud verbum empsi[cu]m tittibilicio.

(Paul.) *Trabs* proprie dicitur duo ligna conpacta.

(Paul.) *Tragus* genus conchae mali saporis.

(Paul.) *Trabica* navis, quod sit trabibus confixa. Pacuvius (405) « labitur carina trabica in alveos ».

(Paul.) *Trachali* appellantur muricum ac purpurae superiores partes. Unde Arimineses maritimi homines cognomen traxerunt Trachali.

(Paul.) *Troia* et regio Priami et lusus puerorum equestris dicitur, et locus in agro Laurente quo primum Italiae Aeneas cum suis constitit.

(Paul.) *Trifax* telum longitudinis trium cubitorum quod catapulta mittitur. Ennius (Ann. 534) :

aut permarceret paries percussus trifaci.

(Paul.) *Tributum* dictum quia ex privato in publicum tribuitur.

(Paul.) *Thocum* (θῶκος ?) genus sellae habetur apud Plautum (frag. inc. 44).

(Paul.) *Tritogenia* Minerva a ripa Tritonis fluminis dicta, quod ibi primitus sit visa.

(Paul.) *Truo* avis onocrotalus. Caecilius inridens magnitudinem nasi (270) :

pro di immortales, unde prorepsit truo ?

(Paul.) *Trepit* (τρέπει ?) vertit ; unde *trepido* et trepidatio, quia turbatione mens vertitur.

(Paul.) *Triumphales coronae* sunt quae imperatori victori aureae praeferuntur ; quae temporibus antiquis propter paupertatem laureae fuerunt.

(Paul.) *Templum* significat et aedificium deo sacratum et tignum quod in aedificio transversum ponitur.

(Paul.) *Transtra* et tabulae navium dicuntur et tigna quae ex pariete in parietem porriguntur.

(Paul.) *Tromentina tribus* a campo Tromento dicta.

Tittivilicium dici voluerunt fila putrida quae de telis cadunt, ut Plautus in Cassina ait « non ego hoc verbum emsim tittivilicio », id est re admodum vilissima : nam et Marcus Cornutus in satyra sic ait « tittiviles, Flacce, do tibi » ?

TRABICA. Cf. supra, s. v. Caudicariae Naves (40, 13 ex tabulis grossioribus factae). Hinc nimirum (Gloss. Abba (— Abol.) Trabica carina : tabulata. Nescio an huc etiam revocand. Gloss. Ansil. (— Abol.) TR 1 Trabaria : navicula est quam in fluviis utuntur. Etiam Isid. Etym. 19, 1, 27 : Trabariae amnicae naves quae ex singulis trabibus cavantur, etc.

TRACHALI. Cf. Hesych. Τραχήλους : τὰς πορφύρας. ἔνιοι τοὺς σπονδύλους τῶν κογχυλίων.

TROIA. lus. puer.] Cf. Serv. ad Aen. 5, 602 : Ut ait Suetonius Tranquillus lusus ipse, quem vulgo pyrricham appellant, Troia vocatur ; cuius originem expressit in libro de puerorum lusibus. [loc.] Cf. Serv. Aen. 9, 47 (urbi) : Troiae quam fecerat Aeneas castrorum in morem.

TRITOGENIA. Cf. Serv. auct. Aen. 2, 171 (Tritonia) : a Tritone amne Boeotiae etc. Nescio an Glossarii sit Abstrusa (ex scholio Vergiliano) an Abolita (ex Festo) gl. Ansil. TR 404 Triton : palus Africae circa quam Minervam editam Pindarus (Pyth. 4, 35) canit : alii dicunt Boeotiae fluvium isto nomine dici.

TRUO. Hinc gl. corrupta Philox. TR 101 Tr[ib]uo : ὀνοκρόταλον.

TRIUMPHALES CORONAE. Verrii vestigia premere in coronis tractandis Gellium supra monui, s. v. Civicam Coronam (37,20). Cf. Gell. 5, 6, 5 : Triumphales coronae sunt aureae quae imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur ; id vulgo dicitur aurum coronarium ; haec antiquitus e lauru erant, post fieri ex auro coeptae.

(Paul.) *Tragula* genus teli <ponderis vasti> dicta quod scuto infixa trahatur.

(Paul.) *Themin* deam [putabant esse] quae praeciperet hominibus id petere quod fas esset eamque id esse [existimabant] quod et fas est.

(Paul.) *Termes* ramus desectus ex arbore nec foliis repletus nec nimis glaber.

(Paul.) *Tenus* significat fine[m], ut cum dicimus *hactenus*.

(Paul.) *Trossuli* equites <Romani cum equis publicis>, dicti quod oppidum Tuscorum Trossulum sine opera peditum ceperint.

(Paul.) *Taciturnus* qui facile tacet ; *tacitus* etiam argutus qui[a] potest aliquando tacere.

(Paul.) *Tenitae* [credebantur esse] sortium deae dictae quod tenendi haberent potestatem.

(Paul.) *Termino* sacra faciebant quod in eius tutela fines agrorum esse<nt> [putabant]. Denique Numa Pompilius (16) statuit eum qui terminum exarasset et ipsum et boves sacros esse.
Terminus quo loco colebatur super eum foramen patebat in tecto quod nefas esse<t> [putarent] Terminum intra tectum consistere.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

? (Gloss. Ansil. TA 178) *Tantalus avis* est quam quidam ardeam nominant.

(Gloss. Fest.) *Taurus* dicitur locus inter inguina et podicem medius.

(Gloss. Abol. TE 41) *Tegellaria* : malefica (vel venef–), quod supra tegulas sacrificet.

(Gloss. Abol. TE 23) *Tegiticula* (–get–) ; tectorium iunctum (–nco) tectum (text–).

? (Gloss. Abol. TE 47) *Tergiversator* dicitur quod animum quasi tergum versat huc et illuc, ut non facile intellegatur.

TRAGULA. inf.] scil. ab hoste. Hinc nimirum Gloss. Abol. TRI 5 Tragula est telum ponderis vasti. Aliter Varro L. L. 5, 115 : Tragula a traiciendo. Vide supra ad Rumex (332,3). Et nosce differentiam : Spara parvissimi generis iacula, etc., Tragula genus teli ponderis vasti, etc.

TERMES. Vix audeo huc revocare Gloss. Abol. TE 4 Termes : oleaster. Nam gl. Philox. TE 92, quia tota Latina est, Horatiana potius est, ex adnotatione marginali in Epod. 16, 45 sumpta.

TENUS. Cf. supra, s. v. Quatenus (312, 26 significat qua fine, ut hactenus hac fine). Aliena est gl. Corp. T 83 Tenus : extrema pars arcus. Est enim Glossarii Abstrusa et ex schol. Verg. (Aen. 6, 62) provenit.

TROSSULI. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Trossuli : equites Romani cum equis publicis. Cf. Junius Gracchanus ap. Plin. N. H. 33, 36 : Quod ad equestrem ordinem attinet, antea trossulos vocabant, nunc equites vocant ideo quia non intellegunt trossulos nomen quid valeat, multosque pudet eo nomine appellari.. trossuli, cum oppidum in Tuscis citra Vulsinios p. VIIII millia sine ullo peditum adiumento cepissent. Cf. supra, s. v. Celeres (48,2).

TANTALUS. Cf. Isid. Etym. 12, 7, 21 : Ardea .. hanc multi tantalum nominant. Vide ea quae scripsi ad Gloss. Corp. interp. 325.

TAURUS. Cf. supra, s. v. Solitaurilia (372, 33 tauri, quae pars scilicet caeditur in castratione).

TERGIVERSATOR. Cf. Isid. Etym. 10, 271 : Tergiversator, quod animum quasi tergum vertat huc et illuc nec facile qualis sit intellegitur.

(Gloss. Abol. TE 26) *Tesserarius* : praepositus cursorum qui bellum (**vel** bella) nuntiat (**vel** nuntiant).

? (Gloss. Abol. TE 17) *Testudo* : ordo militum scutis artificialiter tectus ; aliter genus reptilis testu contectae.

(Gloss. Philox. TI 25) *Titia* : χρέα νηπίων, ὃ λέγουσι ζίζει.

(Gloss. AA) *Titiensis clangor* : sonitus cum tumultu. (?)

(Gloss. Philox. TO 14) *Toluberna* (?) : adsecula, παράσιτος εὐτράπελος.

(Gloss. Abol. TO 18) *Tongiliatim loqui* : pravis verbis ; a Tongilio parasito qui hoc invenerat risus aucupium ut salutanti convicium responderet, male dicentem blandissime salutaret.

(Gloss. Philox. TO 15) *Torarius* : ὠλενοτρόφος.

(Gloss. Philox. TR 156) *Torunda* : κολλύρα, ἐγκόλλουρα.

(Gloss. Abol. TRO 9) *Trabea* : vestis senatoria ex purpura et cocco, unde *trabeatus* dicitur qui ea utitur ; dicta autem trabea quod in maiori gloria hominem transveat (–beat), hoc est in posterum ampliori dignitate et honore beatum faci[a]t.

? (Gloss. Abol. TRI 4) *Tramites* : viae incertae ; a transmeando.

(Gloss. Philox. TE 40) *Transenna* : ὕσπληξ, ἀπαλλαγή, μαππαρίου σημεῖον.

(Gloss. Abol. TRI 18) Trassennam dicit tegulas per quas lumen admittitur Luc<ilius> ; a transeundo appellatas.

(Gloss. Abba ; Gloss. AA) *Triarii* : portitores signorum, qui tertio loco constituuntur in exercitu.

(Schol. Isid.) *Tribuni plebis* vocati quia eos sibi, dum a senatu et populo premeretur (–mitur ?), ob defensionem sui plebs creavit.

(Gloss. Abol. TRI 14) *Trimastigia* : triverbero.

(Gloss.Philox. TR 90) *Trepallus* : Πρίαπος.

(Gloss. Ansil. TR 428) *Trochliae* vocatae quod rotulas habeant per quas funes trahuntur ; τροχός enim Graece rota dicitur

(Gloss. Abol. TRO 6) *Trochus* : rotae genus ad lusum.

? (Gloss. Abol. TU 1) *Turpisculum* (-pic– ?): turpe diminutive.

(Gloss. Abol. TU 26) *Turturilla* : ita dictus locus in quo corruptelae fiebant quod ibi *turturi* opera daretur, id est peni.

TESSERARIUS. Vide Thomson (Class. Rev. 38, 14).

TITIENSIS CLANGOR. Mira sane et perdubia glossa, de qua disputavi alibi (Class. Quart. 11, 197).

TORARIUS. Cf. Goetz ad Plaut. Mil. 696 (succenset toraria).

TRABEA. Cf. Isid. Etym. 19, 24,8. : Trabea erat togae species ex purpura et cocco qua operti Romanorum reges initio procedebant ; hanc primum Romulus adinvenisse perhibetur ad discretionem regii habitus ; trabea autem dicta quod in maiori gloria hominem transbearet, hoc est ultra et in posterum ampliori dignitate honoris beatum faceret.

TRAMITES. Cf. Varr. L. L. 7, 62 : In Parasito Pigro « domum ire coepi tramiti dextra via » ; trames a transverso dictus.

TREPALLUS. i. e. Triphallus.

TROCHLIAE. Cf. Isid. Etym. 19, 2, 9-10 : Carchesia sunt a cacumine arboris (i.e. mali navis) trochleae... ; trochleae autem vocatae quod rotulas habeant ; τροχός enim Graece rota dicitur.

TURTURILLA. Cf. supra in parte II P-capituli, s. v. Purpurilla. Cf. Buecheler (Arch. Lat. Lexik. 2, 117) ; Heraeus (ibid. 12, 265).

U. V.

I. Ex Paulo ; ex Festi apographis.

(Paul.) *Vicinia* vic[in]orum conversatio.

(Paul.) *Vesperna* apud Plautum (frag. inc. 45) cena intellegitur.

(Paul.) *Vesticeps* puer qui iam vestitus est pubertate ; econtra *investis* qui necdum pubertate vestitus est.

(Paul.) *Veia* apud Oscos dicebatur plaustrum ; inde *veiari* stipites in plaustro et vectura *veiatura*.

(Paul.) *Urbanas tribus* appellabant in quas Urbs erat dispertita a Servio Tullio rege : id est *Suburana*, *Palatina*, *Aesquilina*, *Collina*.

(Paul.) *Vestis* generaliter dicitur, ut stragula forensis muliebris ; *vestimentum* pars aliqua, ut pallium tunica paenula.

(Paul.) *Vescus* fastidiosus. *Ve* enim pro pusillo utebantur. Lucretius vescum dixit edacem cum ait (1, 321) : Nec mare quae inpendent vesco sale saxa peresa. *Vescor* pascor.

VICINIA. Cf. Isid. Etym. 15, 2, 22 : Vicus ipsae habitationes urbis sunt ; unde et vicini dicti.

VESPERNA. Cf. supra, s. v. Scensas (456, 11 Sabini dicebant quas nunc cenas ; quae autem nunc prandia cenas habebant, et pro cenis vespernas) ; Cena (47,8 Cena apud antiquos dicebatur quod nunc est prandium, vesperna quam nunc cenam appellamus). Festum adhibitum esse credo ab Isidoro (Etym. 20, 2, 14) : Est autem cena vespertinum cibum, quam vespernam antiqui dicebant ; in usu enim non erant prandia.

VESTICEPS. Ad hoc vocabulum antiqui iuris spectasse antiquitatis amantem Vergilium (Aen. 8, 659 ; 6, 445) crediderunt commentatores. Ad scholium Vergilianum (Donati ?) redit gl. Abstrusa VE 49 Vesticeps : pubescens.

INVESTIS. Hinc Gloss. Philox. (cum Cyrill.) IN 723 Investis : inpubes, ἄφθορος. Ps.-Placidus in scriptore antiquo invenit accus. casum ' investem ' cum adnotatione marginali ' impubem, sine barba '. Cum eius interpretationes, quarum fons ultimus glossographorum vetustorum doctrina erat, saepe ad Festum (i. e Verrium) quadrent, licet suspicari in I–capitulo quoque fuisse hanc vocem tractatam. Aliud vocis etymon praebet (e suo ?) Nonius (45,27 : Sed melius intellegi potest investes appellatos quasi ' in Vesta ', id est in pudicitia et castitate), rursus aliud Isidorus (Etym. 10, 152).

VEIA. Sunt qui credant sic emendandam esse corruptelam in codicibus recentioribus (nam Florentinus deest) Varr. L. L. 5, 140 : † brevi † est vehiculum dictum ; est aliis † vel † arcera. Sunt qui credant Paulum I pro L scripsisse conferantque Varr. R. R. 1, 2, 14 : Rustici etiam nunc quoque viam veham appellant propter vecturas et vellam non villam, quo vehunt et unde vehunt ; item dicuntur qui vecturis vivunt velaturam facere ; L. L. 5, 44 : Velabrum a vehendo ; velaturam facere etiam nunc dicuntur qui id mercede faciunt.

URBANAS TRIBUS. Cf. Varro L. L. 5, 56 : Ab hoc (scil. Servio Tullio) quattuor quoque partes Urbis tribus dictae ab locis, Suburana Palatina Esquilina Collina, quinta — quod sub Roma — Romilia ; sic reliquae triginta ab his rebus quibus in Tribuum libro scripsi.

SUBURANA. Cf. supra, s. v. (390, 31) ; s. v. Suburam (402,5).

VESCUS. Hinc Gloss. Cyrill. (= Philox.) Vescus : ὀλιγόσιτος, ὀλιγοδεής ; Gloss. AA (= Abol.) Vescus : non appetens cibos. Cf. Gell. 16, 5, 5-10 : Quod Sulpicium autem Apollinarem memini dicere, virum eleganti scientia ornatum, huiuscemodi est : Ve particula, sicuti quaedam alia, tum intentionem significat, tum minutionem ; nam vetus et vehemens... vescum autem, quod ex ve particula et esca copulatum est, utriusque diversae significationis vim capit ; aliter enim Lucretius vescum salem dicit ex edendi intentione, aliter

(Paul.) *Vesperugo* Vesper stella. Plautus (Amph. 275) :

nec Vesperugo nec Vergiliae occidunt.

(Paul.) [*Vespae* et] *vespillones* dicuntur qui funerandis corporibus officium gerunt non a minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Hi etiam *vespulae* vocantur. Martialis (1, 30, 1) :

qui fuerat medicus nunc est vispillo Diaulus.

(Paul.) *Vespices* (?) frutecta densa dicta a similitudine vestis (!).

(Paul.) *Velati* appellabantur vestiti et inermes qui exercitum sequebantur quique in mortuorum militum loco substituebantur. Ipsi sunt et *ferentarii* qui fundis ac lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur. Cato eos ferentarios dixit qui tela ac potiones militibus proeliantibus ministrabant.

(Paul.) *Velitatio* dicta est ultro citroque probrorum obiectatio, ab exemplo velitaris pugnae. Plautus (Men. 778) :

nescio quid · vos · velitati estis inter vos duo .

(Paul.) *Veternosus* dicitur qui gravi premitur somno. Cato veternosum hydropicum intellegi volunt cum ait (inc. 5) : Veternosus quam plurimum bibit, tam maxime sitit.

(Paul.) *Veteratores* callidi dicti a multa

Lucilius (602) vescum appellat cum edendi fastidio.. vestibula appellata sunt. Quae verba ad Verrium aliquatenus saltem redire videntur ; fortasse etiam verba Servii auct. Geo. 3, 175 (vescas salicum frondes): Vescas teneras et exiles, nam vescum apud antiquos significabat macrum et quasi quod escam non reciperet ; Afranius in Sororibus « an puer est vescus, inbecillus viribus» ; sed vide ne vescas appetibiles dixerit ; Lucretius certe pro edace posuit, ut « vesco sale saxa peresa ». Cf. infra, s. v. Vesculi (519, 21).

VESPERUGO. Hinc Gloss. Philox. VE 147 Vesperugo : Ἕσπερος. Cf. Varr. L. L. 6,6 : Cum stella prima exorta — eum Graeci vocant Ἕσπερον, nostri Vesperuginem ut Plautus «neque Vesperugo neque Vergiliae occidunt » — id tempus dictum a Graecis ἑσπέρα, Latine vesper ; 7, 50 : Apud Plautum « neque Iugula neque Vesperugo neque Vergiliae occidunt ».. Vesperugo stella quae vespere oritur, a quo eam Opillus scribit Vesperum ; itaque dicitur « alterum Vesper adest », quem Graeci dicunt ἑσπέριον. Cf. supra, s. v. Iugula (92, 16) : infra, s. v. Vergiliae (510, 15)

VESPILLONES. An Vesperones et ? Cf. Serv. auct. Aen. 11, 143 : Qui funeri praeerant a vespera primum ' vesperones ', deinde vespillones dicti videntur. Hinc Gloss. Philox BI 57 Vispillones : νεκροθάπται κοπιάται ? Ad scholium Vergilianum redire videtur Gloss. Abstr. VE 58 Vespillo : sepulchrorum violator. Cf. Fulg. Serm. 2. [hi etiam] scil. minuti volucres vespae ? [Mart.] Miror esse qui negent Martialem a Festo citari potuisse. Cf. Thomson (Class. Quart. 22, 24), et vide supra ad Bardum (31,4).

VELATI. Vide supra, ad Adscripticii (13, 23 qui supplendis legionibus adscribebantur ; hos et accensos dicebant .. quidam velatos quia vestiti inermes sequerentur exercitum ; nonnulli ferentarios quod fundis lapidibusque proeliaturi ea modo ferrent quae in hostes iacerent ; alii rorarios, etc.).

FERENTARII. Cf. supra, s. v. (75, 14 auxiliares in bello, a ferendo auxilio dicti vel quia fundis et lapidibus pugnabant, quae tela feruntur non tenentur, ita appellati) : (83, 2 levis armaturae pugnatores).

VELITATIO. Cf. supra, s. v. Sub Vitem Hastas Iacere (404, 35 dicitur veles, etc.) : s. v. Advelitatio (vel Ad Velitationem) (26,11).

VETERATORES. Gann.] nimirum orator antiquus. Nam orationes Catonis, Gracchi, etc. huic capituli particulae materiem praebent.

rerum agendarum vetustate. Gannius (Canius ?) : Mulieri non astutae facile veterator persuasit.

(Paul.) *Veterinam bestiam* iumentum Cato appellavit a vehendo. Opillus veterinam dici vult [quasi ' ve<n>terinam '] velut ' uterinam ', quod ad ventrem onus religatum gerat.

(Paul.) *Vitulans* laetans gaudio, ut partu. Ennius (trag. 339) :

is habet coronam vitulans victoria.

(Paul.) *Viduertas* calamitas, dicta quod viduet bonis.

(Paul.) *Vitiligo* in corpore hominis macula alba quam Graeci ἀλφόν vocant, a quo nos *album*, <et ψώραν> ; sive a vitio dicta — etiamsi non laedit — sive a vitulo, propter eius membranae candorem qua nascitur involutus. Lucilius (1185) :

haec odiosa mihi vitiligo est. Num dolet ? inquit.

(Paul.) *Vel* conligatio quidem est disiunctiva, sed non earum rerum quae natura disiuncta sunt, in quibus *aut* coniunctione rectius utimur, ut « aut dies est aut nox » ; sed earum quae non sunt contra, e quibus quae eligatur nihil interest, ut Ennius (var. 4) :

vel tu dictator vel equorum equitumque magister

esto vel consul.

(Paul.) *Vibices* plagae verberum in corpore humano, dictae quod vi fiunt.

(Paul.) *Vibracae* pili in naribus hominum, dicti quod [h]is evulsis caput vibratur.

(Paul.) *Vibrissare* est vocem in cantando crispare. Titinius (170) « si erit tibi cantandum, facito usque exvibrisses ».

<*Vicani*> ** cipiunt ex agris qui ibi villas non habent, ut Marsi aut Peligni. Sed ex *vicis* partim habent rempublicam et ius dicitur, partim nihil eorum et tamen ibi nundinae aguntur negoti gerendi

---

VETERINAM BESTIAM. Hinc Gloss. Philox. VE 162 Veterina bestia : ὑποζύγιον.

VITULANS. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Vitulans : lascivus, gaudens, cum exultatione laetans ? Cf. Varr. L. L. 7, 107 : In Clastidio (trag. praet. fr. 1) vitulantes, a Vitula ; Rer. Div. XV (ap. Macr. 3, 2, 11) : Pontifex in sacris quibusdam vitulari solet, quod Graeci παιανίζειν vocant ; Macr. 3, 2, 13 : Hyllus libro quem de Dis composuit ait Vitulam vocari deam quae laetitiae praeest ; Piso ait vitulam victoriam nominari, etc. || ut partu] scil. quasi vĭtulans ! Vide ne Paulo sit haec stultitia imputanda.

VIDUERTAS. Cf. Cato R.R. 141 : Sic dicito : Mars pater, te precor quaesoque.. uti tu morbos visos invisosque viduertatem vastitudinemque calamitates intemperiasque prohibessis defendas averruncesque. Cf. supra, s. v. Pesestas (230, 26).

VITILIGO. Hinc Gloss. Philox. VI 126 Vitiligo : ἀλφός, ἀλωπηκία ; Gloss. Abol. VI 39 Vitiligo : macula alba in corpore ; ἀλφόν Graeci et ψώραν vocant. Cf. Jacobsohn (Herm. 45, 217).

ALBUM. Cf. supra, s. v. (4, 8 quod nos dicimus, a Graeco quod est ἀλφόν est appellatum) ; 28, 14.

VIBICES. Hincine Gloss. Abol. VI 32 Vibices : plagae in corpore sine sanguine ; Gloss. Philox. VI 146 Vibices : μώλωπες ἀπὸ πληγῶν ? Cf. Varr. L. L. 7, 63 : In Fugitivis « age age specta, vide vibices quantas. Iam inspexi ; quid est ? » vibices a vi, excitatum verberibus corpus.

VIBRACAE. Hinc Gloss. Philox : VI 9 Vibrucae : τρίχες ῥινός.

VIBRISSARE. Hucine revocand. Gloss. Serv. Gramm. (=Philox.) Vibrissa : σεισοπυγίς (nimirum avium genus) ?

VICANI. **Iterum incipiunt apographa.**

causa et magistri vici, item magistri pagi quotannis fiunt. Altero, cum id genus aedificio<rum defi>nitur quae continentia sunt [h]is oppidis quae ** itineribus regionibusque distributa inter se distant nominibusque dissimilibus discriminis causa sunt dispartita. Tertio, cum id genus aedificiorum definitur quae in oppido privi in suo quisque loco proprio ita aedifica<n>t ut in eo aedificio pervium sit, quo itinere habitatores ad suam quisque habitationem habeant accessum. Qui non dicuntur vicani sicut [h]i qui aut in oppidi vicis aut [h]i qui in agris sunt vicani appellantur.

Viget dictum vid<etur a vi agendo> ; sed non in agendis <hostilibus rebus>, verum [h]is quae cele<**ri et concitato** animo> ad bonam frugem ten<dunt>. **

(Paul.) Viget dictum a vi agendo ; sed non in agendis hostilibus rebus, verum his quae concitato animo ad bonum tendunt.

Voisgram (?) *avem* quae se vellit augures ** eandem *fucillantem* (?) appellant **.

« *Viginti quinque poenae* » in XII (8,4) significat viginti quinque asses.

Victimam Aelius Stilo esse ait vitulum ob eius vigorem. Alii aut quae vincta adducatur ad altare, aut quae ob hostis victos immoletur.

Vectigal aes appellatur quod ob tri<bu>tum et stipendium et aes equestre et hordiar<ium> populo debetur.

Viae sunt et publicae per<quas **iter facer**>e omnibus licet, et privatae quibus neminem uti <**concessum est**> praeter eorum quorum sunt. Et ita privatae VIII pedes in latitudine iure et lege, publicae quantum ratio utilitatis permittit. Lex iubet XVI <in anfracto fle>xuque pedes esse vias ut (?) qui (?) .. (**10 litt.** ?).. (XII Tab. 7, 7) « vias muniunto .. (**15 litt.** ?) .. o ni sam dilapidassunt .. (**12 litt.** ?).. qua volet iumento ageto ».

Viatores appellantur qui magistratibus apparent eo quia initio, omnium tribuum cum agri in propinquo erant Urbis atque adsidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in via quam Urbe, quod ex agris plerumque homines evocabantur a magistratibus.

(Paul.) Viatores appellabantur qui magistratibus parebant eo quod plerumque ex agris homines evocabantur a magistratibus et frequens eorum erat ab agris ad Urbem via.

Verticulas Ateius <**easdem esse atque**> articulos dixit. <**Quod confirmat**> cum ait Lucilius (161) :

<haeret verticulis adfixum in posteriore
parte atque articulis ; nam ut nobis talus genusque est>.

VICIS. Cf. Zeller (Arch. lat. Lex. 14, 301).

VIGINTI QUINQUE POENAE. Cf. Gell. 20, 1, 12 : Ita (scil. in XII) de iniuria poenienda scriptum est « si iniuriam alteri faxsit, viginti quinque aeris poenae sunto », etc.

VICTIMA. Hincine Gloss. Philox. VI 21 Victimae : τὰ μέγαλα θύματα ; Isid. Etym. 6, 19, 34 : Erant victimae maiora sacrificia quam hostiae ; victimam dictam putaverunt quia **ictu percussa cadebat, vel quia vincta ad aras ducebatur** ?

VIAE. Cf. Digest. VIII iii 8 : Viae latitudo ex lege Duodecim Tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum — id est ubi flexum est — sedecim ; Cic. Caec. 54 : **Si via sit immunita, iubet qua velit agere iumentum.**

VERTICULAS, VERTEBRAS. Hincine Gloss. (cum Serv. Gramm.) Philox. VE 127-8 Verticula : σφόνδυλος, Vertebrae : σφόνδυλοι, περόναι ? Vel etiam Gloss. Ansil. (= Abol.) VE 408-9 Vertibula, vertibella : cardines ? Et Gloss. Philox. VE 98 Vermiculi : βάλανοι ἐπὶ τοῦ κλείθρου καὶ ὀβελίσκοι ?

** ita appellavit * *

(Paul.) Verticulas Lucilius cum dixit articulos intellegi voluit.

Vertebras * *

(Paul.) *Volae vestigium* medii pedis concavum ; sed et palma manus vola dicitur, <**unde** *involare*>.

(Paul.) *Volones* dicti sunt milites qui post Cannensem cladem usque ad octo milia cum essent servi, voluntarie se ad militiam optulere.

(Paul.) *Versuti* dicuntur quorum mentes crebro ad malitiam vertuntur.

Vernae qui in villis vere nati, quod tempus duce natura feturae est, et (ut ?) tunc rem divinam instituerit Marti Numa Pompilius pacis concordiae obtinendae gratia inter Sabinos Romanosque « ut vernae viverent, ne vincerent ». Romanos enim vernas appellabant, id est ibidem natos, quos vincere perniciosum arbitrium Sabinis, qui coniuncti erant cum populo Romano.

(Paul.) Vernae appellantur ex ancillis civium Romanorum vere nati, quod tempus anni maxime naturalis feturae est.

Vergiliae dictae quod earum ortu ver finitur et aestas incipit **.

(Paul.) Virgiliae dictae quod earum ortu ver finem facit.

(Paul.) *Viritanus ager* dicitur qui viritim populo distribuitur.

(Paul.) *Verruncent* vertant. Pacuvius (112) :

di monerint meliora atque amentiam averruncassent tuam,

id est avertissent. <*Averrunco* averto>.

<*Vastum*> ** vexatum. Accius (668) :

iam hanc urbem ferro vastam faciet Peleus,

et Pacuvius (314) :

squales scabresque inculta vastitudine.

(Paul.) Vastum praemagnum ; ponitur tamen et pro inani. Accius « hanc urbem ferro vastam faciet »; unde *vastitas* et *vastitudo*.

« *Vae victis* » in proverbium venisse existimatur cum Roma capta Senonibus Gallis aurum ex conventione et pacto adpen<**deretur**> ut recederent. Quod iniquis ponderibus ex<**igi**> a barbaris querente Ap. Claudio Brennus rex Gallorum ad pondera adiecit gladium et dixit : Vae victis ! Quem postea persecutus Furius Camillus, cum insidiis circumventum concideret, et quereretur contra foedus fieri, eadem voce remunerasse dicitur.

Vegrande significare alii aiunt male grande,

VOLA. Hinc nimirum (Gloss. (cum Serv. Gramm.) Philox. VO 32 Vola : θένχρ, το κοῖλον τῆς χειρός. Vola : κοῖλον ποδός ; Gloss. Abol. VO 6 Vola : pars manus cava in medio ; unde et involare (**vel** unde invólare dicitur). Cf. supra in I-cap. parte ii. s. v. Involare.

VOLONES. Cf. Liv. 24, 14.

VERSUTI. Citavitne Festus eum Plauti versum quem citavit Serv. auct. Aen. 2, 62 (et Isid. Etym. 10, 277), Plaut. Epid. 371 « vorsutior es quam rota figularis » ?

VERNAE. ne vinc.] neu vincerentur **docti**. Sed ne antiquitus idem valet atque non. arb.] scil. fore.

VERRUNCENT. Hinc Gloss. Cyrill. (=Philox.) Averrunco : ἀποτρέπω ; Gloss. Abol. AD 14 Averruncat : avertit, alienat. Cf. Varr. L. L. 7, 102 : Apud Pacuium « di monerint meliora atque amentiam averruncassint tuam » ; ab avertendo averruncare, ut deus qui in eis rebus praeest Averruncus, itaque ab eo precari solent ut pericula avertat.

VASTUM. Hincine Gloss. Ansil. (=Abol.) VA 17-19 Vasta : vacua, magna, inanis ?

VEGRANDE. Cf. infra, s. v. Vesculi (519, 21 male curati et graciles homines ; ve enim syllabam rei parvae praeponebant, unde Vediovem parvum Iovem et vegrandem fabam minutam dicebant) ; supra, s. v. Vescus (506,10).

ut vecors *vesanus* mali cordis maleque sanus. Alii parvom minutum, ut cum dicimus « vegrande frumentum » et Plautus in Cistellaria (378) :

quin is, si itura es ? nimium is vegrandi gradu. *Vecors* est turbati et mali cordis. Pacuvius in Iliona (216) :

paelici superstitiosae cum vecordi coniuge.

et Novius in Hercule Coactore (40) :

tristimoniam ex animo deturbat et vecordiam.

(Paul.) Vegrande significat male grande et vecors vesanus mali cordis maleque sanus. Alii parvum sive minutum intellegunt, ut vegrande frumentum.

Vecors est turbati ac mali cordis.

« *Vapula, Papiria* », in proverbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito sic refert : tum dici solitum est cum vellent minantibus <s>ibi significare se eos negligere et non curare fretos iure libertatis. Plautus in Feneratrice (72) :

heus tu ! in barbaria quod fecisse dicitur
libertus suae patronae, id e<g>o dico <tibi> :
« Libertas, salve ; vapula, Papiria ».

In *barbaria* est in Italia. Aelius hoc loco vapula posi<tum> ** ait pro dole ; Varro pro peri, teste Terentio in Phormione (850) :

<vapula. Id quidem tibi ' iam fiet, nisi> resistis, verbero,

et Plautus in Curculione (566) :

reddin an non mulierem
prius quam te huic meae machaerae obicio, mastigia ?
Vapula ergo ; te vehementer iubeo ; ne me territes.

Vacerram et Aelius et alii complures vocari aiunt stipitem ..(**12 litt.** ?) .. ices solent religari ..(**12 litt.** ?).. Ateius vero Philologus ..(**12 litt.** ?) .. um ad male dicendum <magnae acerbitatis> ** <vecors et vesanus>, teste Livio qui dicit <**hoc modo**> (com. 6) :

<vacerra> corde et malefica vecordia-

(Paul.) Vacerram dicunt stipitem ad quem equos soleant religare. Alii dicunt maledic[t]um hoc nomine significari magnae acerbitatis, ut sit vecors et vesanus.

Vagorem pro vagitu Ennius lib. XVI (422) :

qui clamos oppugnantis vagore volanti ;

Lucretius lib. II (576) :

et superantur item : miscetur funere vagor.

(Paul.) Vagorem pro vagitu Ennius posuit.

Valvoli fabae folliculi appellati sunt quasi ' valli-voli ', quia vallo factis (?) excutiantur.

(Paul.) Valvoli folliculi fabae.

Vagu'atio in XII '(2,3) significat quaestio cum convicio' : Cui testimonium defuerit, is tertis diebus ob portum obvagulatum ito.

Valgos Opillus Aurelius aliique complures aiunt dici qui diversas suras habeant. Plautus in Milite Glorioso [qui talos vitiosos], (94) :

BARBARIA. Cf. supra, s. v. Barbari (32, 14).

VACERRAM. **An** stip. ad quem verb ' ices sol. rel. ' 'vel etiam equi '. **An** Phil. hominem pron 'um .. aut quasi ' ve-acrem ', id est magnae acerbitatis, aut quasi ' vecerram ', ut sit vecors et vesanus>.

VALVOLI. Hinc Gloss. Abba (= Abol.) Valvolum : fabae corium. **Utrum** vallo (neut.) facti **an** vallo (fem.) iacti **an** vallo (fem.) fabis ?

VAGULATIO. Vide supra ad Pipatio (235,11). | **vel** questio. | tertis] Festi orthographia, non legis XII Tab.

VALGOS. Hinc, ni fallor, Gloss. Abol. VA 13-14 Valgis : foras versus tumentibus, Vatia : diversis plantis.

maiorem partem videas valgis talis (savis),
<**id est foras versus tumentibus** >,
et in Sitell. tergo (118) :
fit (sic ?) ea mihi insignitos pueros pariat postea,
aut varum aut valgum aut compernem
aut paetum aut brocchum filium ** <*Varus*> ** <*Vatia*> **

(Paul.) Valgos Aurelius intellegi vult qui diversas suras habent ; sicut e contrario vari dicuntur incurva crura habentes.

Viere alligare significat, ut hic versus demonstrat (Ennius var. 25) :
ibant malaci viere Veneriam corollam.
Unde *vimina*, et *vasa viminea* quae vinciuntur ligam <**entis tortis, id est** > στρόφοι <ς. Στρόφοι etiam ·· *vermina* dicuntur <dolores corporis cum> quodam minuto motu quasi <a vermibus scindatur> **

(Paul.) Viere alligare ; unde vimina et vasa viminea.

Vermina dicuntur dolores corporis cum quodam minuto motu quasi a vermibus scindatur. Hic Graece dolor στρόφος dicitur.

Urvat Ennius in Andromeda significat circumdat, ab eo sulco qui fit in urbe condenda *urvo* aratri, quae (quod) fit forma simillima uncini curvatione buris et dentis, cui praefigitur vomer. Ait autem (102) : circum sese urvat ad pedes a terra quadri[n]gentos caput.

(Paul.) Vervat circumdat.

<*Ungulus* Oscorum lingua anulus, ut>** (Atell. inc. 6).
si quid monumenti nacta est qui e[orum] requireret.
Est ungulus quem ei detraxit ebrio ;
Pacuvius in Iliona (215) :
repugnanti ego porro hunc vi detraxi ungulum,
et in Atalanta (64) :
suspensum in laevo brachio ostendo ungulum.

(Paul.) Ungulum Oscorum lingua significat anulum.

Unciaria lex appellari coepta est quam L. Sulla et Q. Pom<peius Rufus> ** tulerunt qua sanctum est ut debi<tores duodecimam partem> **

(Paul.) *Vinalia* diem festum habebant, quo die novum vinum Iovi libabant.

(Paul.) *Venerari* verbum compositum ex venia et orando.

VIERE. Cf. Varr. L. L. 5, 62 : Vieri, id est vinciri ; a quo est in Sota Enni « ibant malaci viere Veneriam corollam » ; frag. 92 : Viere enim conectere est ; unde vimen dictum virgulti species et viti in rotis ; Don. Eun. 688 : Viere ligare dicitur quia vietis virgis ligare possumus quidlibet. Vix audeo huc revocare gl. Ansil. VI 443 Viticella : herba est quae sicut vitis quaequae proxima habuerit vinciendo circumligat. Nam potest Glossarii Abstrusa esse, ex scholio Vergiliano hausta. Ex eodem fonte, seu Festo seu schol. Verg., Isid. Etym. 17, 9, 92 : Viticella herba a Latinis appellata quod sicut vitis quidquid proximum habuerit adprehendat corymbis, quos anulos appellamus (cf. 17, 5, 12).

URVO. Hucine redit Gloss. Abol. UR 3 Urvus : circuitus civitatis ? Cf. Varr. L. L. 5, 135 : Qui quasi temo est inter boves bura, a bubus : alii hoc a curvo urvum appellant ; 5, 127 : Ab urvo, quod ita flexum ut redeat sursum versus, ut in aratro quod est urvum.

VINALIA. Cf. supra, s. v. Rustica Vinalia (322, 14 appellantur mense Augusto XIV Kal. Sept., Iovis dies festus quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium omnis vini libationem deo dedicaverunt) ; s. v. Calpar (57, 18 vinum novum quod ex dolio demitur sacrificii causa antequam gustetur ; Iovi enim prius sua vina libabant, quae appellabant festa Vinalia). Cf. Varr. L. L. 6, 16.

<*Venenatum* dice>bant antiqui cuius color inficiendo mutabatur, ut Ennius cum ait (Ann. 535) :

cum illud quo iam semel est imbuta veneno.

Ventabam di<xisse antiquos veri>simile est cum et prae<positione adiecta> ** adventabam.

(Paul.) Ventabam dicebant antiqui ; unde praepositione adiecta fit adventabam.

Vesat ("Ὕαδες ?) upum (?) est vel.. (**15 litt.**?) .. quod Graeci ὕειν dicunt.

Vend<itiones dicebantur> censorum locationes ..(**15 litt.** ?) .. quod vel<ut fr>uctus locorum publicorum venibant.

Viminalis et porta et collis appellantur quod ibi viminum fuisse videtur silva, ubi est et ara Iovi Vimino consecrata.

(Paul.) Viminalis porta et collis appellantur quod ibi viminum fuisse silva videtur.

Vindex ab eo quod vindicat quo minus is qui prensus est ab aliquo teneatur.

Vineae, ut Verrius praecipit, quod vini feraces sint. Etiam militares quaedam machinationes a similitudine appellantur.

Vivatus et *vividus* a poetis dicuntur a vi magna.

(Paul.) Vivatus et vividus a vi magna dicuntur.

Vindiciae appellantur res eae de quibus controversia est, quod potius dicitur ius quia fit inter eos qui contendunt. Cato in ea quam scribsit L. Furio de aqua (6) : .. (**6 litt.** ?).. s praetores secundum populum vindicias dicunt. <Et> Lucilius (1219) :

nemo hic vindicias neque sacra .. en (sacramenta ?) veretur.

De quo verbo Cincius sic ait (32) : Vindiciae olim dicebantur illae quae ex fundo sumptae in ius adlatae erant. At Ser. Sulpicius (7) <hoc et>iam singulariter formato vindiciam esse ait, <siq>ua de re controversia est, ab eo quod vindicatur, <ut in> XII (12,3) : Si vindiciam falsam tulit, si velit is, < prae>tor arbitros tris dato ; eorum arbitrio <**tum**> fructus duplione damnum decideto.

(Paul.) *Umbrae* vocabantur Neptunalibus casae frondeae pro tabernaculis.

(Paul.) *Vallesit* (?) perierit, dictum a vallo

VENENATUM. Hincine Gloss. Abba (=Abol.) Venenatus : qui venenum accepit ? Cf. Serv. auct. Aen. 4, 137 : Venenatum autem infectum .. Flaminicam habere praecipitur arculum, ricam, vénenatum, etc.

"ΥΑΔΕΣ. upum] **an** ἀπὸ τοῦ ὑός (cf. Serv. Aen. 1, 744) ? Cf. supra, s. v. Sucula (390, 15 eodem nomine etiam stellas quinque dicunt, proprie Vergilias, quas a pluvia Hyadas Graeci). Cf. Hygin. Fab. 192 : Hyades, easdem Latine Suculas vocant ; quidam aiunt in modum Y litterae positas, inde Hyadas dici ; nonnulli quod cum oriuntur pluvias efficiunt ; est autem Graece ὕειν pluere.

VIMINALIS. Cf. Varr. L. L. 5, 51 : Collis Viminalis a Iove Vimino, quod ibi ara eius ; sunt qui quod ibi vimineta fuerint. Vimino] Cf. Bickel (Rhein. Mus. 71, 570).

VIVATUS. Hinc nimirum Gloss. AA (=Abol.) Vivatus : vegetus, fortis. Vox Lucretiana est (ex Ennio hausta ?).

VINDICIAE. Hincine Gloss. Philox. VI 64 Vindigestae (-diciae) : τὰ ἐν ἀμφισβητήσει πράγματα ? dic. illae < glebae> quae **docti**.

UMBRAE. Nept.] festis aestivis, die 23 mensis Iulii celebratis.

VALLESIT. (i. e.—essit ?). Obscurum per obscurius adiuvare volunt qui duas corruptas (vel potius unam) citant gl. Ansil. GA 68-69 Galit : periit, Galivit : perivit. Malo citare verbum evallare (Non. 102, 1 excludere et quasi extra vallum mittere) ; nam cum activa forma ' vallare ' consentit passiva forma ' vallere '.

militari quod fit circa castra, quod qui eo eiciuntur pro perditis habentur.

(Paul.) *Vexillum* deminutivum est a velo.

(Paul.) *Vinnulus* dicitur molliter se gerens et minime quid viriliter faciens.

(Paul.) *Vietus* languidus, sine vi et naturalibus privatus viribus.

(Gloss. Fest.) Vietus : senex marcenti corpore ; unde et poma vieta dicuntur, id est marcida.

(Paul.) *Ungustus* (?) fustis uncus.

(Paul.) *Vadem* sponsorem significat datum in re capitali.

(Paul.) *Vecticularia vita* dicitur eorum qui vectibus parietes alienos perfodiunt furandi gratia. Cato (orat. inc. 13) : Vecticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil.

(Paul.) *Viritim* dicitur dari quod datur per singulos viros. Cato (inc. 6) : Praeda quae capta est viritim divisa.

(Paul.) *Uxorium* pependisse dicitur qui, quod uxorem non habuerit, res populo dedit.

(Paul.) *Uls* Cato pro ultra posuit.

(Paul.) *Volturnalia* Volturno [suo] deo sacra [faciebant], cuius sacerdotem *Volturnalem* (Vol–) vocaba[n]t <**Ennius** (?)> (ap. Varr. L. L. 7, 45) :

<**Volturnalem, Palatualem, Furinalem, Floralem, Falacrem et Pomonalem facit idem**>.

(Paul.) *Vesculi* male curati et graciles homines. *Ve* enim syllabam rei parvae praeponebant ; unde *Vediovem* parvum Iovem et *vegrandem fabam* minutam dicebant.

(Paul.) *Vaticanus collis* appellatus est quod eo potitus sit populus Romanus vatum responso expulsis Etruscis.

(Paul.) *Vivissimus* (vid– ?) superlativus a vivido.

(Paul.) *Ungulatros* (–astros ?) ungues magnos atque asperos Cato appellavit.

(Paul.) *Verberitare* idem Cato frequentative ab eo quod est verbero dicit.

VEXILLUM. Cf. Serv. Aen. 8, 1 : Vexillum, quod est tractum a veli diminutione, ut ' velum vexillum '. Aut a Servio aut a Festo hausit Isidorus (Etym. 18, 3, 5). Potest tamen Festus etiam diversam explanationem protulisse. Cf. Gloss. Abol. VE 49 Vexillum : a vehendo dictum, id est portatorium.

VINNULUS. Hincine Gloss. Philox. VI 67 Vinnicus (–nnulus ?) : νωχελής ? Hinc nimirum Gloss. Abba (= Abol.) Vinnulus : mollis. Citavitne Festus Plaut. Asin. 223 ?

osculando, oratione vinnula venustula.

VIETUS. Docetne gl. Fest. citatum esse a Festo Ter. Eun. 688 ?

« hic est vietus vetus veternosus senex ». Utrum Festina est an Terentiana gl. Abol. VI 36 Vietos : marcentes, seniles ?

VADEM. Cf. supra, s. v. Iustum Vadem (100, 21 idoneum sponsorem).

UXORIUM. Cf. Valer. Max. 2, 9, 1. Vox videtur fuisse a Catone usurpata, cum haec glossa inter glossas Catonianas stet.

VOLTURNALEM. Cf. supra, s. v. Palatualis Flamen (284,3).

VESCULI. Cf. supra, s. v. Vescus (506, 10 ve enim pro pusillo utebantur, etc.) ; s. v. Vegrande (512, 9 parvom, minutum, etc.). vegr. fab.] Cur Goetz commemoret (**C. G. L.** VII 396) illam praeposteram gl. Scal., hinc natam, ' Vefaba ' non intellego.

VATICANUS COLLIS. Cf. supra, s. v. Ianiculum (93, 1). Cf. Plin. N. H. 16,237 : Vetustior autem Urbe in Vaticano ilex in qua titulus aereis litteris Etruscis religione arborem iam tum dignam fuisse significat.

* UNGULASTROS. Cf. Studemund (Arch. lat. Lex. 1, 116).

(Paul.) *Vopte* (?) pro vos ipsi Cato posuit.

(Paul.) *Ver sacrum* vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vovebant quaecumque proximo vere nata essent apud se animalia immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam aetatem velabant atque ita extra fines suos exigebant.

(Paul.) *Versuram facere* mutuam pecuniam sumere ex eo dictum est quod initio qui mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent sed ut aliis solverent, velut verterent creditorem.

(Paul.) « *Vae vobis* » dicebatur ab antiquis et « *ni nobis* ».

(Paul.) *Vinciam* (?) dicebant continentem.

(Paul.) *Vernisera* (?) messalia (Messalla ?) (8) auguria.

II. Ex Glossariis et Scholiis.

(Gloss. Abol. VA 15) *Vacillat* qui non firmis nec stabilitis vestigiis gradiens baculo innititur.

(Gloss. Abol. VA 6) *Vacurrit* : per otium vacat.

(Gloss. Abol. VA 12) *Vafrum* valde Afrum est.

(Gloss. Abol. VA 11) « *Varam vibia* » [na] : perticae duae inter se conligatae quae asserem sustinent ; unde proverbium « sequitur vibia varam ».

(Gloss. Philox. BA 36) *Vardaei* : Ἰλλύριοι δοῦλοι οἳ καὶ ἀγωνισάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας κατὰ Κίννου καὶ Μαρίου στρατευσάμενοι καὶ ἐκ τούτου τυραννῆσαι κατὰ τῶν δεσποτῶν... τούτους Σερτώριος δόλῳ περικυκλεύσας ἀναιρεῖ.

(Gloss. Abol. VE 40) *Veiegorum*(?) : genus fluvialium navium apud Gallos.

? (Gloss. AA) *Vemarum* (?) : herbae genus quod in locis humidis nascitur.

? (Gloss. Philox. VE 77) Verbenna .. <*Vervactum*> : terra proscissa aratro, <veru>, id est vomere, actum.

? (Gloss. Ansil. VI 65) *Victitantem* : viventem ; « nitidule sumtuose victitantem », dictum de femina.

? (Gloss. AA) *Vitilegant* : vituperant.

(Schol. Isid.) *Ulula* : nos oloccum vocamus.

(Gloss. Ansil. VU 12) *Vulcanalia* : festivitas erat [Paganorum] quod Graeci Hephaestia vocaverunt.

VOPTE. Cf. supra, s. v. Suopte (408, 4 suo ipsius, ut meopte meo ipsius tuopte tuo ipsius).
VER SACRUM. Cf. supra, s. v. Mamertini (150.19 ver sacrum voverent, id est quaecumque vere proximo nata essent immolaturos).
VAE VOBIS. i. e. « vae vobis, ni nobis » (sc. satis feceritis)? **Vix** nis <pro>nobis (cf. 41,6).
VINCIAM. An male extract. ex ' provincia ' ? An legend. ' vicinam ' ?
VACURRIT. Vagurrit per ot. vagatur **aliquot codd.**
VAFRUM. Ita Nonius (Tubursicensis) 19,30 : Vafrum est callidum et quasi valde Afrum et urbanum.
VARDAEI. Ba **-cod.** Cf. Plut. Mar. 43.
VERVACTUM. Quae omnino Latinae (non Latino-Graecae) in Glossario Philoxeni sunt glossae, eae ex adnotatione marginali ad Horatium provenire videntur, non ex Festo.
VICTITANTEM. Cf. Mountford (Class. Quart. 16, 104).
VITILEGANT. Vitilitigant **Loewe** (Prodr. 5 ; Gloss. Nom.).
ULULA. Cf. Serv. auct. Ecl. 8, 55 Ululae, quas vulgo ulucos vocant.
VULCANALIA. Cf. Varr. L. L. 6,20 : Volcanalia a Volcano, quod ei tum feriae et quod eo die populus pro se in ignem animalia mittit.

TABULA RERUM

Poitiers. — Société Française d'Imprimerie. — 1930